# CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXV

## EPISTVLAE

IMPERATORVM PONTIFICVM ALIORVM
INDE AB A. CCCLXVII VSQVE AD A. DLIII DATAE
AVELLANA QVAE DICITVR COLLECTIO

EX RECENSIONE

OTTONIS GVENTHER

PARS II

EPISTVLAE CV—CCXXXXIIII. APPENDICES. INDICES.

PRAGAE
F. TEMPSKY

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCLXXXXVIII.

# EPISTVLAE

## IMPERATORVM PONTIFICVM ALIORVM

### INDE AB A. CCCLXVII VSQVE AD A. DLIII DATAE

## AVELLANA QVAE DICITVR COLLECTIO

RECENSVIT COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT
INDICES ADIECIT

OTTO GVENTHER

PARS II

EPISTVLAE CV—CCXXXXIIII. APPENDICES. INDICES.

PRAGAE
F. TEMPSKY

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCLXXXXVIII.

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.

# MONITVM PRAEVIVM.

*Posteriori huic editionis meae parti fere nihil habeo quod praemittam, sed animaduertas uelim ea, quae de compositione ac fontibus collectionis Auellanae propediem me alio loco explicaturum esse anno 1895 promisi (cf. partis I prolegom. p. III), cum aliis quaestiunculis ad eam collectionem pertinentibus iam paucis mensibus post in lucem emissa esse libello quem inscripsi 'A v e l l a n a - S t u d i e n' (= Sitzungsberichte der Kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, Philos.-histor. Classe. Bd. CXXXIV no. V, Wien 1896). quem quidem libellum quicumque hac editione uti uult, facere non poterit quin et ipsum semper adhibeat; ea enim quae illic exposui, rectius inseruissem ipsis huius editionis prolegomenis. quod ne facerem, ut iam alio loco dixi, solae obstabant harum paginarum angustiae. summo uero gaudio gratoque animo agnosco et priorem editionis meae partem et ea quae libello illo non solum ad Auellanam collectionem sed etiam ad totam rem diplomaticam sedis apostolicae ineuntem pertinentia exposui ab eis certe, qui harum rerum periti sunt, una uoce approbata esse. quod ipsum fore ut eueniat spero de hac editionis parte posteriore simulque de toto meo opere, cui decem fere annos ut non sine magno labore ita semper uero animi gaudio incubui.*

*Iam uero nihil restat nisi ut pauca, quae aut ipse commisi aut typotheta, breuiter adnotem. p.* $42_{25}$ *corrigendum erat* m e d i c a b a n t u r obtritioni *(ἰῶντο σύντριμμα LXX).* — $48_{19}$ *leg.* sublimitas. — *63 linea 3 adnot. leg.* 11 uobis Meyer. — $66_{15}$ *et* $_{18}$ *tenenda erat forma* Apthonius *(cf. indicem personarum s. v.).* — $68_{24}$ *leg.* praesertim. — $101_{4}$ *leg.* summouimus. — $110_{6}$ *leg.* coetu. — $112_{23}$ *leg.* quanta. — $112_{26}$ *leg.*

offerre. — *119 linea 2 adnot. leg.* corr. α˘. — $123_{19}$ *leg.* excitarat. — $224_{20}$ *leg.* suggestionem. — $235_{18}$ *leg.* poposcistis, *sed cod. V exhibet* poposcitis. — $240_{22}$ *leg.* sensu. — *253 lin. 1 adnot. leg.* 1 Cap. XVIII. — *253 lin. 4 adnot. leg.* 30 Matth. 3, 17. — *254 lin. 1 adnot. leg.* 4 Matth. 3, 17. — $308_{8}$ *temere inserui* synodo, *cf. indicem rerum et uerborum s. v. ellipsis.* — $312_{1}$ *uerba sunt Leonis ep. 79 tom. I col. 1036 ed. Ball.* — $326_{13}$ *leg.* propter. — $327_{2}$ *leg.* uestri. — $348_{12}$ *leg.* pietate. — $459_{27}$ *uerba sunt Ciceronis, de domo § 127.* — $520_{6}$ *leg.* contra. — $526_{10}$ *distinguendum* subter adiecimus *(cf.* $641_{16}$*).* — $578_{25}$ *leg.* in his. — $605_{6}$ *leg.* apostolum. — $699_{3}$ *leg.* occasione. — $714_{13}$ *tenendum erat* Filomeleensis. — $747_{1}$ *leg.* prasinus. — $748_{27}$ *et* $749_{2}$ *scribendum erat* Icthyophagis, *cf. indicem personarum s. v.* — $763_{18}$ *tenendum erat* Mosi, *cf.* $770_{29}$. — $767_{3}$ *nominatiuus* Iudas *inserendus erat, cf. indicem personarum s. v.* — *775 lin. 6 adnot. leg.* formae.

*Scribebam Gedani Kal. Iul. 1898.*

O. Günther.

## (105.)

SACRO ET BEATISSIMO ET COMMINISTRO PATRI HORMISDAE DOROTHEUS IN DOMINO SALUTEM. Ait quodam loco cuncta beatissimus diuinorum praeceptorum promens miracula Salomon, sicut aqua frigida animae sitienti suauis. sic benignum nuntium longinquis ex terris, et sacer Dauid spiritalem pulsans lyram psallit: quam speciosi pedes eorum, qui euangelizant bona! sed equidem et uos cunctos † dicetis. quid 2
autem sic est animae hominis suaue aut quid ita impinguat ossa quam specioso nuntio cognoscere uerae pacis nutritorem et rectae numquam errantem propugnatorem fidei ad ecclesiarum sanctarum transire gubernacula et tamquam ex arce quadam ad consensum rogare dispersa et continuo quidem in principatum suae sedis festinantis membra ecclesiae, quae

3 Prou. 25, 25 7 Esai. 52, 7 (cf. Nah. 1, 15 et Rom. 10, 15)

**105.** *Dat. simul cum ep. 107 a. 515 die 12 Ian. per Patricium; accepta eiusdem anni die 28 Mart.* *De tempore omnium fere quotquot Auellana collectio continet epistularum aut ab Hormisda aut ad eum datarum adcuratius egi in commentatione 'Beiträge zur Chronologie der Briefe des Papstes Hormisda' = Sitzungsber. der kais. Akademie der Wissensch. in Wien, philos.-hist. Classe CXXVI (1892), XI. Epist. 105 edd. Car. I² 438; Bar. ad a. 515, 8; Collect. Concil.; Thiel 743.* 2 coministro *V* 3 beatissimis *V*, *corr.* $\alpha^2$ 4 diuinorum] uirorum *V*$\alpha$: alias 'diuinorum' *in margine* $\alpha^2$. *unde* diuinorum *receperunt codices ex* $\alpha$ *descripti* 5 *post* suauis *del.* est *traducta lineola V man. 1: recepit* est $\alpha$ *eiusque familia* 8 sed *V:* sic $\alpha^4$ uos *V*: nos $\alpha^2$ cunctos *del.* $\alpha^2$ dicetis *V*$\alpha$: dicens *ut uidetur* $\alpha^2$, docens *Car.*, <beatos> dicetis *dubitanter Hartel; desperaui de sanandis uerbis sine dubio grauiter corruptis* 9 sic est *Thiel:* sicut *V* qid *V* 10 uerae o: uir *V*$\alpha$, uere $\alpha^2$ 11 errantem *scripsi:* errantes *V*, *quo seruato* propugnatores $o^2$ 13 rogare *V*: als 'congregare' *suprascripsit* $\alpha^2$, *unde* deus (ds̄ *pro* als) congregare rogare o, deum congregare (*del.* rogare) $o^2$, dei congregare *Car.* 14 tuae *Bar.* festinantes *V*, *correxi sublata uulgata ante* membra *interpunctione*

uobis Christus et deus noster credidit uenerandi patris supplicationibus annuens, contemnentia prius concordiam ad unitatem uenire et praecedentem diuisionem atque inuidiam uestrae tantum ordinationis perimere calculo et nunc in concordiam atque serenitatem constare omnem terminum sanctae illius
3 ecclesiae? haec <di>dicimus non ante multa spatia temporis. sperabam autem et antiquam consuetudinem cognoscens ecclesiae et uestrum audiens socialem atque inreprehensibilem morem uestris litteris firmiora atque manifestiora cognoscere. sed quia tempore hiemis ad haec uos implenda retentos esse consideraui et aptum atque debitum fuit et plenam et dei amatricem caritatem etiam scripulosa transire, scribo atque alloquor beatum uestrae sanctitatis caput, significans conlaetari beatae sedi sacratissimi Petri apostoli, quod tali regitur manu, quae suscepit principem, non qui honorem raperet sed qui raperetur ab eo et. sicut multiplex tradit sermo ac nos ita habere credimus, nutritorem pacis et rectae fidei certatorem et humanitate mentis et caritate. quae circa cunctos
4 est, tamquam pretiosis lapidibus coronatum. etenim cuncta te uolo uenerande pater agnoscere, quod ex antiquis sanctis ac uenerandis patribus suscipiens illius beatae sedis affectum et hunc tamquam paternam sortem custodiens addere hoc opto atque festino, ut ueniat in hoc studio terminus utilis humanitate quidem domini et dei nostri Iesu Christi, intercessionibus autem in cunctis beatissimi apostoli Petri et in omnibus sapientissimi Pauli, ut uenerandae eorum sedi et tuae beatitudini iuste debitus honor custodiatur atque reddatur, ut

1 patri *V*, *corr.* $\alpha^2$: fratris *Bar.* 3 praecidentem *V*, *corr.* $\alpha^2$ 4 clanculo *V*, *corr. Bar.* concordia atque serenitate *Thiel* 6 dicimus *V*, *corr. Bar.* 7 antequam *V*, *corr.* $\rho^2$ 8 uestrum $o$ *et* $\alpha$ *man. rec.*: $\overline{\text{ur}}$ *V* 9 <ex> uestris *Bar.* firmior *V*, *corr.* $\alpha^2$ 12 scrupulosa $\alpha$ *man. post* 14 <nos> beatae *Bar.* beati *V*, *corr. Car.* sediṡ *V* 16 qui $\rho^2$: quia *V* ac *scripsi*: haec *V*, et *Bar.* <se> habere *Bar.* 18 humilitate *(sic!)* . . caritate . . coronatum *Bar.*: humanitatem . . caritatem . . coronantem *V* 21 affectu *V*, *corr.* $\rho^2$ 23 ut $\rho$: et *V* 27 honore *V*, *corr. ras. man. post.* $\alpha$

uestris temporibus uelut secundum principatum sedes aposto-
lica honore congruenti suscipiat et omnis discordia recedat
ex ecclesia omnium nostrum catholica uoluntate, domini etiam
et dei nostri Iesu Christi, et Nestorium et Eutychen impios
et horum seruantes dogmata et qui istorum fuere sectatores
aut extant et omnem haeresim anathematizantium semper et
rectam atque incontaminabilem fidem inconcussam tamquam
anchoram certam atque firmam tenentium et paratorum ad
pacem, nullo, quod absit, impediente, praesertim uenerando
capite uestro, sicut didicimus, homines contentiosos horrente,
quibus et uita et esca est sacerdotum dei inter se alter-
cantium separatio, ut non ab omnibus uelociter cogniti tam-
quam lupi in uestimentis ouium facile ab apostolica ecclesia
repellantur. ista nunc scripsi beato capiti uestro per Patri- 5
cium spectabilem, communem filium, et consuetudinis affectu
superans rationem et circa illam beatam sedem caritate de-
uinctus et omni die uidere desiderans congruentem atque
debitam uenerationem ei seruari. scribe igitur, in cunctis 6
beate, tamquam unianimi atque optanti animam quoque offerre
pro fide orthodoxa et ecclesiarum pace sanctarum et ut custo-
diantur uenerandae sedi in omnibus beati Petri conuenientia.
quod facile fiet ordinata unitate cunctorum et omnium ad
uos tamquam ad firmum festinantium portum: diuisiones
etenim et cetera contemnere consuerunt et ordini decentia
non seruant. omnem fraternitatem, quae est uestrae sancti- 7
tati coniuncta, ego et qui mecum sunt multum in domino
salutamus. ET ALIA MANU: Saluari me in domino orate. sanc-
tissimi et beatissimi patres! Accepta epistola Dorothei epi-

13 cf. Matth. 7, 15

1 nostris *Car.* sedis apostolicę *V*, *correxi* 2 honori congruenti *V*, *corr.* $\rho$: honorem congruentem $\alpha^2$ 3 ex ecclesia *scripsi*: et ecclesię *V* 9 nulla *V*, *corr. Bar.* uenerando capite $\rho$: uenerandi capiti *V*, uenerando capiti $o$ 10 horrentes *V*, *corr. Bar.* 14 reppellantur *V* 15 expectabilem *V*, *corr.* $\rho$: uirum spectabilem *Car.* 19 uni animi *V*: unanimi $\alpha^2$ 21 uenerande *V* 24 et cetera *temptaui*: et contra *V*, contra *Bar.* 25 sanctitatiș *V* 26 ⟨et⟩ ego *Bar.* 27 manu $o^2$: mamus *V*, manus $\alpha$

scopi Thessalonicensis ecclesiae missa per Patricium u. s. sub die V. Kal. Apr. Florentio u. c. cons.

### (106.)

DILECTISSIMO FRATRI DOROTHEO HORMISDA. Ubi caritatis interest seruare praecepta, etiamsi aliquid tale eueniat, quod cuiuslibet possit animos commonere, tamen, ut ea, quae ⟨de⟩ concordiae conseruatione praediximus, debeant custodiri, oportet aequanimiter praetermitti, quia utique, si quid ignorantia tale proueniat, excusationem potest de ipsa simplicitate recipere. suam deus noster ecclesiam propria ordinatione constituit et, quod diuinis praeceptis noscitur esse dispositum, nullatenus
2 poterit praeteriri. cuius notitiam uel scientiam te non cognoui ignorare: in faciendo namque bona laudantur et tunc uerborum cultus ornatur, quando sibi conuenientia rite coniungit. litteras siquidem per Patricium filium nostrum spectabilem uirum tuae suscepimus caritatis, in quibus spera⟨ba⟩mus opus plenum et probabile reperire, ut nihil esset, quod ab
3 integritate unitatis secerneret. sed quia in his ipsis hunc promittis affectum, qui nos ⟨ad⟩ hoc ⟨quod⟩ praediximus possit specialiter prouocare, domino nostro preces effundimus, ut ipse, cuius et causa tractatur, abstersis uel amputatis uniuersis scandalis ex ecclesia sua sub uno consensu et parili faciat fide conexos nec in sacerdotibus suis quicquam reperiri patiatur, quod cuiuslibet aut odiis propriis aut inanibus intentionibus aut hominibus in iniuriam dei, quod nefas est, uelle

2 die] d *o*: el V   Kl ap̄ V

**106.** *Dat. (simul cum ep. 108) a. 515 die 4 Apr. per Patricium; respondet epistulae 105. Edd. Car. I² 440; Collect. Concil.: BTA I 370; Thiel 746.* 5 quos V, *corr. o* 6 de *inseruit* $\rho^2$ 7 conuersatione V, *corr.* $\rho^2$ 8 p̄termiti V 10 noster *compendio* ut *pinxit* V et $\rho^2$: ut V 12 cognoui *scripsi*: cognouit V, conuenit $\rho^2$ 13 laudamur *Edit. reg.* 14 *fort.* conuenientia ⟨facta⟩ 16 sperabamus *Coust.*: speramus V 18 *fort.* integritate ⟨te⟩ 19 ad *et* quod *inseruit o* 21 causā V, *corr. o* 22 ex $\rho^2$: et V 23 repperiri V 24 *sq.* patiatur quo . . intentionibus hominibus . . uelint placere . . contemnentes . . possint *Thiel; at ferri possunt tradita quamuis satis contorta* 25 iniuria V, *corr. o* nefa V, *corr. o*

placere et non magis uniuersa secundum beatum apostolum
saecularia contemnentem ab spe non possit exorbitare futura.
hortor propter commune remedium, innito pro salute fidelium, 4
propter generalem suadeo medicinam. quis namque contentus
est hos uidere diuisos, quorum potest unitate gloriari? unde
opus est labore communi, ut hoc, quod a patribus nostris
accepimus, conseruantes securi de his in illo diuino possimus
asstare iudicio.

**(107.)**

VICTOR ANASTASIUS PIUS FELIX INCLITUS TRIUMPHATOR SEMPER
AUGUSTUS HORMISDAE SANCTISSIMO AC RELIGIOSO ARCHIEPISCOPO
ET PATRIARCHAE. Beatitudini uestrae non putamus ignotum,
quod pro temporis qualitate loquendum atque tacendum etiam
diuinae scripturae prouida est ammonitione dispositum. ex-
actum proinde silentii tempus incitamenta nobis loquendi
concessit atque ideo oportunum esse perspeximus, quae apud
nos sub religionis specie commouentur, auditui uestro com-
mittere. ante hoc siquidem duritia eorum, quibus episcopatus, 2
quem nunc geritis, erat sollicitudo commissa, temperare nos
a transmittendis faciebat epistolis: nunc autem currens de
uobis suauis opinio ad memoriam nostram bonitatem paternae
affectionis adduxit, ut illa requiramus, quae deus et saluator
noster sanctos apostolos diuino sermone docuit ac maxime
beatum Petrum, in quo fortitudinem ecclesiae suae constituit.

1 Tit. 2, 12 13 Eccl. 3, 7

2 ab *V*: a *o* 3 innita *V*, *corr. o* 4 contemptus *V* 7 securi de his *scripsi*: secunde his *V*, secum *Coust.*, secure *Thiel*

**107.** *Dat. (simul cum ep. 105) a. 515 die 12 Ian. per Patricium; accepta eiusdem anni die 28 Mart.* *Edd. Car. I² 437; Bar. ad a. 515. 3; Collect. Concil.; Thiel 742.* *Ex hac epistula et ea, quae sequitur, nonnulla eaque hic illic a V discrepantia adfert Petrus Crassus in libello a. 1080 Henrico IV oblato (ed. L. de Heinemann, Mon. Germ. hist., Libell. de lite imper... I p. 437). qua de re uide, quae exposui in Proleg. cap. I sub fine* 11 religiosissimo *Crass. Car.* 17 comittere *V* 19 comissa *V* 20 transmitendis *V* currens *ex* currentium *corr. V* 22 affectionis ⟨uestrae⟩ *Crass.* 24 beatissimum *Crass.*

3 his igitur praefatis initiis hortamur, ut ad ea, quae de Scy-
thiae partibus mota sunt, unde et concilium fieri conuenire
perspeximus, mediatorem se apostolatus uester faciat, ut con-
tentionibus amputatis unitas sanctae restituatur ecclesiae.
4 nobis autem omnia optata praestantur, si orationibus uestris
et frequenti paginarum allocutione nostri memores fueritis.
Data pridie Idus Ian. Constantinopoli et accepta Anthemio
et Florentio uu. cc. conss. V. Kal. April. per Patricium.

## (108.)

HORMISDA ANASTASIO AUGUSTO. Gratias supernae uirtuti,
quae per uestrae pietatis affatus diuturnum dignata est termi-
nare silentium, tale praestans collocutionis exordium, ut et
de uestrae clementiae prosperitate laetemur et ad unitatem
2 deo donante reuerti posse sanctam confidamus ecclesiam. hoc
opus supernae clementiae, haec et decessorum nostrorum
fuit semper oratio, quos etiam rerum actus paternae tradi-
3 tionis ministros et rectae fidei declarat fuisse custodes. pax
est enim totius bonitatis initium, qua nihil, quantum ad
catholicae fidei cultum, ualidius, nihil aestimari oportet ex-
celsius: <pro> hac scilicet et facere cuncta et sustinere con-
uenit, qui sanctarum scripturarum probabilis cupit esse disci-
pulus: hanc omnium bonorum matrem et nutricem Christum

1 igitur V: ita *Crass.* initiis *om. Crass. deinde sic pergens*: hortamur synodale concilium fieri, cui mediatorem se apostolus uester faciat, ut contentionibus omnibus amputatis unitas sancta sanctae restituatur ecclesiae scytię V 3 uestri V, *corr.* o 5 sic V, *corr.* o

**108.** *Dat. (simul cum ep. 106) a. 515 die 4 Apr. per Patricium; respondet epistulae 107. Edd. Car. I² 438; Bar. ad a. 515, 14. Collect. Concil.: Thiel 745; de Petro Crasso uide, quae subnotaui ep. 107.* 10 Hormisda Anastasio Augusto V: Gloriosissimo et clementissimo filio Anastasio augusto Hormisda Dei gratia patriarcha *Crass.* gratias ‹agimus› *Crass.* 11 affatus o *Crass.*: affatos V 15 nostrorum *Car.*: nestorium V, uestrorum o 17 declarant *Bar.* 18 initium V: quies *Crass.* quantum V: unquam *Crass.* 20 pro hac o: ac V, hanc *Crass.* et facere cuncta et *scripsi:* facere et cuncta et V, facere et cuncta *Car.*, et facere et *Crass.* 21 sacrarum *Crass.*

dominum nostrum his constat praedicasse discipulis dicentem:
pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. quam 4
uos religiosi cura propositi domino adspirante prouidentes de
orthodoxae concordia cogitatis ecclesiae in beati apostoli Petri
reuerentia diuina specialiter praecepta seruantes. quae res
maiorem superni fauoris defensionem uestro procurat imperio;
recte enim oblata deo ueneratio inexpugnabilem deuotis men-
tibus murum defensionis indulget. proinde omnipotentem 5
deum fusis precibus exoramus, ut qui uobis studium quae-
rendae ecclesiarum pacis indulsit, ipse quoque sub consecra-
tione catholicae fidei desiderio uestro super hac parte praestet
effectum. praeterea directis ad nos sacris affatibus comme- 6
morationem sancti concilii facere pietas uestra dignata est.
de qua re tunc plenissimum poterimus praebere responsum,
dum causam congregationis nos uolueritis euidenter agnoscere.
nunc uero quia praestante domino nostro data est facultas
alloquio, congrua ueneratione debiti praebebimus sermonis
officia. Data prid. Non. April. Florentio u. c. cons. Per
Patricium.

## (109.)

ANASTASIUS <AUGUSTUS> HORMISDAE PAPAE. Omnibus negotiis diuinae res praeponendae sunt: deo etenim omnipotente propitio rem publicam et conseruandam et meliorandam esse

2 Ioh. 14, 27

1 his *V*: suis *Crass. Car.* dicens *Crass.* 10 conseruatione *Bar.* 15 dum *V*: cum *Bar.* uoluerit *Bar.* 18 NONAS APRILIV̄ *V* per Patricium *V charactere minutiore ita in margine, ut potius ad titulum epistulae 109 pertinere uideri possit. quod ideo fieri nequit, quod Patricius cum epistula 107 demum die 12 mensis Ian. anni 515 Constantinopolim reliquit, epistula autem 109 iam die 28 Decembr. anni 514 data est.*

**109.** *Dat. a. 514 die 28 Dec. per Seuerianum; accepta a. 515 die 14 Mai. Edd. Car.* $I^2$ *440; Bar. ad a. 514, 43; Collect. Concil.; Thiel 741. Imitatus est Anastasius epistulam Ualentiniani et Marciani, qua inuitant episcopos ut Nicaeam conueniant (= Spicil. Cas. I p. 33).* 21 Augustus *addidi ex Indice generali (Prolegom. cap. I)*

confidimus. quia igitur dubitationes quaedam de orthodoxa religione in Scythiae partibus uidentur esse commotae. id specialiter clementiae nostrae placuit, ut uenerabilis synodus in Heracleotana ciuitate prouinciae Europae celebretur, quatenus concordantibus animis et omni ueritate discussa uera fides nostra orbi terrarum omni manifestius innotescat, ut
3 deinceps nulla possit esse dubitatio uel discordia. quapropter sanctitas tua cum quibus sibi placuerit reuerentissimis episcopis. quos de ecclesiis sub sui sacerdotii cura constitutis idoneos et instructos erga orthodoxam religionem esse probauerit. ad praedictam Heracleotanam ciuitatem intra diem Kalendarum Iuliarum uenire dignetur. Data V. Kal. Ian. Constantinopoli Senatore u. c. cons. Accepta prid. Idus Maias Florentio u. c. cons.

## (110.)

HORMISDA ANASTASIO AUGUSTO. PER SEUERIANUM. Bene clementia uestra confidit, sicut datis ad me gloriosis designauit affatibus. quod rei publicae uestrae specialiter proficiat, si negotiis omnibus orthodoxae fidei causa praeponatur. haec est enim. uenerabilis imperator. de suscepto moderamine rectoris cura salubrior, ut eius sibi fauorem per opera bona conciliet.
2 qui uniuersum et tribuet et reget imperium. proinde me quoque et domino nostro Iesu Christo conuenit supplicare, ut qui de ecclesiae suae concordia pietatem uestram cogitare uoluit. hunc super hac parte concedere dignetur effectum, quatenus temporibus uestris orthodoxa fide praeditus uniuersus terrarum orbis exultet. de his uero, quae pro synodali con-

1 quia *o*: qua *V* 4 areocleotana *V*, *corr.* *o*[2] 9 quos *o*: quod *compendio pictum V* 11 eracleotanam *V* die *V*, *corr.* *o* 14 $\overset{a}{\text{MIAS}}$ *V*

**110.** *Dat. a. 515 die 8 Iul. per Seuerianum; respondet epistulae 109. Edd. Car. I*[2] *441; Bar. ad a. 515. 16; Collect. Concil.; BTA I 371; Thiel 747.* 16 per Seuerianum *minutiore charactere in ipso uerborum ordine V* 22 tribuit et regit *Bar.* 23 et *fort. delendum* 24 qui de *o*: qui d *V*

gregatione praecepistis, quid fieri oporteat, per fratres et coepiscopos meos, qui propere subsequentur, gloriae uestrae insinuanda mandaui, quorum suggestione, si diuinus fauor mea uota prosequitur, competentius poteritis uniuersa cognoscere. Data VIII. Idus Iul. Florentio consule.

## (111.)

ANASTASIUS AUGUSTUS HORMISDAE PAPAE. PER THEOPOMPUM
ET SEUERIANUM VV. CC. Omnia, quae benignitas conceperit,
animorum dulci ambitu et festinatione laudabili propagantur
nec sibi requiem putant posse praestari, donec ad effectum
saluberrimum desiderata perduxerint, et tunc quaedam ipsius
festinationis fit requies, dum contigerit spes uotorum. quod 2
in praesenti nos certa ratione pertulimus, donec caelestis fauor
et nostrae petitioni aditum et uestrae promissioni serenum
donet effectum. ergo quia uel maxima itineris longitudo uel 3
ultra solitum morem hiemalis asperitas, quod optabamus,
nobis fecit incertum, interim intra animos nostros desiderata
compressimus, beneficia diuina captantes, quae bonae exitus
rei sua interpositione decidunt. agnoscentes igitur, quod eius 4
pietas primam nobis gratiam condonauit, ut missa legatio ad
beatitudinem tuam feliciter remearet, ad secundam processimus,
ut dirigeretur a nobis promissa legatio, per quam et commemoratio fieret eorum, quae cum sanctissimis uiris longa deliberatione contulimus, et item deo auspice tam nostrae petitionis quam uestrae gratiae ad integrum lux serena desplendeat
et toto orbi gaudia expectata donentur. commemorationis 5

**111.** *Dat. Constantinopoli a. 516 die 16 Iul. per Theopompum et Seuerianum. Edd. Car. I² 445; Bar. ad a. 516, 4; Collect. Concil.; Thiel 764.* 7 per Theopompum et Seuerinum u. c. (*corr. Car.*) *minutiore charactere V* 12 sit *V, corr. ϱ* contingerit *V, corr. ϱ* 14 auditum *Bar.* promissionis *V, corr. α* 19 decidunt agnoscentes. Igitur *male Carafam secutus Thiel* 22 dirigetur *V, corr. ϱ* 24 item *scripsi:* idem *V,* eodem ϱ², inde *Bar.* 25 integrum α *ante correctionem:* integram *V et α corr.* resplendeat *Car.* 26 toti *Labb.*

itaque loco uel salutationis honorem reddendo Theopompum uirum illustrem, comitem domesticorum, agentem sacri nostri palatii scolam, fidelem nobis uel pro suis moribus uel pro ipsa affectione genitalis nostrae prouinciae, sed et Seuerianum u. c. comitem sacri nostri consistorii ad uestram direximus sanctitatem, qui ordinem litterarum propria uoce testantes ad celeritatem spectata prouocent, quae etiam caelesti misericordiae credimus placuisse. Data XVII. Kal. Aug. Constantinop. Petro u. c. cons.

## (112.)

HORMISDA ANASTASIO AUGUSTO. PER THEOPOMPUM ET SEUERIANUM. Sollicitari animum tuum, clementissime imperator, ambitiosa auiditate commemoras, donec speratae unitatis redintegratio optata contingat. bona sunt desideria salutis et laudabilis quae se huiusmodi deo commendat intentio; prudentiae siquidem speciale documentum est, cum id, quod sibi
2 utile credit, impatienter inquirit. nam si in corporum morbis
noxia est tarda curatio, quanto magis in salute animae grauius
est ferendus remediorum fidelium serior appetitus? commoneamur spiritalibus institutis, ne quae prodesse possunt, in diem posterum differantur clamante sapientissimo Salomone: n e t a r d e s c o n u e r t i a d d o m i n u m e t n e d i f f e r a s d e d i e i n d i e m. quia sicut in incerto uitae tempora, ita in tuto animae conuenit esse remedia, ut intret in gaudium domini sui, quem
3 ueniens dominus ea, quae sibi placent, inuenerit operari.

21 Eccli. 5, 8 24 cf. Matth. 25, 21

1 honore *V*, *corr. Edit. reg.* 4 genitali *V*, *correxi* mostrae *V*, *corr.* o 7 spectatam o², speratam ρ², expectata *Bar.* quae etiam *Bar.*: quae dam *V*, quaedam quae o², quaedam iam *Car.*

**112.** *Dat. (simul cum ep. 114) a. 516 non ante mensem Sept. per Theopompum et Seuerianum; respondet epistulae 111. Edd. Car. I² 445; Bar. ad a. 516, 13: Collect. Concil.: BTA I 381; Thiel 766.* 11 per Theop. et Seu. *V minutiore charactere in margine* 19 cum moneamur o² 20 ne quae o²: neque *V* 21 clamante *ex* clamantē *V* 23 intuta *V*, *corr.* o 25 inueniet *Bar.*

unde et fateor me fuisse miratum, cur tam diu legatio pro-
missa tardauerit, cum facienda uis sit, ut regna caelestia
rapiantur. uerum tamen instinctus ipse, quem mansuetudinis
uestrae declarat alloquium, spem supernae misericordiae polli-
cetur: desuper est enim et ipsum uelle, quod bonum est.
confido autem, quoniam qui coepit in uobis opus bonum,
perficiet usque in finem. ergo uiae, cui coepistis, insistite 4
et spretis errantium lubricis nobiscum supra petram solida tenete
uestigia. tali creuit ecclesia sancta consensu, quod his uerbis
apostolicorum actuum testatur historia: multitudinis creden-
tium erat cor unum et anima una. nam quemadmodum
connecti poterunt gratiae uinculis, quorum distant corda sen-
tentiis? fac, domine imperator, effectum rerum fidem probare 5
uerborum. non enim sermonibus cognoscuntur hominum corda
sed fructibus, cum et Abraham pater noster non nuda deo
fide sed opere fidem commendante placuerit. unde uel pro 6
dispensatione mihi credita uel pietatis uestrae circa me beni-
gnitate perpensa, domine fili, hortor et supplico, ut studium
pacis, quod per scripta praefertis, ad componenda nobiscum
adiutore deo ea in his, quibus laborant ecclesiae, dirigatis, quia
secundum prophetam pax multa diligentibus nomen tuum
et non est illis scandalum. non sunt incognita apud mansue- 7
tudinem uestram, quae nos ab ea, quam redintegrare cupimus,
unitate discernant. date operam, ut laudando, quae profitemini,
compleantur effectu, et apostoli, cuius communionem creditis
expetendam, totis uiribus sequimini disciplinam. in totum
perdita noxiorum declinate contagia scientes non habere cum
religiosis impios portionem nec ullum fidei cum perfidia esse
consortium. consequens est, ut qui errorum detestatur prin- 8
cipes, oderit sectatores; exsecrabile habeatur in flore, quod

2 cf. Matth. 11, 12 6 Philipp. 1, 6 10 Act. 4, 32 15 cf. Matth. 7, 16 21 Psalm. 118, 165 27 sq. cf. Cor. II 6, 14 sq.

2 uis sit *Thiel (cf. Matth. 11, 12)*: iussit *V* 6 cępit *V* 7 cepistis *V* 8 solidam *a* tenet *V*, *corr. v* 12 coniecti *V*, *corr. v* 17 despensatione *V* 20 in his *V*, *uix integra lectione* 30 et execrabile *Bull. Taur.*

damnatur in semine. offerte hoc munus deo, pro uestris,
precor, offerte temporibus: iam diu hanc a uobis hostiam pro
9 tantis, quae uobis contulit, Christus expectat. quid opus est
apud illum preces adhibere, qui supplicat? uos senatui urbis
Romae, ut me ad pacem hortaretur, iniungitis; ego non solum
cum his ad uos supplicationis uerba conuerto sed uestigiis
10 uestris cum uniuersali aduoluor ecclesia. audite me pro Christo
legatione fungentem: non patiamini ab inprobis canibus Christi
membra discerpi; quae insanabilia uidetis, abscidite, et quae
aegra, curate. cur quae sana sunt, inualidis coniuncta qua-
tiantur? seruate ordinem, quem ueritas ipsa praefinit, et pacem
11 mundo, quam poscitis, reddidistis. haec et sub praesenti
occasione deposco et rursum ac saepius supplicare curabo
sperans importunitatem hanc meam et deo esse placituram et
apud uos quoque per adsiduas petitiones, quoniam id nos
dominus docuit, uacuam non futuram. Data * *

## (113.)

ANASTASIUS AUGUSTUS SENATUI URBIS ROMAE. PER THEOPOMPUM ET SEVERIANUM UU. CC.

IMPERATOR CAESAR FLAUIUS ANASTASIUS PONTIFEX INCLITUS
GERMANICUS INCLITUS ALAMANNICUS INCLITUS FRANCICUS INCLITUS
SARMATICUS INCLITUS TRIBUNICI IMPERII XXV CONS. TERTIO PIUS
FELIX UICTOR AC TRIUMPHATOR SEMPER AUGUSTUS PATER PATRIAE
PROCONSULIBUS CONSULIBUS PRAETORIBUS TRIBUNIS PLEBIS SENATUI
SUO SALUTEM DICIT. Si uos liberique uestri ualetis, bene est:
2 ego exercitusque meus ualemus. quotiens utrisque publicis
rebus prospera uoluntate consulitur, non solum exhortatio

4 suplicat *V* 5 hortetur *Bar.* 13 sursum *V, corr.* $\varsigma^2$ 16 *post* data *lacunam 12 fere litterarum reliquit V*

**113.** *Dat. Chalcedone a. 516 die 28 Iul. per Theopompum et Seuerianum. Edd. Car. I² 446; Bar. ad a. 516, 5; Collect. Concil.; Thiel 765.* 18 per Theopompum .. u. c. (*corr. Car.*) *charactere minutiore V in margine* 21 francius *V, corr.* $\varsigma^2$ 22 imper. *cod. Angelic.*: imperauit *V* (tribuniciae potestatis *Car.*) 25 si $\varsigma^2$: sic *V* 27 exortatio *V*

sed postulatio quoque creditur esse conueniens, ut duabus in
unum concurrentibus causis animus incitatus. quod felix et
bonum partibus sit. ualeat adipisci. si enim Christus deus 3
et dominus noster et per mitissimam uoluntatem et quandam
dispensationis petitionem nos reuocauit ad se et redemptos
proprio sanguine libertati restituit, ut salutem mortalitati
praestaret, non uidetur absurdum tam apud gloriosissimum
regem quam apud beatissimum papam almae urbis Romae
patres conscriptos imperiali petitioni coniunctos ea sperare,
quae et nobis et sibi deo annuente in commune proficiant,
hoc est, ne fugitiuorum audiant concinnatos sermones et men-
dacio solo compositos sed satisfactione suscepta, quam et
ueritas et legatorum qui directi sunt inquisitio patefecit, ad
desideratam pacem acceptabili deo uoluntate concurrant. in- 4
dubitatum siquidem est ex longa annorum serie multam
partem rei publicae uestram uindicare constantiam. proinde
oportet sanctissimum coetum uestrum sollerti studio ac pro-
uido labore contendere tam apud excelsum regem, cui regendi
uos potestas uel sollicitudo commissa est, quam apud uenera-
bilem papam, cui intercedendi apud deum facultas est prae-
stita, ut in ea parte animi sui bonitatem dignentur impendere,
in qua utriusque rei publicae membra sperata sanitate sal-
uentur. implebitis enim ueterem consuetudinem et nimis 5
consilio uestro notissimam, si ea, quae publicae utilitati con-
ueniunt, tractando sperando postulando effectum adipisci deo
auspice feceritis. Data V. Kal. Aug. Chalcedone Petro cons.

9 ea sperare V: ad ea adspirare *Usener in Commentat. in honorem Th. Mommseni 765 adn. 22, sed cf. Indicem s. u. 'sperare'* 11 audeant V, *corr.* $o^2$ 15 multum V, *corr. Bar.* 16 uendicare *Bar.*: iudicare V 21 in ea $o^2$: mea V 22 sperat V, *corr.* $o^2$ 26 CHALCEDON̄ V

## (114.)

### RESCRIPTUM SENATUS URBIS ROMAE AD ANASTASIUM AUGUSTUM. PER THEOPOMPUM ET SEUERIANUM UU. CC.

Si prima semper est, imperator inuicte, a regentibus sup-
plicum spectata deuotio, si solo gratia dominorum conciliatur
obsequio, indubitanter agnosces, sacrae iussionis oracula quanta
senatus uestri fuerint gratulatione suscepta, maxime cum ad
hoc et animus domini nostri inuictissimi regis Theoderici filii
uestri mandatorum uestrorum oboedientiam praecipientis acce-
deret et sciamus supra omnia beneficia uestra tunc magis
2 nos erigi, cum dignos creditis, quibus debeat imperari. mox
igitur sacrae studio iussionis implendae beatissimum papam
Hormisdam credi⟨di⟩mus deprecandum. de quo parum est dicere,
quia uota supplicantium benignitate praecessit: sed et nobis-
cum suas preces, ut quod hortamini fiat, adiunxit euangelicis
uoluntatem suam testimoniis adserendo, ostendens mundum
supra multitudines peccatorum suorum scandalis plus grauatum,
dum uox sit ista dominica: uae mundo ab scandalis, et
⟨absc⟩idere oportere homines scandalizantem partem membro-
rum, quam ut in ignem non renuntiando scandalis mittantur
3 aeternum. sed et post haec diuinae lectionis exemplis, quam boni
sint fructus pacis, ostendit, cum diceret et apostolum Paulum
gratia dei plenum nihil tamen, quibus bene cupiebat, quod
optaret, melius inuenisse, nisi ut pax dei, quae est supra

18 Matth. 18, 7 19 sq. cf. Matth. 18, 8 24 cf. Philipp. 4, 7

**114.** *Dat. (simul cum ep. 112) a. 516 non ante mensem Sept. per Theopompum et Seuerianum; respondet epistulae 113.* *Edd. Car.* $I^2$ *447: Bar. ad a. 515, 14; Collect. Concil.; Thiel 768.* 3 per Theopompum et seuerianum u. c. *(corr. Car.) charactere minutiore V in marg.* 5 sola *V, corr. Bar.* 9 praecipientes *V, corr.* $\rho^2$ accenderet $\rho^2$ 13 hormisda *V, corr.* ρ credimus *V, corr.* $\rho^2$ 14 quia *V*: qua *Bar. in marg.* 16 suam a testimoniis *V, corr.* ρ 17 multitudinis *V, correxi*: multitudinem *Car.* 18 ue *V* ab *V*: a ρ *cum Vulgata* 19 abscidere *scripsi*: idem *V*, item *Thiel*, abscindere $\rho^2$; *uulgo* abscindere *uel* abscidere *inseruerunt post* membrorum scandalizantium *V, correxi* 21 et post *supra linea V* 22 sit *V, corr.* ρ 24 optarē *V, corr.* $\rho^2$

omnem excellentiam, in eorum sensibus abundaret, quodque
in euangelio domini sit uox ista dicentis: quoniam pacifici
filii dei uocabuntur. et iterum ad ipsum scripturarum omnium 4
reuertendo doctorem, quanto ipsa uel fide, qua et caelestia
regna praesumimus et a peccatorum cruciatibus credendo sal-
uamur, caritas sit maior, ostendit testimonium tale subiciens:
spes fides caritas, maior autem omnium caritas. idem
spiritus gratia donante diuina caritatem uirtutibus omnibus
euacuat non habentes. ergo si et propter poenam scandala decli- 5
namus et pacem propter pacis bona sectamur et ad caritatem nos,
qui est caritas, Christus hortatur: quid est enim, quod retinet
catholico ardore festinos? quid est, quod delinquentis Acacii
impedit uolentes Christum uidere persona? quid est, quod a
suo liberi alieno grauantur errore? haec cum uenerabilis 6
papae latius fuerint expedita rescriptis, pro nostrae tamen
obsequio credidimus deuotionis indenda, ne non rogasse puta-
remur recondendo responsum, quod accepimus deprecantes.
proinde, piissime imperator, haec suo nomine senatus sereni- 7
tatis tuae clementia prouocatus adiunxit, ut animo quam
benigno in utraque re publica concordanda fuisti, tam esse
pio in ecclesiae redintegranda unitate noscaris. nam ut pax
illa regnorum tantum scitur prodesse subiectis, sic haec reli-
gionis cum populo suo proficit imperanti. etenim quis non 8
haeresum perfidarum sequaces plus quam ipsos deliquisse
putet auctores? quis non post patibulum crucis diuidentes
iterum Christi membra condemnet? utinam haec iam uobis
regnantibus causa coepisset, ut facilius mala reprimerentur
nascentia quam prouecta! nam quis ambigat non potuisse
eius existere, cuius corrigi temporibus uideret errorem?

2 Matth. 5, 9 7 Cor. I 13, 13 8 cf. Cor. I 13, 1—3

1 abundare *V*, *corr.* $\rho^2$ quodque *Bar.*: quamquam *V* 4 ipse *V*, *corr.* $\alpha^4$ 11 hortamur *V*, *corr. cod. Angelic.* 12 delinquentis *Bar.*: delinquentium *V* 13 impendit *V*, *corr.* $\rho^2$ persona *ex* personā *corr. V* 14 cum $\rho^2$: quam *V*, quamquam $\rho^2$ 17 recondendo *Bar.*: recedendo *V*, reticendo $\rho^2$ 21 redintegrandae *V*, *corr. cod. Angelic.* 22 sic $\rho^2$: si *V*

## (115.)

HORMISDA ANASTASIO AUGUSTO. PER ENNODIUM ET FORTUNATUM
EPISCOPOS UENANTIUM PRESBYTERUM UITALEM DIACONUM ET HILARUM
NOTARIUM. Bene atque utiliter serenitas uestra curam prin-
cipalis acuminis non tantum in administrando rei publicae
exercet officio sed melioribus eam nobilitans institutis per
curam redintegrandae unitatis auctorem uenerandi placat imperii.
certi sunt enim de tutela regnantes, si nulla isdem praesi-
dentibus ecclesiae castitas importuna diaboli commixtione
2 maculetur. unde enim potest fieri, ut nitidas <pro> princi-
pibus ad deum nostrum preces dirigat, si sit letaliter populus
perfidia corruptus? nam sicut ante bona omnia est perfecta
iuxta deum in imperatoribus sapientia, ita de sacrario
mundorum pectorum pro his supplicatio debet et fideli
animarum ubertate procedere. nulla uobis, sublimissime domine,
triumphorum materia poterit esse iocundior quam de subiu-
gatione perfidiae. hoc etiam fiducialiter et pro commissi nobis
officii praerogatiua suggerimus, quia prope est, ut suum
splendorem aliena patiatur nube fuscari, qui cum deo tribuente
amouere possit, in subditis tenebras manere permittit errorum.
3 ergo quia mansuetudo uestra futuram synodum scriptis
sacratissimis indicauit, cui nos interesse debere isdem paginis
deo, ut credimus, sibi imperante commonuit, gaudemus scientes,
quoniam directarum mentium est uenerabilis ecclesiae magistros
expetere; soli enim declinant examen conscientiae, quae iusta

12 cf. Sapient. 6—9 passim

**115.** *Dat. a. 515 die 11 Aug. per Ennodium Fortunatum etc. Edd. Car. I² 441; nonnulla omittens Bar. ad a. 515, 19; Collect. Concil.: BTA I 371; Thiel 755.* 2 per Ennodium . . notarium *charactere minutiore in marg. V* 3 Vennantium V diac V Hillarianum V, *correxi* 6 nobilitas V, *corr.* $\rho^2$ 7 placeat *V, corr.* $\rho^2$ 8 hisdem V 10 pro *add. Bar.* 12 perfidię V, *corr.* $\rho^2$ 14 et V: ex $\rho^2$ 17 commissis V, *corr.* $\rho$ 19 splendore V, *corr.* $\rho$ 20 āmouere V, *corr.* $\rho^2$ 22 hisdem V 24 directurum V, *corr. Car.* 25 sola V, *corr. Car.* declinant $\rho^2$: declamant V quae iusta *scripsi*: quae uita V, qui uitae *Car. Binius*, quae recta *Thiel*

sunt, non tenentes. nam et feriato ore splendorem bonae
uoluntatis enuntiat, qui per apostolicam inmaculatamque
fidem et per competentes praedicatores aut confirmari se
optat aut corrigi. uerumtamen licet in his nullum saeculi 4
praecedentis exsistat exemplum neque senioris facti qualitas
aut commissa libris aut memoriis inserta teneatur, nihil ad
nos, quibus dulce est beneficio dei pietate uestra inuitante
inchoare meliora et hoc, quod non accepimus a parentibus,
tam clari operis institutum nobis ipsis imponere: quia totum 5
pro redintegratione fidei <et> ecclesiarum pace facere libenter
amplectimur, si tamen maiorum nostrorum definitio et sanctorum
patrum in suis radicibus inconcussa permaneat, si anathematizetur Nestorius cum participibus suis, qui euacuans diuinae
sacramenta naturae beatam Mariam uirginem nudi hominis
mentitur esse genetricem oblitus angelicae annuntiationis,
per quam mundo innotuit, quia quod ex ea nasceretur, uocandum esset sanctum, filius dei. facessat impiorum tam contu- 6
meliosa in deo honorificentia, quoniam sic est in utero uirginis
operata diuinitas, ut ex ea unita sibi procederet carnis animaeque
humanae indiscreta quidem sed non confusa conexione substantia,
et sic in utrisque naturis pro nostrae redemptionis dilectione
Christi Iesu nostri persona una est aedificante mysterio * *
restitutione mortem subire potuisset * * naturae fragilitatem
caelestis imperii ualuerit uirtute reparare uel ita pro unitate
personae et dominus maiestatis crucifixus et filius hominis
credatur descendisse de caelo. Eutychetis quoque ignor * * 7
bonorum omnium et ipso cum sociis detestanda iam nomine

16 Luc. 1, 35

1 non tenentes *V*: continentes *o*², non continentes *Car.*, non contitinentis *Binius* 7 est *ρ*²: et *V* 8 apparentibus *V*, *corr. o*² 10 et *add. Bar.* 13 suis] .ss. *V* 19 unitas ibi *V*, *corr. Thiel* 20 indiscreta *Coust.*: increata *V* 22 <domini> nostri *Car.* 22 *sq.*] *post* mysterio *lacunam 24 fere litterarum, post* potuisset *fere 14 litterarum reliquit V* 26 ignor *relicto spatio 8 fere litter. V*: ignorantia *o*, ignorantia diuinorum *Bar.*, ignorantia expers *Coust.*

abdicetur hebetudo, qui deum et dominum nostrum Iesum Christum figuram tantum carnis habuisse testatus est et nostrae ueritatem non habuisse substantiae, nesciens de quo promissum sit, quia uidebunt persecutores eius, in quem pupugerunt. ita enim in una eademque persona persistit utraque natura, ut deus atque homo unus dei filius Iesus
8 Christus fidelium cordibus apparescat. quid enim quadraginta dierum post resurrectionem domini cum hominibus conuiuentis et conuescentis egit praesentia, nisi ut istis negotiis illorum, qui ueritatem carnis eius negaturi erant, seniorem faceret aetatem curationis esse quam uulneris? sic enim dixit ad discipulos: quid cogitatis in cordibus uestris? palpate et uidete, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicuti me uidetis habere. neque fuisset mysterium, quod ostiis ad eos clausis ingressus est, si integritatem humani
9 corporis non habebat. possumus ex hoc dono uerbi procedentem longius proferre sermonem, sed satis esse credimus per deum nostrum eruditae clementiae uestrae strictis supplicare suggestionibus sperantes, ut laborem curamque pastoralis officii uenerabilium decessorum uestrorum Marciani et Leonis formam secuti etiam principalis potentiae participatione fulciatis. habebitis deo propitio spem de uictoriis non iacentem, si pontificalem contra diaboli subreptiones congressionem pacifica
10 ad decertandum instructione muniatis. numquam in sanctarum ecclesiarum memoria Dioscori, participis Eutychetis, Timothei et Petri parricidarum commemoratio reuiuescat; seruetur ab omnibus suspiciendae Calcedonensis synodi deo per uos operante definitio: Acacius Petri tenebrarum filii communione pollutus habeat participes, quos delegit, qui etiam inter suos excessus nec de Petro Antiocheno et complicibus eius nitidum se esse perpessus est; cessent maledicta piis sanctae recor-

4 Ioh. 19, 37  12 Luc. 24, 38 sq.

1 hebitudo *V*, *corr. Car.*: habitudo ϱ  5 pupugerunt ο[2]: pugnauerunt *V*  9 ut *scripsi:* in *V*  16 praecedentem *Car.*  18 dominum α  21 sicuti *V*, *corr. Bar.*  24 scarum *V*  27 suscipiendae ο

dationis papae Leonis ingesta dogmatibus, quae solos quidem
illo in suis manente puniunt irrogantes. in his, quae praefati 11
sumus, sollicitudinem uestri aduocamus imperii: poterit enim
pietas uestra hoc custodiens apices et sceptra sua post multos
annos ad alium saeculum possidere translata. suscipite preces 12
nostras per Ennodium atque Fortunatum fratres et coepiscopos
nostros nec non Uenantium presbyterum atque Uitalem
diaconum uel Hilarum notarium filios nostros, quorum apud
nos fides in dei timore studiumque perclaruit, pro uestro
amore transmissas et placidam uice nostra supplicantibus
conscientiam commodate! speramus enim et de deo habentes 13
fiduciam pollicemur studia, quae a uobis uerae religioni
impensa fuerint, sine retributione et praemio non futura.
Data III. Id. Aug. Florentio u. c. cons.

## (116.)

INDICULUS QUI DATUS EST ENNODIO ET FORTUNATO EPISCOPIS UENANTIO PRESBYTERO UITALI DIACONO ET HILARO NOTARIO.

Cum dei adiutorio et orationibus apostolorum uenientes in
partes Graeciarum, si episcopi uoluerint occurrere, in qua
decet eos ueneratione suscipite, et si uoluerint successionem
parare, nolite spernere, ne iudicetur a laicis nullam uos cum
ipsis habere uelle concordiam. si uero ad conuiuium uos 2
rogare uoluerint, blanda excusatione eos declinate dicentes
'orate, ut primum illam mysticam mensam mereamur habere
communem, et tunc erit uobis ista iucundior'. uictualia uero 3
uel si qua alia offerre uoluerint, excepta tamen subuectione,
si causa poposcerit, nolite suscipere sed taliter excusate nihil
deesse dicentes, sperantes etiam, ut animos suos uobis ad-

5 alium *V:* aliud *Bar.* possideret *V, corr. o* 8 hylarum *V* 12 uere *V*

**116.** *Dat. ab Hormisda legatis a. 515 die 11 Aug. Constantinopolim proficiscentibus. Edd. Car.* $I^2$ *457; Bar. ad a. 515, 24; Collect. Concil.; Thiel 748.* 16 INDICULV *V, corr. o* 17 VITALE *V, corr. o* HYLARO *V* 24 mereamur *o:* memoramur *V* 25 nobis *Bar.*

commodent. ubi sunt et dona et diuitiae et caritas et unitas et quicquid ad gaudium religiosum certum est pertinere.

4 Cum ista ordinatione deo propitio Constantinopolim peruenientes ibi succedite, ubi ordinauerit clementissimus imperator, et antequam ipsum uideatis, nulli detis ad uos ueniendi licentiam, praeter quos pietas eius miserit. postea tamen quam principem uideritis, si qui orthodoxi et nostrae communionis ut habentes zelum unitatis uos uidere uoluerint, eos sub omni cautela suscipite, per quos forte et quod agitur deprehendere poteritis.

5 Praesentati itaque imperatori litteras porrigite cum tali allocutione 'salutat pater uester, deum cotidie rogans et confessionibus sanctorum apostolorum Petri et Pauli uestrum regnum commendans, ut deus, qui uobis tale desiderium dedit, ut pro causa ecclesiae mitti et consulere beatitudinem ipsius eligeretis,
6 ipse et perfectionem bonae retribuat uoluntatis'. et si uoluerit, antequam chartas suscipiat, ordinem legationis agnoscere, his uerbis utimini 'iubete scripta suscipere'. si dixerit 'quid habent chartae?', respondetis 'salutes ad pietatem uestram continent et deo gratias agit, quia uos sollicitos de unitate cognoscit ecclesiae: legite et agnoscitis'. et nullius causae mentionem penitus
7 faciatis, nisi prius acceptae litterae relegantur. et post susceptas litteras et relectas adicitis 'nam et ad Uitalianum famulum uestrum misit litteras, quia accepta a pietate uestra, sicut ipse scripsit, licentia suos ad patrem uestrum sanctum papam homines destinauit. sed quia iustum erat, ut prius ad clementiam uestram dirigeret, hoc fecit, ut uobis iubentibus atque ordinantibus ad eum scripta, quae detulimus, deo pro-
8 pitio perferamus'. si imperator petierit epistolas a uobis

2 retinere *V*, *corr.* $\rho^2$ 7 uideritis $\rho$: uideretis *ut uidetur corr. ex* uideritis *V* 8 ut *Hartel*: at *V*, ac *ut uid.* $\rho^1$, aut $\rho^2$ noluerint *V*, *corr.* $\rho$ 9 quid *Bar.* 12 salutat uos *Bar.* intercessionibus $\rho^2$ 15 elegeretis *V*, *corr.* $\rho$: elegeritis *Car.* 19 respondete *Bar. eodem modo etiam aliis locis infra imperatiuum temere intrudens* 20 agit (*sc papa*) *scripsi:* aget *V*, agent $\rho$, agunt $\rho^2$ 21 agnoscetis $\rho$ 24 quia *V:* qui *Bar.* 29 a nobis *Bar., sed* a uobis *coniungi potest cum* petierit

ad Uitalianum directas. sic respondendum est 'non hoc nobis pater nester sanctus papa praecepit nec sine iussione ipsius aliquid possumus facere: tamen ut sciatis simplicitatem litterarum, quia nil aliud habent nisi preces ad pietatem uestram directas, ut adcommodetis animum uestrum pro unitate ecclesiae, iungite nobiscum personam, qua praesente traditae a nobis litterae relegantur'. si uero dixerit imperator eas se debere relegere, respondes iam te suggessisse iussum tibi a sancto papa non fuisse. si dixerit 'hoc tantum est, quod in 9
litteris continetur; possunt enim et mandatis alia nuntiari', tunc respondes 'absit a conscientia nostra! nobis non est talis consuetudo; nos pro dei causa uenimus et in deum commissuri sumus? simplex est sancti papae legatio et omnibus nota ipsa eius petitio. ipsae preces, ut constituta patrum non corrumpantur, ut haeretici de ecclesiis remoueantur. praeter ista legatio nostra nil continet'. si dixerit 'inde et ad syno- 10
dum inuitaui sanctum papam, ut si est aliquid ambiguum, tolleretur e medio', respondendum est 'agimus deo gratias et pietati uestrae, quia hunc uos affectum et animum habere cognoscimus, ut ea, quae a patribus constituta sunt, generalitas seruet, quia tunc uera et sancta unitas potest esse inter ecclesias Christi, si nos deo iuuante hoc, quod decessores uestri Marcianus et Leo custodierunt, eligitis esse seruandum'. si ille dixerit 'et quae sunt ista, quae dicis?', respondes 'ut 11
synodus Chalcedonensis et epistolae sancti papae Leonis, quae scriptae sunt contra haereticos Nestorium et Eutychen et Dioscorum, nullatenus corrumpantur'. si dixerit 'nos synodum 12
Chalcedonensem et epistolas papae Leonis et recipimus et tenemus', uos mox gratias agite et pectus eius osculamini clementiae dicentes 'modo cognouimus deum nobis esse propitium, quando praestare talia festinatis, quia ista est fides catholica, ista est, quam praedicauerunt apostoli, sine qua

23 elegitis *V*, *corr.* ϱ: elegeritis *Car.* 26 eutichen *V* 28 recepimus *Bar.* 30 clementiae *om. Bar.* 31 praestare *scripsi:* festiare *V*, facere ο

nullus esse potest orthodoxus, ista, <quam> debet sacerdotum
13 generalitas tenere et praedicando seruare'. si dixerit 'ortho-
doxi sunt episcopi, de constitutis patrum non recedunt',
respondes 'ergo si constituta patrum seruantur et in nullo
corrumpitur, quod in sancto Calcedonensi concilio firmatum
est, quae causa est tantum inter ecclesias partium istarum
esse discordiae uel quae causa facit in uno Orientis episcopos
14 non sentire?' si dixerit 'quieti erant episcopi, nulla inter
ipsos discordia uersabatur: decessor sancti papae animos
eorum missis litteris excitauit et ad confusionem sollicitando
perduxit', respondendum 'litteras, quas sanctae memoriae
papa Symmachus destinauit, prae manibus habemus: si extra
haec, quae pietas uestra dixit, hoc est „Calcedonense con-
cilium sequor, epistolas papae Leonis admitto", aliud quic-
quam continent nisi exhortationem, ut ista seruentur, uerum
est, quia per ipsum est generata confusio: at si hoc con-
tinetur in litteris, quod et pater uester sperat et pietas uestra
consentit, quid ille fecit, quod in eum uideatur esse culpa-
15 bile?' his adicite preces et lacrimas rogantes 'domine impe-
rator, considerate deum, ponite ante oculos uestros futurum
eius iudicium! sancti patres, qui ista constituerunt, beati
apostoli Petri fidem secuti sunt, per quam aedificata est
16 ecclesia Christi'. si dixerit imperator 'quod me uultis per
secutionem facere, habeo; ecce mihi communicate, qui syno-
dum Calcedonensem recipio et epistolas papae Leonis amplector;
nunc communicate mihi!', respondendum est 'quo ordine pietas
uestra communicari sibi desiderat? nec nos praedicantem ista
pietatem uestram uitamus, quod scimus deum timere, et gau-
demus, quia gratum uobis est patrum constituta seruare.

1 ista <quam> *scripsi:* ista *V*, istam *Bar.* 6 tantum . . discordia *V*, *corr.* $o^2$: tantam . . discordiam *o* 8 sentire *o*: sentire[ne] *V* 12 symachus *V* 18 eum *V*: eo *Bar.* 23 quod *Bar.:* quid *V* per secutionem (*aut* persecutionem) *V:* per locutionem *Bar.*, prosecutionem persolutionem *idem in margine* 24 habeo *Thiel:* abeo *V*, habete *Bar.* 25 calcedonense *V* 29 nobis *V, corr. Bar.*

fiducialiter ergo rogamus, ut per uos in unitatem reuertatur
ecclesia, sciant omnes episcopi uoluntatem uestram et quia
synodum Calcedonensem et epistolas papae Leonis seruatis
uel sedis apostolicae constituta'. si dixerit, quo ordine facienda 17
sint haec, se debere cognoscere, iterum preces adhibete cum
humilitate dicentes 'pater uester scripsit episcopis generaliter:
iungite his litteris sacras uestras significantes hoc uos uindi-
care, quod et sedes apostolica praedicat, et tunc, qui sunt
orthodoxi, de unitate sedis apostolicae minime separantur et,
qui his sunt contrarii, cognoscuntur. quibus ordinatis paratus
est pater uester, si opus fuerit, suam accommodare praesen-
tiam et, quicquid expedit, seruatis patrum constitutis pro
integritate ecclesiae non negare'. si dixerit imperator 'bene 18
ista; suscipite iterum nostrae ciuitatis episcopum!', iterum
preces adiungite humiliter dicentes 'domine imperator, pacem
uenimus cum dei adiutorio uobis aduitentibus et praestantibus
facere et intentionem sopire in ciuitate uestra. de duabus
est personis intentio: ista causa proprium cursum habet.
generalitas episcoporum primitus ordinetur, fiat una communio
catholica, et sequenti loco de istis uel si qui sunt alii extra
ecclesias suas tunc diligentius potest causa cognosci'. si 19
dixerit imperator 'de Macedonio dicitis, intellego subtilitatem
uestram: haereticus est; nulla ratione reuocari potest', respondes
'nos, domne imperator, nullum personaliter uindicamus, et
si pietas uestra considerat, magis pro anima uestra et opi-
nione loquimur, ut sit discussio et, si haereticus est, iudicio
cognoscatur et non sub opinione orthodoxi iniuste dicatur
oppressus'. si dixerit imperator 'quid uultis, modo dicite! 20
de synodo Calcedonensi dicetis et de epistolis papae Leonis?
ecce qui est ciuitatis episcopus, ad ista consentit', respon-
dendum est 'si ista custodit, in examinatione causae eum

1 unitate *V*, *corr.* ϱ *Bar.* 8 sedis *V* et *V*: ut *Thiel* 9 sepa-rentur $\varrho^2$ *Thiel* 10 cognoscuntur *scripsi:* cognoscantur *V* 11 acom-modare *V* 14 suscipite interim *Bar.* 19 primitus *bis V* 22 mache-donio *V* 24 indicamus *Car.* 30 ⟨istius⟩ ciuitatis *Bar.*

iuuare plus poterunt: et quia serno uestro Uitaliano magistro
militum talem dedistis licentiam, ut [si] speraret a beatissimo
papa, ut pro talibus causis, apud eum discussionem causae,
his personis, quibus de loco potest esse intentio, integra
21 uniuersa seruentur'. si imperator dixerit 'sine episcopo habet
esse ciuitas mea? hoc nobis placet, ut ubi ego maneo, episcopus non sit?' respondendum 'praediximus duarum personarum intentionem esse in ista ciuitate. quod ad canones pertinet, iam ante suggessimus: canones soluere in religionem committere est. multa sunt remedia, multa inuenta, per quae pietas uestra sine communione esse non possit et integra
22 iudiciorum forma seruetur'. si dixerit 'quae sunt ista remedia?'
respondes 'non a nobis nouiter inchoata: suspensa causa de aliis episcopis persona, quae consentit confessioni pietatis uestrae et constitutis sedis apostolicae, interim usque ad euentum cognitionis locum Constantinopolitani teneat sacerdotis'.
23 Si cum dei adiutorio episcopi uoluerint se adcommodare
sedi apostolicae, habetis textum libelli ex scrinio ecclesiae editum, iuxta quem debeant profiteri. si tamen contra alios episcopos catholicis datae fuerint petitiones, magnopere contra illos, qui sine uerecundia Calcedonensem synodum anathematizant et epistolas non recipiunt sancti papae Leonis, petitiones suscipite, causam tamen sedis apostolicae reseruate iudicio, ut et spem de audientia detis et tamen nobis debita
24 reseruetur auctoritas. si tamen imperator serenissimus totum
se promiserit esse facturum, tantum ut nostram praesentiam commodemus, modis omnibus prius sacra ipsius per episcopos uel epistolam nostram uno de uestris perferente per prouincias una cum personis, quas imperator deputauerit, destinate, ut sic eum seruare Calcedonense concilium et epistolas sancti papae Leonis omnibus innotescat. quibus ita procedentibus

2 si *deleui (an scribendum* sibi?): *de uerbi sperandi usum cf. Indicem* 5 habet *V* (*cf. Rönsch, Itala*[2] *447 sqq.*): debet *Bar.* 20 *fort.* a> catholicis 23 causa *V*, *corr. Bar.* tamen *scripsi:* tamen in *V* reseruata $\varsigma^2$ 24 uobis *V*, *corr. Bar.* 27 sacram $\varsigma^2$, ‹cum› sacra *Thiel* 28 perferente $\varsigma^2$: perferendo *V* per *Bar.:* uel *V*

ad nos in Christi signo, ut aduentum procuremus, scripta
dirigite. praeterea est consuetudo per episcopum Constan- 25
tinopolitanum omnes imperatori episcopos praesentari. si hoc
illorum callidus tractatus inuenerit uolentum formam legationis
agnoscere, ut cum Timotheo, qui uidetur modo Constantino-
politanam ecclesiam gubernare, imperatorem uideatis, sic
facite, ut si ante agnoueritis, quam ad imperatorem ingredia-
mini, ista disponi per aliquos, necdum praesentati mandetis
'talia nobis dedit praecepta pater pietatis uestrae, ut sine
aliquo episcoporum uestram clementiam uideamus'. ergo 26
agite, donec se ab hac consuetudine ipse remouerit. quod si
omnino noluerit aut si captiose contigerit, ut ante imperatorem
inopinati Timotheum uideatis, ita suggerite 'praecipiat pietas
uestra nobis dare secretum, ut causas, pro quibus missi sumus,
<exponamus>. si dixerit 'dicite ecce ante ipsum!'. respon- 27
detis 'non iniuriam facimus sed, quod ad causam pertinet,
intimamus; etiam et ipsius continet legatio nostra personam,
et suggestionibus nostris praesens esse non potest'. et nulla
ratione eo praesente aliquid allegetis sed egresso ordinem
delegationis exerite.

## (116 a.)

ITEM CAPITULA SINGULARUM CAUSARUM.

Ut sancta synodus Calcedonensis et epistolae sancti papae
Leonis seruentur. atque clementissimus imperator consentiens

6 uidetis *V*, *corr.* $o^2$ 8 mandate *V*, *correxi:* ‹dicite›: Mandata *Car.* *post* dedit *inserens* et 13 inopinate *Car.* 15 exponamus *add. Car.* 16 causas *Bar.* 17 persona *V. corr. Car.* 20 exerite] *hucusque indiculus, cuius exemplar quoddam legatis proficiscentibus ab Hormisda traditum esse ipsa eius docemur inscriptione. contra quae sequuntur capitula singularum causarum (116 a) certe sic scripta legati non abstulerunt secum Constantinopolim, immo ea papa conscripsisse uidetur, ut summam eorum quae aut per indiculum illum aut per conloquium legatis iniunxisset, in suum usum breuiter comprehenderet. quod ita esse et eo comprobatur, quod Hormisda p. 520, 20 dicit* quae legatis (*non* uobis) iniunximus, *et tota forma dicendi quasi adumbrante inque ipsis capitulorum exordiis iusta sententiarum conexione carente* 24 atque *V*: utque (*et* 520, 1 debeat, 520, 4 debeant) *Bar.*, ad quae *Thiel*

debet pietatis suae sacra generalia ad uniuersos episcopos destinare. in quibus significet supra dicta se et credere et uindicare: consentientes etiam episcopi in ecclesia praesente plebe Christiana haec praedicare debent: amplecti se sanctam synodum Calcedonensem et epistolas sanctissimi papae Leonis, quas scripsit conta haereticos Nestorium et Eutychen, Dioscorum, sed et contra sequaces eorum Timotheum Ellurum, Petrum uel contra eos, qui in ipsa causa tenentur obnoxii, simul etiam et Acacium, qui quondam Constantinopolitanae ecclesiae fuit episcopus, sed et Petrum et Antiochenum anathematizantes cum sociis eorum. haec manu propria praesentibus electis uiris uenerabilibus scribentes faciunt secundum textum libelli, quem per notarios nostros edidimus.

2 In exilium deportatos pro causa ecclesiastica ad audientiam sedis apostolicae reuocandos, ut iudicium et uera examinatio de his haberi possit, ita ut causa eorum inquisitioni integra reseruetur. si qui uero sedi apostolicae communicantes catholicam fidem praedicantes atque sequentes fugati sunt uel in exilio detinentur, hos iustum est ante omnia reuocari.

3 Praeterea quae legatis inter reliqua iniunximus: ut si contigerit libellos porrigi aduersus eos episcopos, qui persecuti sunt catholicos, de his iudicium sedi apostolicae seruetur, ut circa eos uenerandorum patrum possint constituta seruari, per quae aedificatio generalitati proueniat.

## (116 b.)

EXEMPLUM LIBELLI PER ENNODIUM ET FORTUNATUM EPISCOPOS UENANTIUM PRESBYTERUM UITALEM DIACONUM ET HILARUM NOTARIUM.

Prima salus est rectae fidei regulam custodire et a constitutis patrum nullatenus deuiare. et quia non potest domini

1 tuae V, *corr.* $\rho$ 6 ,et. Dioscorum *Car.* 10 et Antioch. V: etiam Antioch. $o$ 12 faciant $\rho^2$ 13 notarium nostrum *Bar.* 14 audientia V, *corr.* $o$ 15 ut $\rho^2$: et V 16 integrae $o$ 20 praetereaque *Thiel* 22 reseruetur *Bar.* 25 *de hoc exemplari libelli fidei ab eo, qui hanc partem Auellanae collegit, indiculo adnexo cf. 'Beiträge . . .' p. 4 adn. 2* 27 diač V hylarum V 28 recte V

nostri Iesu Christi praetermitti sententia dicentis: tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, haec, quae dicta sunt. rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica immaculata est semper catholica seruata religio. de hac ergo spe et fide separari minime 2 cupientes et patrum sequentes in omnibus constituta anathematizamus omnes haereses, praecipue Nestorium haereticum, qui quondam Constantinopolitanae fuit urbis episcopus, damnatum in concilio Epheseno a Caelestino papa urbis Romae et a sancto Cyrillo Alexandrinae ciuitatis antistite: una cum isto anathematizantes Eutychen et Dioscorum Alexandrinum in sancta synodo, quam sequimur et amplectimur, Calcedonensi damnatos; his Timotheum adicientes parricidam Ellurum 3 cognomento et discipulum quoque ipsius atque sequacem <in omnibus Petrum Alexandrinum: itemque condemnamus atque anathematizamus Acacium Constantinopolitanum quondam episcopum ab apostolica sede damnatum eorum complicem atque sequacem> uel qui in eorum communionis societate permanserint: quia quorum se communioni <quis> miscuit, ipsorum similem meruit in damnatione sententiam; Petrum nihilominus Antiochenum damnantes cum sequacibus suis et omnium supra scriptorum. quapropter suscipimus et probamus 4 epistolas beati Leonis papae uniuersas, quas de Christiana religione conscripsit. unde, sicut praediximus, sequentes in omnibus apostolicam sedem et praedicantes eius omnia constituta, spero, ut in una communione uobiscum, quam sedes apostolica praedicat, esse merear, in qua est integra et uerax Christianae religionis soliditas: promittentes etiam sequestratos

1 Matth. 16, 18

3 effitibus *V, corr.* ο 5 seruat *V, corr.* ο 11 eutichen *V* 13 ellerum *V* 15 *ea, quae uncis circumsaepta inserui, suppleui ex ea libelli forma. quam codice Berol. lat. 79 traditam edidi in Append. IV, nisi quod uerba* quondam episcopum ab apostolica sede damnatum eorum *in illo codice librarii ut uidetur errore omissa restitui ex eo eiusdem libelli exemplari. quod adnexum legitur Hormisdae ad episcopos Hispaniae epistulae 'Inter ea quae notitiae' (Thiel p. 793 sqq.); cf. etiam ep. 89 § 4 sq., ep. 90 § 4 sq., ep. 159 § 5* 19 quis *inserui ex eodem cod. Berolinensi* 26 sedis *V*

a communione ecclesiae catholicae, id est non consentientes sedi apostolicae, eorum nomina inter sacra non recitanda esse
5 mysteria. hanc autem professionem meam manu propria subscripsi et tibi Hormisdae sancto et uenerabili papae urbis Romae obtuli die XV. Kalendarum Aprilium Agapito u. c. cons.

## (117.)

EXEMPLUM RELATIONIS IOHANNIS EPISCOPI NICOPOLITANI, PER RUFINUM DIACONUM EIUSDEM.

DOMINO MEO CUNCTA SANCTISSIMO AC BEATISSIMO PATRI PATRUM COMMINISTRO AC PRINCIPI EPISCOPORUM HORMISDAE IOHANNES IN
2 DOMINO SALUTEM. Cura mihi extitit semper nihil amplius quaerere nisi agere propria et familiarem conuersationem sollicitudinis anxietati mandare. sed quia dei i u d i c i a a b y s s u s m u l t a est, sicut et uestram cognosco docere beatitudinem, patre nostro quondam atque archiepiscopo Alcisone a pastorum principe Christo ad supernas mansiones euocato ea ratione, qua ipse cognoscit qui est possibilium dominus, in me sancta synodus bonorum actuum ac clerus pastoris transtulit sortem.
3 ego autem cuncta referens deo, qui balbutientium linguas liberas facit, decenter ad uestras orationes concurro, ut iuxta consuetudinem apostolicae sedis uestrae cunctarum ecclesiarum curam et Nicopolitanorum habere dignemini secundum antiquam
4 spiritalem dispositionem uestram. petenti etenim mihi dari

14 Psalm. 35, 7

5 die ς: di *V*

**117.** *Dat. (simul cum ep. 119) a. 516 initio mensis Octobr. per Rufinum. Edd. Car.* $I^2$ *448; Bar. ad a. 516, 44; Collect. Concil.; Thiel 770.* 8 per Rufinum diaconum eiusdem *charactere minutiore V in marg.* 13 propria et *scripsi:* propriam et *V* (propria et . . anxietate mundare *Thiel*, propria et . . conuersationem ⟨uacuam⟩ sollicitudinis ⟨et⟩ anxietatis mundanae *Bar.*) 16 a pastorum *scripsi* (*cf. Petr. I 5, 4*): apostolorum *V*, episcoporum *Car.* a⟩ Christo $\varsigma^2$ *Car.* 17 euocatum *V*, *corr.* $\varsigma^2$ 19 pastoris *ex* pastorum *V* 20 balbutientium ς: balbutaentium *ex* balbutantium *V* 22 *sq.* uestrae ⟨quae⟩ . . curam ⟨habet⟩ *Car.*

responsum ad apertionem oris, sicuti docuit beatus apostolus atque ipse etiam dominus praecepit, mecum petite horum datorem et cum quaerente pariter quaerite et pulsantem spiritali manu uestra suscipite. hoc enim nobis facientibus potero, sanctissime, et accipere et inuenire et adaperiente Christo recte per uerbum ueritatis incedere. quoniam uero 5
quidam dissimulantes nobiscum credere atque sectari sanctas synodos, quae Nicaeae Constantinopoli atque Ephesi congregatae sunt, in quibus principes extiterunt sanctissimi <beatae> memoriae episcopi Caelestinus apostolicae sedis uestrae et Cyrillus Alexandrinae, insuper etiam quae Calcedone aduersus Eutychem impium congregata est. quae omnes praedictas ueritatis atque orthodoxiae in se ratione firmauit: tamen audent nos impugnare tamquam uinculum concordiae sine ratione uitantes. notum autem mihi est uestram sequi 6
doctrinam, sicut inter sanctos praecessor meus Alcison extiterat, et anathematizo Dioscorum ac Timotheum appellatione Ellurum et Petrum horum successorem et Petri communione cum his permixtum Acacium et Petrum, qui Antiochenam perturbauit ecclesiam, sequens in omnibus synodicas ac proprie apostolicas epistolas scriptas a uero praesule Romanae ecclesiae Leone. rogo autem: plenius atque perfectius, quae seruari oportet, 7
commonete et, quibus abstinere debeam, uestris custodibus litteris intimate, ut etsi fortassis adhuc inexercitatus ordini deputor lectionum seu dixi siue egi apostolicis doctrinis uestris incongruum, uestris imbutus sermonibus possim haereticorum obsistere machinis. hoc enim facientes, sanctissimi, firmiores

1 Ephes. 6, 19

5 aperiente ϱ  6 recta *Bar. in marg.*  incidere *V*, *corr. Bar.* 6 quoniam *V*: quamquam *Hartel*  7 dissimulantes] *sc.* sunt  9 quibus *V*: qua *Bar. in marg.*  sanctissimae ϱ; *ego addere malui* beatae  12 eutichem *V*  13 ueritatis *scripsi:* ueritates *V*, *quod retinentes* atque orthodoxa *Car.*, aeque orthodoxiae *Thiel*  19 antiocenam *V*  21 uiro *V*, *corr. Bar.*  24 etsi *V:* si *Bar.*  27 macinis *V*  sanctissime *Car.*

nostrae sanctae synodi inuenietis episcopos et bonorum actuum
clerum ac populum confirmabitis tamquam familiarem uobis
8 reddentes sanctam Nicopolitanorum ecclesiam. uenerabilem uero
diaconum Rufinum ad tam necessariam causam directum pacifice,
sicut uos decet, rogati suscipite et fiduciam tribuentes celerem
eius recursum ad nos praestare dignemini portantem spiritalia
9 atque apostolica constituta. cuncta sanctissime. omnem in
Christo fraternitatem uestrae beatitudinis ego et qui mecum
sunt plurimum salutamus in domino.

## (118.)

HORMISDA IOHANNI EPISCOPO NICOPOLITANO. PER RUFINUM DIACONUM. Gauisi sumus in domino ualde, frater karissime,
acceptis litteris tuis, in quibus te profiteris sacerdotium dei
gratia suscepisse. haec est fides certa, haec spes sine ambiguitate secura, qua creditur totius boni causa in superna
2 dispensatione consistere. cuius rei scientiam habens, frater
karissime, beneficiorum, quae a deo nostro consecutus es,
religioso animo gratiam confiteris. licet hoc quoque de eodem
clementiae fonte descendit, ut se auctori suo humana submittat
humilitas: ait enim: super quem requiescit spiritus
meus nisi super humilem et quietum et trementem
3 sermones meos? in his ergo, in quibus huiusmodi probaris,
clarius eluceseet aliis etiam uirtutis huius futurum exemplum,
quando ad hoc etiam deo instituente perductus es, ut et in
4 te catholicorum glorietur ecclesia. nam sicut diuinis testimoniis
eruditus et iuxta apostolum sacrarum litterarum institutione
formatus hoc auspicium tuae ordinationis edidisti, ut aduersum
deuiantes cum sedis apostolicae sententiis conuenires. neque

20 Esai. 66, 2

5 celerum *V, corr. o* 7 cuncta sanct. *seiunxi ab eis quae sequuntur*
118. *Dat. (simul cum ep. 120) a. 516 die 15 Nou. per Rufinum; respondet epistulae 117. Edd. Car. I² 449; Bar. ad a. 516, 50; Collect. Concil.; BTA I 383; Thiel 774.* 11 per rufinum diac̄ *V charactere minutiore in marg.* 12 simus *V, corr. o* 15 quae redditur *V, corr. o²*

enim remunerari aliter tantorum beneficiorum poteras largitorem, nisi aduersus inimicos eius euidentem zelum apostolicae confessionis ostenderes. notum est enim eos extra 5
religiosa septa consistere, qui et ipsi profitentur conscientiam fidei. fiduciam * * atque ideo et infructuosa est apud eos quamuis cum religiosis congrua sanctae communionis aequalitas, quia procul dubio qui ea, quam meruit, libertate non utitur, subiectum se iniquitatibus confitetur. quid gloriemur his, quas non sequimur, disciplinis? falso appellat magistrum, qui se institutionibus eius non probat esse discipulum. sed 6
quia nobis nunc omnia in confessione similia et libertatis propriae resumpsistis affectum, paternae rursus hereditatis cupientes esse consortes amplectimini gratiam traditionis antiquae et in illius inconuulsi fundamenti stabilitate persistere, non cum temporibus corda mutantes (inconstantis enim mutabilitas ista solet esse propositi atque ideo bene fundatis oportet inhaerere, quando huiusmodi studia clementia scit fouere diuina), ut fidei uestrae firmitas uobis de aliorum salute fructificet et feruore uestri studii aliorum quoque animus ad resumptionem bonorum suorum possit accendi, quatenus et de uobis quoque sanctus apostolus dixisse credatur: a e m u l a t i o u e s t r a p r o u o c a u i t p l u r i m o s. ergo 7
Nestorii et Eutychetis impietatibus iuxta synodalia constituta damnatis sectatores quoque eorum similiter exsecrantes cum exultatione dicamus: 'e x i t e d e m e d i o e t s e p a r a m i n i e t i n m u n d u m n e t e t i g e r i t i s' d i c i t d o m i n u s. quemadmodum enim quis malarum inuentionum de⟨te⟩stabitur principes, si non

22 Cor. II 9, 2 25 Cor. II 6, 17

4 religiosas *V*, *corr.* $o^2$ 5 fidei fiduciam atque ideo *V:* fidei atque fiduciam sed *Bar.*, fidei non fiduciam atque ideo *Coust.*; *ego indicaui lacunam, quam sic fere expleas uelim* qui et . . conscientiam fidei, fiduciam ⟨tamen ostendendi non habent⟩. atque ideo instructuosa *V*, *corr.* $o^2$ 14 persistite $\rho^2$ 16 solet esse *ex* sole &sse *corr. V* 17 sit (c *supra* i) *V* 25 exite $o$: ex te *V* 27 destabitur *V*, *corr.* $\alpha$

declinat sequaces. aut quemadmodum odit originem. qui non
exsecratur et subolem? in discipulis praedicatur fama docen-
tium. et donec male iactorum seminum radix per succedentes
8 culta floruerit, tamdiu auctorum memoria non peribit. addatur
perditis Eutychetis et Acacius disciplinis sub communione
Petri omnium quoque damnatorum mixtus errori; quod uestra
dilectio litteris suis, dum fidem suam asserit, euidenter ex-
9 pressit. ad instructionem uestrae fidei pleniorem. quo ordine
ad communionem nostram suscipi deceat reuertentes, indi-
culum subteradiecimus sperantes in deum bonorum omnium
largitorem. quod laudabili circa fidem uestrae dilectionis
instantia non solum hoc eorum, qui uobis uicinitate iunguntur.
saluti prosit sed eorum quoque, ad quos fidei uestrae et
10 religiosae uoluntatis uelox fama peruenerit. Rufinum si-
quidem diaconum, qui nobis litteras uestras obtulit, in Christi
caritate suscepimus; quem apostolorum orationibus commen-
dantes cum pace remisimus. hortantes, litteras a nobis tam
ad caritatem tuam quam ad synodum directas populo relegatis.
quod et nos pro fidei uestrae commendatione fecisse cognosce.
Data XVII. Kal. Decembr. Petro cons.

## (119.)

EXEMPLAR RELATIONIS SYNODI EPIRI VETERIS.

DOMINO NOSTRO CVNCTA SANCTISSIMO AC BEATISSIMO PATRI PATRVM COMMINISTRO AC PRINCIPI EPISCOPORVM HORMISDAE SYNODVS

1 qui $v^2$: quae *V* 3 seminum] *desinit codicis V fol. 112, nisi quod in eiusdem angulo infimo primum sequentis folii uocabulum* radix *prae-notatum est. ipsum fol. 113 ueteris scripturae excidit recentique folio saeculi 16/17 suppletum (cf. Proleg. I); quare in hac quidem parte sequimur codicem α.* 3 radis α 5 perdito Eutycheti *Bar.* Acacius *Bar. Coust.*: acacii α discipulus *Bar.*, discipulis *Coust.* 9 reuerentes α, *corr.* $v^2$ *et α man. post.* 20 xvii α: xiii *Coust.; cf. 'Beiträge . .' p. 9* kł decembriarum α

119. *Dat. (simul cum ep. 117) a. 516 initio mensis Oct. per Rufinum. Edd. Car. I² 451; Bar. ad a. 516, 47; Collect. Concil.; Thiel 772.* 22 *et p. 527,* 1 epiri $v^2$ (etpyri *index generalis codicis V, cf. Proleg. cap. I*): ephesi α 24 principe α, *corr.* $v^2$

UETERIS EPIRI IOHANNES MATTHAEUS CONSTANTINUS CHRISTODORUS HILARIUS PHILIPPUS IULIANUS ET CHRYSIPPUS. Si dignis prooemiis uti temptemus, necesse est multis fletibus horum
depromptiones efficere. plurimi namque ex nobis in regnante 2
fuere Constantinopoli, cum uestri sanctissimi uicarii Ennodius et Fortunatus episcopi, Uenantius presbyter, Uitalis diaconus, Hilarus notarius degerent, pietatis agona susceptum tenentes. nobiscum autem fuit et inter sanctos factus pater atque archiepiscopus noster Alcison, qui cum omni praesumptione supplicibus utens libellis apud uestram beatitudinem dignus effectus est apostolicae sedi uestrae communicare nobiscum.
sed quia repente, qui cunctorum retinet potestatem, hunc ad 3
se euocauit, nos inrefrenabili fletu retenti peruenimus tamen ad patriam nullo modo errorem propter dei gratiam sustinentes
sed ubique uestra decreta sectantes. flentibus autem nobis 4
atque lamentantibus cum his, qui nobiscum relicti sunt in paroecia comministri, quis possit de orthodoxis recte Christi oues transigere, qui consolatur humiles, consolatus est etiam nos per uestras orationes, demonstrans metropolitanae ciuitati in cunctis sanctissimum Iohannem, qui a pueritia in ecclesia sine culpa nutritus, immo laudabiliter in ea degens. ita ut neque eum in hac quisquam moribus antecellat, zelo autem circa orthodoxiam iuxta apostolicas ammonitiones uestras
nulli omnino cedente. hunc ergo dei prouidentia ordinauimus 5
praesulem Nicopolitanorum sanctissimae ecclesiae et rogamus, ut iuxta antiquam consuetudinem hunc quoque complectamini paternis uisceribus uestris nobisque atque ipsi dei gratia

1 iohannis matheus *α* 2 hylarius *α* crisippus *α* p$^{e}$miis *α* 5 uestris *α*, *corr.* $o^2$ 7 hilarius *o et α man. post.* 11 sedis *α*, *corr. Bar.* 13 recenti *α*, *correxi:* detenti *Thiel* 15 uobis *α*, *corr.* $o^2$ 17 parooetia *α* 22 hac (*sc. ecclesia*) *α*: his *Bar.* moribus *scripsi:* temporibus *α Bar.* zelo] *incipit rursus uetus scriptura V (fol. 114)* 23 orthodoxia *V*, *corr. Thiel* 24 cedente *V*: cedens *Bar.* 25 praesule *V*, *corr.* $o^2$

efficiamini arma inexpugnabilia commonitionibus uestris atque doctrinis et precantibus nobis inclinetis aurem et pietatem concordiae reperiatis iuxta inspiratam uobis diuinitus apostolicam prouidentiam, ut in pace, quae est ei amabilis, cunctae sanctissimae ecclesiae coaptatae inmarcescibilem uobis coronam nectentes in omni pietate atque humilitate comprehendantur
6 in Christo. uenerabilem uero diaconum Rufinum propter hanc tam necessariam causam directum libenter rogati conspicite et ad nos sub uelocitate remittite portantem doctrinas uestras apostolicas.

7 ET ALIA MANV: Incolomem me ora, sanctissime pater patrum. ego Iohannes episcopus Euroeas retuli.

Incolomem me ora in domino, sanctissime ac beatissime pater patrum. ego Matthaeus episcopus Butroiti retuli.

<Ego> Constantinus episcopus Hadrianopoleos retuli.

Incolomem me in domino ora, sanctissime ac beatissime pater patrum. ego Christodorus episcopus Anciasmu retuli.

Ego Hilarius episcopus Fotices retuli.

Ego Philippus episcopus Phoenices retuli.

Ego Iulianus episcopus Dodones retuli.

Ego Chrysippus episcopus Cercyres retuli.

3 repperiatis *V* 4 ei] *scilicet* deo, *quod ex* diuinitus *subplendum* amabiles *V, corr. o* 5 cooptate *V, correxi:* cooptatę *o*[2] inmarcessibilem *ex* inmarcessibiles *corr. V* 6 comprehendamur *V, corr. Bar.* 11 *et* 14 patrum *ex* parum *corr. V man. rec.* 12 Euroeas (*uel* Eurias) *scripsi* (*cf. Beiträge* 8): eursas *V*, rursus *Car.* 13 dno *V, corr. man. rec.* 14 matheus *V* 15 ego *inseruit Bar.* haonanopoleos *V, corr. Bar.* 17 Anchiasmi *Harduinus* 18 illarius *V* 19 Phoenices *Harduinus:* photicensis *V* 21 crisippus *V*

## (120.)

HORMISDA SYNODO EPIRI UETERIS. <PER RUFINUM DIACONUM.>

Benedictus deus ecclesiae suae membra consocians! benedictus
deus, qui maligno instigante diuisos sub eadem, qua olim
fuerunt, facit soliditate coniunctos! etsi enim diu perdicis modo
uociferauit inimicus et eos, quos non genuit, sicut asseruit
propheta, collegit, tamen ab his sine ambiguitate desolabitur;
neque enim oues dominicae sequuntur alienum aut alterius
uocem pastoris exaudiunt. unde nec uos ad salutis iter 2
redisse miramur, cum tarditatem magis in hac redintegratione
culpemus. debemus, karissimi fratres, domesticis uti <in> hac,
quam quaerimus, stabilitate documentis. siquidem tunc 3
Timotheus Cersonensis, grauis cum disceret, grauior cum
doceret (nam Dioscori sectator et idem Petri nihilominus
institutor), aduersum beatae recordationis Proterium saeuitiam
suae temeritatis exeruit et totius finem crudelitatis excessit
religiosi uiri caedem inter ipsa operatus altaria uix faucibus
suis ab illo pio cruore suspensis; tunc excitata uniuersalis 4
ecclesia in odium parricidae auctorem facinoris tanti non
solum communione uerum etiam ipsa quoque Christiani * *
omnium mentes noua quadam admiratione stupuerunt tantae
praesumptionis audaciam; tunc beatus Eugenius paroeciae
uestrae obtinens principatum cum subiecta sibi sancta synodo

6 cf. Hierem. 17, 11 8 cf. Ioh. 10, 5

**120.** *Dat. (simul cum ep. 118) a. 516 die 15 Nou. per Rufinum; respondet epistulae 119. Edd. Car.* $I^2$ *452; Bar. ad a. 516, 55; Collect. Concil.; BTA I 386; Thiel 777.* 2 Epiri $o^2$: EPHESI *V*, etpyri *eiusdem codicis index generalis (cf. Prolegom. cap. I)* per Rufinum diaconum *ex eodem generali indice restituit Coust.* 6 eo *V*, *corr. o* 7 colligit *V*, *corr. o* hab *V*, *corr. α* 8 secuuntur *V* 10 tarditate *V*, *corr.* $o^2$ 11 uti *Bar.*: ut *V* in *addidi* (<ad> hanc .. stabilitatem *Bar.*) 13 prauus .. prauior *sine causa Coust.* discederet *V*, *corr. Coust.* 15 protherium *V* 16 fidem *inepte Coust.* 20 ipsae .. Christianae *α man. post.*, ipsae .. Christianorum $\rho^2$; *ego lacunam indicaui quam similiter praecedente Coustantio sic fere expleuerim* Christiani <nominis appellatione priuauit, adeo> omnium 21 quedam *V*, *corr. o*

zelum quendam, quali Finees se deo commendauit, ostendit. cuius rei memoriam non solum non potest tempus abscondere uerum etiam de die in diem magna apud orthodoxos fama multiplicat. horum studia sic probata neglegere et sententias non amare id est in ipsa domini nostri confessione delinquere.
5 et nobis quidem nunc post professionem ac litteras uestras omnia fidei dogmata deo suos coniungente similia: orandum est, ut in ea uoluntas uestra, qua nostros animos releuauit, confessione permaneat. sed opus est citra respectum timoris insectari eorum rabiem, qui fidei aduersa nituntur; quanto enim infidelium error exaestuat, tanto magis se, si resistat, securitas nostra commendat. neque enim haec sunt per patientiam neglegenda, quando malum hoc uitio prauae consuetudinis animatum apud plures sub quodam colore legis inoleuit, dum aut praua studia in unum congruunt aut recta se
6 subtrahunt. nam ut eam quae imminet rem loquamur, Eutyches ut nefandae haeresis inuentor excluditur etiam ab his, a quibus eius dogmata diliguntur, apud eos ipsos ita exosus atque fugiendus, ut nominis quoque ipsius oderint mentionem; sed peruersi religiosarum institutionum ministri, quem sicut uerum detestantur haereticum, hunc alia uia tamquam uerum amplexantur orthodoxum. siquidem in sancta Chalcedonensi synodo Dioscorus eadem sentiens pari ratione damnatus est et, cum una persecuta sit utrumque sententia, horum alterum si quis sequatur aut diligat, dicat aliquis, quemadmodum se a sententia, quae designatos damnauit, excipiat, cum eos, quos transgressionis aut impietatis conectit aequalitas, sine dubio unum quoque uinculum damnationis
7 adstringat. Timotheus et Petrus horum sequaces homines mente corrupti et pestis quaedam nominis detestanda catholici:

1 cf. Num. 25, 11

1 fine esse *V*, *corr.* $\varsigma^2$ 5 id est *Thiel:* idem est *V* 7 ⟨per⟩ omnia *Thiel.* omnia .. dogmata ⟨ueneranles⟩ .. similiter *Bull. Taur.* 8 nostros $\varsigma^2$: nos *V* 13 malo *V*, *corr. Bar.* 18 deliguntur *V*, *corr.* $\varsigma^2$ 23 scentiens *V* 26 scencia *V*, *corr.* $\varsigma^2$

quorum communionem in Petro amplexus Acacius similiter
quoque meruit subire sententias. qui tantum malum quasi
paruo aestimans et propositum numquam ad meliora conuertens
ne ab illis quidem se, quae in Antiochia detestamur, abstinuit,
ibi quoque transgressori Petro commu⟨nio⟩ne conexus, in Apa-
menam nihilominus hostiliter uersatus ecclesiam, Tyriam
quoque non ea qua decuit integritate disponens. propter 8
quae, dilectissimi fratres, ab eorum innodatione soluentes
uelut regionem quandam pestiferam relinquentes seruemus
apostolicam disciplinam: saluti nostrae omni diligentia et
sollicitudine prouidentes ea cura nefandi Nestorii declinemus
errores, qua Eutychetis impia inuenta persequimur. maxime
enim nunc religiosae fidei dogmata diuerso incursu horum,
qui praedicti sunt, incursantur insidiis, scelestis pro ratione
temporum sua argumenta nectentibus, si quo modo possint
innocentium uiis fraudem suae impietatis inserere. atque ideo
sicut docti nummularii et prudenter instructi ab improbandis
laudata separantes talenti uobis crediti poteritis multiplicare
substantiam. haec, dilectissimi fratres, scripsimus plenae 9
caritatis impulsu, quia et spem fidei uestrae primum de dei
dono, deinde et fratris nostri Iohannis, qui nobis praesidet,
professione praesumpsimus, qua nominatim omnes, quos
apostolica et generalis catholicorum condemnat ecclesia,
execrabiles sibi esse declarauit. quod uos quoque in litteris 10
uestris oportuit euidenter exprimere nec arbitrari posse suffi-
cere sub tantis praesertim insidiis callidorum, quos uiritim
et singulos insecrari conuenit atque damnari, sub quadam
generali eos damnatione concludere. diligentem quaerunt
uulnera antiqua medicinam nec abundans esse creditur,

2 sententiam ρ 4 anthiocia *V* 5 commune *V*, *corr.* ρ² 6 osti-
liter *V* thyriam *V* 8 inodacione *V* 9 reliquentes *V* 10 dissi-
plinam *V* 13 religise *V*, *corr. Car.*: religiosa *Bar.* 14 insidiis *V:*
insidiose istis *Coust.* 15 posint *V*, *corr.* α 17 prudentes *V*, *corr.*
*Bar.* 18 laudanda ρ 22 praesumsimus *V* 25 suficere *V* 26 sub-
stantis *V*, *corr.* ρ² 27 insectari ρ *Bar.* damnare *Bar.*

quicquid pro integritate fidei et stabilitate religionis adhibetur.
11 unde libellum cum litteris misimus. cui nos subscriptiones
proprias <oportet> inserere, ut fides uestra, quam directa
per Rufinum diaconem scripta testantur, apud nos fiat huius
quoque repetitionis adiectione manifestior. Data XVII. Kal.
Decembr. Petro cons.

## (121.)

HORMISDA IOHANNI EPISCOPO NICOPOLITANO. PER PULLIONEM
SUBDIACONUM. Litterarum, quas direxisti, series et expositio
tuae fidei conueniens sedis apostolicae iudiciis nostros animos
releuauit. tot incitati gaudiis contenti non fuimus, nisi per
Pullionem subdiaconum ecclesiae Romanae, quid plenius circa
nos ageretur, cuperemus agnoscere. magnopere quia in relatione
episcoporum sub ordinatione caritatis tuae degentium
non uniuersa, quae ad ecclesiastica constituta pertinent, sicut
2 in uestra, leguntur euidenter expressa. unde et pro nostra
sollicitudine et illorum integra nobiscum coniunctione libellum
direximus, in quo eos oportet debere subscribere, quia et
omnes sacerdotes uestrarum partium, qui ad sedis apostolicae
commu<nio>nem reuersi sunt, in eadem professione subscrip-
3 serunt. ista caritas, ista communis salutis excitauit ambitio:
quod credo et fraternitatem uestram gratanter accipere. quia
ubi de animarum salute res geritur, studii tui uel intentionis
debes operam commodare, ut antecedendo fructum de tali
4 possis laude percipere. Pullionem praedictum cum rescriptis
caritatis uestrae ad nos iuuante deo sub celeritate remittite,

3 oportet *addidi ex coniectura editorum Bull. Taur.* inserite *Bar.* 5 repiticionis V xvii *scripsi (cf. Beiträge p. 9):* xiii V 6 decembrias V

**121.** *Dat. (simul cum indiculo ep. 122) a. 516 die 19 Nou. per Pullionem. Edd. Car.* I$^2$ *453; Bar. ad a. 516, 62; Collect. Concil.; BTA I 385; Thiel 780.* 8 IOANNI V per Pulionem (*sic!*) subdiaconum *charactere minutiore V in marg.* 11 *fort.* sed tot contempti V, *corr.* $\rho^2$ 14 ordinacionis V, *corr.* $\rho^2$ 20 communem V, *corr.* $\rho$ 22 quod V: *fort.* quae 25 posis V

quatenus desideria nostra diu suspensa esse non possint. Data XIII. Kal. Decemb. Petro cons.

## (122.)

INDICVLVS. PER PVLLIONEM SVBDIACONVM.

Cum dei adiutorio et orationibus sanctorum apostolorum
Petri et Pauli ueniens ad Nicopolim sic debes agere, ut post-
quam episcopus Nicopolitanus acceperit litteras nostras, epi-
scopos, qui sunt in sua paroecia, colligat et faciat sub-
scribere in libellum, quem in epistolis suis habent adnexum.
si tamen dixerit praedictus episcopus esse laboriosum episcopos 2
colligere, dirigat tecum personas per singulos episcopos, ut
te praesente subscribant in praedictum libellum. sic tamen 3
cum dei misericordia facere debes, ut epistolae, quae <a> nobis
missae sunt, publice legantur, aut si uideris prae timore hoc
episcopos facere nolle, saltem uel clericis suis haec relegant.
quae tamen in ipsorum dimitte potestatem et scripta episco-
porum et illius episcopi, hoc est Iohannis metropolitani, ad
nos cum dei misericordia reporta. post hoc factum nullas 4
moras te uolumus ibidem facere propter insidias et calliditates
inimicorum.

**122.** *Dat. (simul cum ep. 121) a. 516 die 19 Nou.* *Edd. Car. I² 454; Bar. ad a. 516, 64; Collect. Concil.; BTA I 386; Thiel 780.* 4 INDICVLVM *V, corr. o²* 7 acciperit *V* 8 qui sunt (= qui s̄) *Hartel*: quos *Vo* paroecia ⟨habet⟩ *o* 9 quem *o*: quod *V* abent *V* 12 sic *o*: si *V* 13 a *inseruit o* 14 prae *cod. Angelic.*: pro *V* 15 uel *om. Bar.* sue *V, corr. o* 16 dimittite *V, corr. o* 20 *post* inimicorum *ante titulum ep. 123 ex parte in marginem excurrentia V charactere minutiore addit uerba* per Iohannem diaconum eius; *quae ego reieci post titulum ep. 123, cf. Beiträge 12 sqq.*

## (123.)

HORMISDA IOHANNI EPISCOPO NICOPOLITANO CUM SYNODO UT SUPRA. PER IOHANNEM DIACONUM EIUS. Optaremus, dilectissimi fratres, ab omnibus uos molestiarum fluctibus alienos uitam sub tranquillitatis securitate transigere et deo nostro remota mundanarum tempestatum mentis perturbatione * * mouerunt,
2 quia quae fieri nolumus, necesse est, ut facta doleamus. sed abundat mundus incommodis et temptationibus saeculum istud, in quo peregrinamur, expositum est passim; uelut magnae moles uentorum procellis, ita fidelium mentes diabolicis pulsantur insidiis et, sicut dictum est, qui uolunt pie uiuere
3 in Christo, persecutionem patiuntur. sed consolatur spes a iusto retributore promissa, quia beatus est, qui non fuerit scandalizatus in domino. non deiciant milites dei impetus fragiles et caduci. qui adsistit strenuis, non delectatur ignauis. facile contemnuntur ista quae transeunt, si illa quae sunt mansura cogitentur. amplectenda est probationis occasio, quia licet sint dura onera laborum, praemia
4 tamen maiora uirtutum. quemadmodum par erit remunerationi, qui se imparem monstrat examini? non simus segnes ad fortia, si peruenire cupimus ad promissa. quis super hoc expectet

11 Timoth. II 3, 12 13 Matth. 11, 6

**123.** *Dat. (simul cum epp. 127 133 134 135) a. 517 die 12 Apr.; respondet haec epistula per Iohannem Iohannis Nicopolitani diaconum missa duabus epistulis Iohannis et synodi Epiri hodie deperditis acceptis ab Hormisda inter diem 3 et 12 April. eiusdem anni. Edd. Bar. ad a. 517, 36; Collect. Concil.; BTA I 406; Thiel 809.* 2 IOANNI *V* cum *α*: CV *V* 3 per Iohannem diaconum eius *α V perperam in fine ep. 122 additum huc transponendum esse docemur etiam generali collectionis indice edito in Proleg. cap. I* 6 mundarum *V, corr. ρ* mentis perturbacione mouerunt *V:* mentes perturbatione uestras deuotas esse *interpolauit ρ (et $\alpha^1$); ego cum Baronio indicaui lacunam, quam sic fere puto explendam* perturbatione <sine eo seruire dolore, quem semper in catholicorum animis perfidarum mentium nouationes> mouerunt 8 *sqq. correxi uulgatam interpunctionem* temptationibus; saeculum . . procellis. Ita *etc.* 9 passim *V:* passionibus *ρ* 18 honera *V* 20 forciā *V, corr. ρ*

uocem hominis, cum cottidie nobis insonet sententia ueritatis:
*beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam!* sed ne me, fratres karissimi, licet apud fideles magna 5
sit, spiritali tamen uos solum credatis confirmatione solari,
a prouidendis pro uestra tribulatione remediis, quantum in
homine esse potuit, non quieui. nam per legatos ad Orientis
principem destinatos et Thessalonicensem episcopum, ut ab
insectatione uestra cessaret, admonui et prorogatis paginis,
ut imperatori supplicaretur, iniunxi. haec quantum ad prae- 6
sentia sunt prouisa; sed illa, quae ad spem futuram pertinent,
haec sunt potius mentibus intuenda. sane hoc me fateor fuisse
miratum, quod inter allegationes angustiarum religiosae prudentiae uestrae haec potuit cura subripere. ut <a> me sub
consultationis colore dirigendi ad Thessalonicensem episcopum
solitas litteras licentia posceretur. egone huius rei auctor
existerem, quam si inscio me cognoscerem factam esse, culparem? absit ista peruersitas! audite apostolicam uocem sed 7
personae meae conuenienter aptandam: *si quae destruxi, haec iterum reaedifico, praeuaricatorem me constituo.* nolite, obsecro, ad euitata uix redire contagia nec
pedes luto, quo tenebantur, auulsos patiamini male rursus
immergi. sinite oblitterata esse transacta. *nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro aptus est regno dei.* impediuntur a processu propositi itineris, 8
qui reflexis oculis respiciunt, quod relinquunt. non amant
ecclesiasticae disciplinae eos, in quibus remanet memoria ulla
perfidiae; totos ab errantibus oportet abscidi, quia in tantum
detestabiles aestimantur ad spreta redeuntes, ut beatus apostolus Petrus melius illis esse praedicauerit, ut non cognosce-

2 Matth. 5, 10 18 Gal. 2, 18 22 Luc. 9, 62 29 Petr. II 2, 21

4 *sq.* solari a *Thiel:* solaria *V* 13 subrepere o² a *add.* ϱ² 14 consolacionis *V, corr. Thiel* 16 quam o: qua *V* insio *V, corr.* o 17 abscit *V* 22 immergit *V, corr.* o 25 relinguunt *V, corr.* o 26 ęcclesia stice *V* (*etiam* α, *quod moneo contra Thielium*) 28 ad o: a *V*

rent uiam iustitiae, quam cognoscentes retrorsum reflecti a tradito sibi sancto mandato. in aperto est, qua pertinacia traditae fidei debeat constantia custodiri. si tolerabilius est in errore persistere quam coinquinationibus rursus, quas quis fugerit, implicari. Data pridie Idus April. Agapito cons.

## (124.)

HORMISDA IOHANNI EPISCOPO NICOPOLITANO. PER PULLIONEM SUBDIACONUM. Remeante Pullione subdiacono nostro litteras caritatis uestrae suscepimus de constantia fidei uel de intentione, quam circa communionem sedis apostolicae geritis, gratulantes; sed contristati sumus, quod uos aliquas sustinere molestias perhibetis. ista tamen diuturnam non possunt habere substantiam, quia ubi deus pure colitur, etsi aduersa contigerint, in prosperis commutantur secundum apostolum di-
2 centem: spes non decipit. dubitans apostolorum princeps incedens per pelagus laborauit: mox tamen inuocato domino suo paratum habuit, qui eum porrecta manu non pateretur sustinere discrimen. ergo auctorum nostrorum sequentes exempla et in ipsorum fide permanentes illius poscamus auxilium, de quo scriptum est: qui non nos dimittit temptari super
3 quod possumus. igitur salutantes caritatem tuam hortamur, ut quemadmodum praediximus, in his, quae bene in-

15 Rom. 5, 5    15 sqq. cf. Matth. 14, 28—31    20 Cor. I 10, 13

1 retronsum *V*, *corr. o*    3 tollerabilius *V*    4 quam *o*: qua *V*    5 aprilium *V*    *post* consule *in ipsa linea V addit* per Pullionem subdiaconum, *id quod ego post titulum epistulae sequentis reieci, cf. Beiträge 13 sq.*

**124.** *Dat. a. 517 die 3 Mart. per Pullionem; respondet epistulae Iohannis deperditae per eundem Pullionem initio eiusdem anni datae. Edd. Car.* $I^2$ *469; Bar. ad a. 516, 66; Collect. Concil.; BTA I 391; Thiel 786.*    7 per Pullionem subdiaconum *huc reieci a V perperam in fine praecedentis epistulae additum*    9 caritates *V*, *corr. o*    12 molestia *V*, *corr. o*    diuturna *V man. rec.*    13 substancia *V*, *corr. o*    14 prospera *Bar.*    16 pellagus *V*    20 nos non *trsp. Car.*    22 queammodum *V*, *corr. o*

choata sunt. perseueres, quia <qui> perstiterit usque
in finem, hic saluus erit. frequenter alloquiis tuis nostram
sollicitudinem releuare non desinas; paroeciales quoque sacer-
dotes tuos competenti adhortatione confirma, quia ista faciendo
talentum tibi creditum poteris multiplicare cottidie. de illa 4
quoque parte, qua dilectio tua postulat, cogitamus, ut ad
imperatorem clementissimum pro generalitatis quiete preces
nostrae perueniant. tuum est, ut uotum studiumque nostrum
congruis orationibus iuuare non cesses, quia nos in his deo
auctore perficiendis uacare minime poterimus. Data V. Nonas
Martias Agapito cons.

## (125.)

EXEMPLUM SACRAE ANASTASII AUGUSTI HORMISDAE PAPAE. PER ENNODIUM ET FORTUNATUM EPISCOPOS UENANTIUM PRESBYTERUM UITALEM DIACONUM ET HILARUM NOTARIUM.

Gratias omnipotenti deo referimus, quod sanctitas uestra disciplinis caelestibus instituta, sicut poposcimus, legatos fidei Ennodium et Fortunatum uenerabiles episcopos sed etiam uiros religiosos Uenantium presbyterum Uitalem diaconum et Hilarum notarium, quales poscebat causae sublimitas, destinauit, qui negotii magnitudinem implere possint ecclesiastici luce sermonis quique operante deo omnia subtiliter requirentes, quae ad rectam et ueram Christianorum pertinent fidem, et ipsi sicut decuit declararunt et a nobis sicut oportuit agno-

1 Matth. 10, 22

1 qui *inseruit* o persisterit V, *corr.* o 4 adoracione V, *corr.* o 6 quam *Car.* tuo V, *corr.* o 8 tuum *scripsi:* tantum V 9 iurare V, *corr. V man. rec. et* o 10 potuerimus *Car.*

**125.** *Dat. hieme anni 515, per Ennodium etc. Edd. Car. I² 443; Bar. ad a. 516. 8; Collect. Concil.; Thiel 761. Sub initio in marg. adscripsit* V fides anastasii imperatoris et quid de synodo chalcedonensi senserit 13 AGUSTI V per Ennodium . . notarium V *minutiore charactere ita scripsit, ut uerborum aliqua pars in marginem excurrat* 15 illarum V 17 legato V, *corr.* o 19 hyllarum V 20 quale V, *corr.* o² 21 possent *Bar.* ecclesiastici V: euangelici o²

nerunt, quia una est ecclesia dei apostolicis ubique firmata
2 doctrinis. unde quis audeat de domini nostri Iesu Christi
incarnatione aliter quam habet ueritas ipsa sentire, nisi ut
confiteatur aequalem et consubstantialem patri filium salutis
nostrae causa iuxta annuntiationem archangeli in utero uirginis
carnem ex eadem assumentem hominem factum et, sicut ait
apostolus, in seruili forma, ut crucem pro nobis carne
susciperet? de quo beatus Petrus apostolus Iudaeis dicit:
uos petistis nobis dimitti uirum homicidam, auctorem uero uitae interfecistis: de quo etiam legitur
in Paulo apostolo: factus oboediens usque ad mortem,
3 mortem autem crucis. confitemur enim, quod genetrix
dei beata uirgo Maria in uera carne et anima rationabili et
intellegibili nobis deum peperit saluatorem, quem homousion
deo patri et spiritui sancto ante saecula, eundem nobis quoque homousion praeter peccata nostra in fine temporum credimus et probamus fuisse progenitum, sicut propheta Dauid
4 dicit: de uentre matris meae deus meus es tu. quae
tamen ita sine defectu uel confusione nostri corporis est adsumpta nostra substantia, ut in eadem carne dei filius mundum
examinaturus adueniat oculis omnium uulnerum et clauorum
indicia repraesentans, sicut scriptum est: et uidebunt, in
5 quem pupugerunt. cum omnibus etiam orthodoxis impiissimos Nestorium atque Eutychetem uitamus pariter et horremus
eorum condemnantes et anathematizantes et personas et dogmata detestabilibus sacrilegiis comparanda, qui dispensationem
diuinam et humanae remedia infirmitatis similiter aut nescire
6 uoluerunt aut cognita blasphemare. tale igitur circa fidem
clementiae nostrae propositum summus deus ab exordio uitae
sensibus nostris immisit, unde et imperium nostrum credimus

7 cf. Philipp. 2, 7 9 Act. 3, 14 sq. 11 Philipp. 2, 8 18 Psalm. 21, 11 22 Ioh. 19, 37

8 scusciperet *V* 13 carna *V, corr.* α 14 *et* 16 omousion *V* 16 praeter *V:* propter *Bar.* 17 proclamus *V, corr. Bar.:* prodamus *o* 24 eutychentem *V, corr. o* orremus *V*

custodiri. miramur autem, quam ob rem de beatissimis 7
patribus, qui in Chalcedona conuenerunt, aliqua nobis scribere
uoluistis, dum ea, quae ab his fuerant constituta, decessorum
nostrorum multiplicibus decretis confirmata monstrantur et
cum nec alia synodus facta fuerit, per quam, quae ab illa
disposita sunt, redderentur infirma, nec lex a nobis processerit,
cuius nouitate statuta praefati episcopalis concilii soluerentur,
maxime cum ipsa synodus dixerit anathema esse debere, qui-
cumque aliam fidem, quam apud Nicaeam trecenti <decem>
et octo uenerabiles patres constituerunt, docere uel immutare
uoluerit. ad hoc etiam eos, quos superius comprehendimus, 8
id est Nestorium et Eutycheten, damnauerunt. quos nos quo-
que damnamus. nam pro hac causa attestantur nobis etiam
diuinae litterae ad Alexandriam non semel sed multotiens
destinatae, per quas obiurgauimus, cur sibi non arbitrarentur
posse sufficere directam fidei doctrinam recedentes ab anathe-
mate Chalcedonensis synodi uel uenerandae memoriae Leonis
episcopi. unde non paruum studium apud nos et intentio 9
in praesenti quoque perdurat, quatenus a superfluo anathemate
eosdem possimus abstrahere et sanctae ecclesiae uniuersali
coniungere. de capitulo uero, quod solum uidetur esse resi- 10
duum, nostra uoluntas petitioni uestrae fortasse propter uni-
tatem ecclesiarum conuenerat, nisi alia uenerabilibus ecclesiis
ex hac re moueri scandala crederemus. nunc uniuersa, quae 11
sint facienda, perpendite, quia graue esse clementia nostra
iudicat de ecclesia uenerabili propter mortuos uiuos expelli
nec sine multa effusione humani sanguinis scimus posse ea,
quae super hoc scribitis, ordinari. omnia tamen a deo spe-
rantes consilium melius agere poteritis quam ab his hominibus,
qui propter errores suos prouincias percurrentes inimicam

1 custodir[i]e *V (man. 1 ut uid.)*: custodire *α* 9 nicheam *V* decem *add.* $ρ^2$ 14 litere *V* 24 hac remoueri *V*, *correxi:* hoc renouari *Bar.* 27 *sq.* possce eaque *V* 28 scribitis $ρ^2$: scriptis *V* 29 conscilium *V*, *correxi (cf. Beitr. 5 adn. 1):* <per> concilium *Bar.* 30 suos *Bar.*: suos qui *V*

12 euangeliis sanctis et ecclesiis nolunt esse discordiam. ergo ut sit placens supernae maiestati ecclesiarum unitas prouidete, quia qui nobis in his, quae praefati sumus, obsistit, ignoramus si bene nos arguit. per omnia tamen uoluntatis nostrae puritatem legatorum uestrorum poteritis narratione cognoscere.
13 petimus autem, ut pro nobis apostolatus uester orare dignetur: quod nos libenti animo facere hac poterimus maxime ratione cognoscere, si perfectam nobis unitatem ecclesiarum dignatus fuerit deus uobis disponentibus condonare. illa enim uox dei magnam benedictionem diligentibus se mandauit atque donauit, qua declarauit: p a c e m m e a m d o u o b i s, p a c e m m e a m d i m i t t o u o b i s.

## (126.)

HORMISDA ANASTASIO AUGUSTO. PER ENNODIUM ET PEREGRINUM EPISCOPOS. Dudum legatis mansuetudinis uestrae remeantibus ad litteras uestras et mandata respondi, non quidem uniuersa plene, sicut magnitudo rei postulabat, expediens sed tamen pro tempore certa praestringens. uerum etsi sufficienter allegare me omnia contigisset, numquid agens apud clementiam uestram causam fidei poteram repetitis precibus importunitatis
2 incessi? timeant notam huius ingratitudinis, quibus cura est studium negotiis uanare mundanis! opus non implet euangelii, qui a praedicatione eius uenialiter putat posse cessari. peruigilem pastorum oportet esse custodiam et lumbos sine relaxatione praecinctos. bonae admonitionis sicut constat
3 dulcem fructum, ita eius non decet esse fastidium. et alias,

11 Ioh. 14, 27

1 ego *V, corr. o* 2 magestati *V* 3 hisque praefacti *V, corr. o* 4 nos *o*: non *V* 5 nostrorum *Car., sed cf. Beitr. 6 adn. 1* 11 declarauit *α ante rasuram:* declaruit *V et α post ras.*

**126.** *Dat. (simul cum epp. 128—132) a. 517 die 3 Apr. per Ennodium et Peregrinum. Edd. Car. I² 461; Bar. ad a. 517, 3; Collect. Concil.; BTA I 394; Thiel 796.* 14 per Ennodium . . episcopos *charactere minutiore V* 17 rei *o*: regi *V* sed *scripsi:* et *V* 18 perstringens *ρ²* suficienter *V*

cur postulationis meae molestam mansuetudini uestrae quis-
quam dicat esse frequentiam, cum per ea, quae fiunt ex officio
meo, per remedia fidei uestro consulatur imperio? etenim quae
me onerat cura, uos releuat: mihi incumbit, sed uobis pro-
ficiet: licet ex diuerso semine unus fructus amborum est.
nam sicut poena est nec dicere deo accepta nec facere, ita
certa remuneratio uel illi, qui spiritalia praedicauerit, uel illi,
qui audita non spreuerit. dedit quidem clementia uestra 4
uelut obsidem propositi sui sub testimonio imperialis alloquii
et se quasi pignore quodam bonae uoluntatis adstrinxit, sed
opus est coeptis <a>dicere firmitatem. sumant plenum decorem
iacta fundamina. non remittantur propugnantes pro dei ecclesiis
manus: totiens Israheliticus hostis intercidit, quotiens Moyses
brachia non remisit. effectus opera, finis commendat initia:
non prodest coepisse deserentem, quia sola perseuerantia fidei
dat salutem. benedicimus deum, cuius zelo pietas uestra 5
transgressores impios Nestorium et Eutychen se uelle odisse
persequique cum nefandis et sacrilegis dogmatibus profitetur
probat odisse se uitia, qui condemnat errantes, nec relinquit
sibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti. primus 6
innocentiae gradus est odisse culpanda, sed ueritatis interest,
domine fili, et catholicae disciplinae, ut sectatores etiam
eorum atque participes oderitis, quorum exsecrandos principes
iudicatis. non in damnandis sola id est certa nomina, sed in
his etiam, qui damnatos sequuntur, sunt crimina persequenda.
frustra auersari se plures asserit, qui unum de his, qui dete-
statione digni iudicantur, exceperit; non enim numerus erran-
tium hominum sed meritum consideratur errorum. hoc ideo, 7

13 cf. Exod. 17, 11 15 cf. Matth. 10, 22

2 oficio *V* 3 consolatur *V*, *corr.* $o^2$ 4 proficit *Bull. Taur.* 9 uelud *V* 11 adicere *o*: dicere *V* decore *V*, *corr. o* 14 efectus *V* 17 eutycense uel odisse persequi qui cum *V*, *correxi:* Eutychetem uel odio se persequi cum *Thiel;* Eutychetem uel eos persequitur qui cum . . profitentur *Bar.* 19 se uitia $o^2$: seuicia *V* 22 dissipline *V* 27 exciperit *V* enim *o*: erit *V*

ne facile putet uestra clementia Acacii praetereundam esse personam. nonne ille est Acacius, qui caeno Petri Dioscori et Eutychetis dogmate et communione polluti, dum copulatur, immersus est, illius sustinens in condemnatione supplicium. cuius elegit in communione consortium? qui uiritim propter impietates suas horum singulos odit, et in illis Acacium
8 necesse est oderit et omnes in Acacio non amabit. ab illo per Orientales ecclesias fermentum nefandi erroris inoleuit; inde Alexandrinae perfidiae eo usque nutrita superbia, ut non acquiescat, sicut scripsistis, eius mandatis salutaribus, cuius famulatur imperiis, et in errore declinando non sequatur admonitionem, cuius in agendis rebus experitur sibi utilem
9 potestatem. unde et maiore huiusmodi homines conuenit detestatione uitari, quia, quae docere debuerunt, nec dum ab aliis instruuntur adsumunt, spernentes in his imperantis monita, in quibus tantum non timeri iubentur imperia, et inmemores deuotionis contra salutem animae, quos contumaces esse opor-
10 tuit pro salute. hos mentibus perditis ausus nutriuit Acacii cum perfidis iuncta communio atque ideo aestimandus est auctoris loco, cuius grauius peccatur exemplo. nihil enim uitia magis quam imitatio fouet, dum creduntur non improbanda esse, ad quae alii quoque uidentur accedere. fragilis est et caduca mortalitas: uix nefariae cogitationes dum comprimuntur intereunt. iacet saepe semen noxium sub terrore nec deficit: latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit
11 cum prauitate consensum. utinam, clementissime imperator, inter ipsa apostolicae districtionis initia Orientales ecclesiae Acacii contagia nefanda uitassent! non per multos error ille

16 cf. Matth. 10, 28

2 petr$\overset{i}{o}$ *V* 3 commu munionē *V*, *corr.* ρ 7 amauit *V*, *correxi:* amarit *Bar.* 8 nefudi *V*, *corr.* o² 9 perfidei *V*, *corr.* o 13 potestate *V*, *corr.* o 22 ad quae o²: atque *V* fragili *V*, *corr.* o 24 terrore *V* *uix recte:* errore *Bar.*, torpore *Hartel* 26 prouitate *V*, *corr. Thiel:* improbitate o² consensu *V*, *corr.* o clementissime *scripsi:* imperatissime *V*, inuictissime *Car.*

noxia uenena diffuderat; ipsa quoque erecta nunc fortassis
Alexandriae tunc colla cecidissent, dum perculsam perfidiam
suam in damnatione imitatoris agnosceret et displicere in con-
plicibus se uideret. sed dum male nutriti fouentur errores et
prauorum consensus inutili aequitate corrigendus dissimulatur,
per impunitatem sequacium mala dogmata multiplicauit auc-
torum. et uos quidem, si placita deo efficaciter imperetis, 12
commendatis uestrum et de alieno erro<re> propositum; sed
cogitandum est, clementissime imperator, si ei apud deum
sufficiat errata culpasse, cui dedit posse corrigere. non est
differenda curatio; ammoueantur medicae profundis uulneribus
manus! sola ante Acacium Alexandria perfidiae suae foeditate
sordebat: respicite, quantas iam partes emendatio neglecta
polluerit! quousque patieris, domine fili, ecclesiam dei diui- 13
sionem suorum maerere membrorum? anticipent beneficia tua
ad deum peruentura suspiria: adsume fidei curam et uexillum
salutis attollens ad errores ab Israhele remouendos uelut
Ezechias alter exsurge. fas tibi laude nouorum operum titulos
aequare priscorum: ille dissipauit excelsa, tu superbiam erectae
impietatis inclina; ille simulacra contriuit, tu dura infidelium
corda confringe; ille memoriam serpentis aerei, tu uirus prae-
sentis effunde. offer deo recta, quae fecit, et spera dona, quae
meruit. fidelis est enim dominus, qui reddit singulis secundum
opera eorum. in aperto est, quanta sit expectatio fidelium, 14
quanta trepidatio perfidorum: illi ambiunt gaudere cum angelis
de receptis; isti metuunt, ne ab his, quos deceperant, destituti

19 sq. cf. Regn. IV 18, 4   23 cf. Matth. 16, 27

2 alexandrinae *V*, *corr.* $\rho^2$: Alexandrinae <ecclesiae> *Bar.*   5 inutili aequitate (*cf.* inutili lenitate *Leo I. ed. Baller. I 1313*) corrigendus *scripsi:* inutilis equitati (aequitate *Car.*) corrigenda *V*   7 placit adeo *V*, *correxi*   8 errore $o^2$: erro *V*   9 imperarator *V*, *corr.* $\alpha$   11 amoueantur modicae *V*, *corr. Car.*   12 feditate *V*   14 parcieris *V*, *corr.* o   17 ab o: ad *V*   uelud *V*   19 superbia *V*, *corr.* o   21 aerei <sustulit> *Car.*   22 offert *V*, *corr.* o   speradona *V*, d *ex* t *corr.*   26 isti *Bar.*: illi *V*   deciperant *V*

poenis remaneant praeparatis. pendent anxia corda cunctorum. ab ultimis ad nos Galliis directa legatio, si quid de unitatis redintegratione sollicitudo nostra promonisset, famam secuta
15 consuluit. nec difficile opus clementiae tuae: scit deus suorum laboribus subuenire. ex usu est ad principes suos conuertere corda subiectos. dat specie maximum signum recens religiosae memoriae Marciani imperatoris exemplum. quid egit tunc uulgus aut populus? non opus nota reuoluere: adulta est perfidia ista per deuios, sopita per iustos; imitare religiosi
16 integritate propositi, quem studio ciuilitatis aequasti. ad haec nostris lacrimis, nostris precibus alleganda Ennodium atque Peregrinum fratres et coepiscopos nostros uice nostra pro exhibenda etiam honorifica salutatione direximus, ideo maxime designato uiro fasce secundae legationis imposito, ut qui nobis spei bonae detulit initium, nunc adiutore deo plenum reportet effectum. acquiescite, precamur, fidelibus monitis, cuius uos delectatos dudum legimus institutis. Data III. Non. April. Agapito cons.

## (127.)

HORMISDA ANASTASIO AUGUSTO. PER ENNODIUM ET PEREGRINUM EPISCOPOS. Dum sapientiae uestrae, clementissime imperator, profunda considero, prouidentes saluti propriae uobis displicere non aestimo, neque enim aut diuina monita aut humana continent instituta, ut qui consulit bonae spei, qualibet debeat reprehensione culpari, cum maxime pietas quoque uestra affectu se unitatis et pacis flagrare fateatur. quae

2 unitate *V, corr. Thiel* 3 famam *scripsi:* fama *V* 4 defficele *V* sit *V, corr. ϱ* 8 adulata *V, corr. ϱ*[2] 12 quo episcopos *V, corr. ϱ* nra *V* 13 exibenda *V*

**127.** *Dat. (simul cum epp. 133—135) a. 517 die 12 Apr. Edd. Car. I*[2] *469; Bar. ad a. 517, 42; Collect. Concil.; BTA I 405; Thiel 812.* 20 INASTASIO AG *V* Per Ennodium . . episcopos *charactere minutiore V; quae nota quomodo hic explicanda sit Ennodio et Peregrino iam die 3 Apr. Roma profectis uidesis 'Beiträge' p. 14 sq.* 24 ut ϱ[2]: aut *V*

res me quoque uel pro fiducia conscientiae uestrae uel pro
creditae mihi dispensationis officio emergente compulit non
supersedere negotio. Iohannes frater et coepiscopus meus 2
Nicopolitanae ciuitatis antistes decessoris sui sanctae recorda-
tionis Alcisonis secutus exemplum beati Petri apostoli commu-
nionem cum synodo sua damnatis his, quos ecclesia detestatur,
expetiit. is nunc grauibus fatigatur insidiis. precor mansuetu-
dinem uestram: iniqua molientibus obuiate et remouete
molestias et correctum fouete, cui ut corrigeret, debuisset
insisti. scient enim, qui tardauerint, se reos futuros, cum a
uobis foueri uiderint iam reuersos. fateor, clementissime 3
imperator: miror insidiantium pertinaciam neque dei neque
uestro intuitu permoueri: nam qui oderunt in homine studium
desiderii boni, quod de se aestimant iudicari, insequuntur.
ad recta reduces iure culpandi, si non conuerterint deuiantes:
datae fidei uestrae clara documenta, si affueritis ad unitatem
reductis: <quod> effici omni adhortatione cogitetis.

## (128.)

HORMISDA TIMOTHEO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO. Non mirabitur dilectio tua rationem praeteriti silentii mei, si quae praecesserint uniuersa considerat; non mirabitur praesentis alloquii, si quae sit uis caritatis expendat. sustinere enim omnia caritatem magistro gentium docente cognouimus; quae

23 Cor. I 13, 7

1 pro creditae $o^2$: procedite *V* 9 corrigeretur *Bar.*, <se> corrigeret *Coust.* 14 quod $o^2$: quid *V* 16 *sq.* datae . . documenta si adfueritis . . reductis <quod> effici omni *temptaui:* date . . documenta si affueritis . . reductis efficiõne *V*, date . . documenta si adfore cunctis . . reductis officio omni et *Bar.*, data (datae *Thiel*) . . <erunt> documenta si adfueritis . . reductis <idemque a ceteris> effici omni *Coust.*

**128.** *Dat. (simul cum epp. 126, 129—132) a. 517 die 3 Apr. per Ennodium etc. Edd. Car. $I^2$ 463; Bar. ad a. 517, 11; Collect. Concil.; BTA I 397; Thiel 800.* 19 NORMISDA *V, corr. a* 20 racio *V, corr.* $o^2$ 21 consideret *Car. euersa clausularum consonantia* (mei . . considerat . . alloquii . . expendat)

si sua, sicut continet doctrina ipsa, non quaerit, non incongrue
abusus priuilegio meo, quod tibi potius prodesse possit,
2 exhibeo. expectare enim me decuit ab errantium coniunctione
te liberum et sic amare correctum, uidere ab improbandis
diuidi atque ita litterario sermone complecti. sed quem optes
reducem, cur differas uocare tardantem? cur non detur locus
moderationi, cum nihil detrahitur aequitati? impendenda sunt,
quae laborantibus prosunt, si nos societatis contagione non
3 polluunt. haec causa mihi fuit praesentium litterarum, ut
horter, ut moneam, ne terram nostram iacere patiamur negle-
gentius infecundam. non diu infructuosam arborem occupare
solum diligens permittit agricola: patienter expectat, sed
4 numquid sub continuatione perdurat? uocatus ad salutaria
non moreris: prope ab innocentia non recedit, qui ad eam sine
tarditate reuerterit. mouere patrum monitis et insistens fidelibus
sine lapsu aut errore uestigiis praecedentia delue per futura.
5 adiacet tibi modo ad iusta populos incitando, modo pro fide
principalibus uestigiis supplicando dirigere quod deuium est,
solidare quod dubium. magno te conuenit labore prouidere,
ut causas transacti temporis rectae tegat sedulitas actionis.
praestat quidem animae suae, per quem uniuersali aliquid
confertur ecclesiae, et ita se res habet, ut si studiosus, si
indefessus institeris, fiat tibi utilis causa communis. Data
ut supra.

1 Cor. I 13, 5 12 cf. Iacob. 5, 7

1 non (ñ *sed* n *ex* u *correcta:* ā $\alpha$) incongruae V 3 exibeo V decut V, *corr.* $\rho$ 4 correptum V, *corr.* $\rho^2$ 7 moderacione V, *corr.* $\rho$ detragitur V, *corr.* $\rho$ 8 socitatis V 16 dilue $\rho^2$ 17 incitanda V, *corr.* $\rho^2$ 20 recte V, *corr.* $\rho$ 23 indefensus istiteris V, *corr.* $\rho^2$ Data ut supra V, *quod non ad eam quae praecedit epistulam referendum exposui Beiträge 10 sq.*

## (129.)

HORMISDA UNIUERSIS EPISCOPIS IN ORIENTIS PARTIBUS CONSTI-
TUTIS. Etsi admonitionis meae cura desisteret, nos tamen
proprii memores conueniret officii non neglegenter omittere,
quae enixe omnes decet pro animae suae salute seruare, ut
mandatorum caelestium disciplina non alieno studio sed ipso
uobis clareret inesse proposito. nam licet laude non careat,
qui bonis consiliis obsecundat, tanto est tamen potior in
honore sapientiae qui praeuenit recta quam qui sequitur
instituta, quanto est illustrius docere quam discere. recordetur 2
unusquisque, in qua uocatione a domino sit uocatus, et quid
ab eo expectetur aduertat. miserum est intra meritum iacere
propositi, cum id, quod praefertur nomine, non ostenditur
actione. magna meruimus, si quod indulta postulant impleamus.
qui se ad pascendas dominici gregis oues gaudet adscitum, 3
cogitet de commissa sibi gubernatione iudicium. peruigil
adhibenda tutela est, continuanda custodia; non dandus lupis
rapacibus locus, non ullis casibus relinquendus, quia neglectus
error ouium culpa pastorum est. ueniet, qui rationes creditae
dispensationis examinet. omnium quidem constat esse iustitiam 4
nec ulli impunitam licentiam patere peccandi; sed quis gradus
nesciat esse meritorum et sicut non aequa praemia, ita diuersa
et supplicia? multiplicantur scientibus plagae, pauca flagella
leguntur inscitiae. quod si ita est, sicuti esse non dubium 5
est aestimandum, quid in eo deceat esse propositi, cui alienos
quoque errores necesse est imputari? clamat sanctus spiritus
per prophetam: o pastores Israel, numquid semet
ipsos pascunt pastores? nonne oues pascunt pa-

27 Ezech. 34, 2

**129.** *Dat. (simul cum epp. 126, 128. 130—132) a. 517 die 3 Apr. per Ennodium etc.* *Edd. Car.* $I^2$ *463; Bar. ad a. 517, 14; Collect. Concil.; BTA I 397; Thiel 801.* 4 conuenire *V, corr.* $o^2$ 8 consciliis *V, corr. o* 10 dicere *V, corr. o* 12 ab eo *o*: habeo *V* 15 adsitum *V, corr. p* 16 comissa *V* 21 licencia *V, corr. o* pecandi *V* 23 et *scripsi:* est *V,* esse *o* 24 quod *Bar.:* quid *V*

stores? certum est plus ab eo, cui plus creditur, exigendum
et tanto magis nos obnoxios fieri, quanto effusiore gratia
6 contigerit honorari. magister bonus et docens per obscura
lucem, per similitudinum aegnimata ueritatem, seruum talenti
a se traditi praeter augmenta custodem non arguit infidelem
sed condemnauit inutilem. unde in aperto est, in quo metu
esse deceat eum, qui dominicum nomisma perdiderit, si
culpatus est is, qui acceptum sine inminutione seruauit.
nullus contentus sit innocentia sua, quia deo nostro uniuersa
cernenti per praedicationis assiduitatem rationem quoque pro-
7 positi debemus alieni. largam scientiam decet esse doctorum.
non amat fides Christiana secretum; quam quisque in augmenta
non effundit, abscondit. per uniuersas gentes uerbi praedicatio
mandatur apostolis, et quam excusabiliter hoc quisquam potest
sibi tacere commissis? quid prodest cuilibet paternarum
reuerentiam seruare regularum, si concuti haec ab aliis, si
8 sine honore tractari patienter accipiat? infirmum ostendit
affectum, qui quod diligit non tuetur. incursantur passim
sancta a perfidis constituta et rediuiua subinde de compressis
excessibus resurgit improbitas. quemadmodum, rogo, pietatem
9 in deum probat, qui tam nefanda dissimulat? recordemur,
qua catholicorum frequentia sacerdotum illa, quibus nitimur,
celebrata didicerimus esse concilia! quantos nec debilitas
impediuit nec senectus onerosa tardauit? exigua uisa sunt
spatiosarum interualla regionum et labores ipsi pro quadam
consolatione iucundi, dum spiritu sanctarum congregationum
10 regente sapientiam sera aetas, quod seruaret, acciperet. et
haec insectantibus impiis post damnatam in radice perfidiam
tacet, qui scit sibi esse mandatum: exalta uocem tuam,
qui euangelizas Ierusalem: exalta, noli timere!?

5 cf. Matth. 25, 30 13 cf. Matth. 28, 19 29 Esai. 40, 9

3 obscuram *V*, *corr.* $\rho^2$ 8 is *scripsi:* es *V*, ille *Bar.*, *om.* $\rho$ 12 quisquis $\rho^2$ 13 non effundit $\rho^2$: ineffundit *V* 18 effectum *V*, *corr.* $\rho^2$ 19 compressis et excessibus *V*, *corr.* $\rho^2$ 23 didiceremus *V*

nonne hoc ante oculos habens discipulum ita gentium doctor
instituit, ut oportune inoportune euangelizare non cesset.
admonens: adtende tibi et doctrinae, insta in illis:
hoc enim faciens et te ipsum saluum facies et eos
qui te audiunt? ergo uel propheticis stimulis excitati 11
uel normis apostolicae eruditionis instructi curam salutaris
praedicationis adsumite, diligite et uindicate sententias probatas
piis, infidelibus inimicas et ad petram, supra quam est fundata
ecclesia, reuertentes apud illorum etiam uos patrum spiritus,
quorum ueneranda constituta improbe labefactantur, absoluite.
aestimantes, cum dominus ad illud quod expectatur examen
aduenerit, qualis apostolis creditus, qualis aliquorum temptantium
dubitatione compertus, qualis angelo praenuntiante
promissus, utrum ab illis melius sit argui an cum eorum
cohorte coniungi, utrum talem qualis uidebitur aut qualis
ab impiis negatur dominum confiteri. nil uos retrahat a 12
salute; uelocibus ad uiam redite uestigiis. lapsus ruentem
non grauat, si resurgat. larga est dominicae doctrina clementiae;
noxia sunt erroris uincla, dum retinent. odit iustitia
pertinaces, fouet clementia corrigentes. Data III. Nonas Apriles
Agapito cons.

## (130.)

HORMISDA EPISCOPIS ORTHODOXIS. Est quidem fidelium speciale solatium deus nec umquam inter quaelibet dura deficiunt, qui se ad eum toto mentis studio contulerunt. uerumtamen hoc uotum proposito uestro debere me fateor, ut sicut exulto

2 Timoth. II 4, 2 3 Timoth. I 4, 16

1 haec *Thiel* disscipulum *V* 2 importune *Car. cum Vulgata* 4 faciens ρ: facies *V* 5 propthetícis *V* 6 normis $o^2$: noīs *V*, monitis $\rho^2$ 7 sentecias *V* 16 retraat *V* 20 Data terno nonas ap̄lis *V*

**130.** *Dat. (simul cum epp. 126. 128, 129, 131, 132) a. 517 die 3 Apr. per Ennodium etc. Edd. Car.* $I^2$ *465; Bar. ad a. 517, 21; Collect. Concil.; BTA I 399; Thiel 803.* 23 NORMISDA *V, corr. o* Ēpo *V, corr. o* 25 ueruntamen *V*

de sinceritate fidei uestrae, ita de firmitate merear gaudere
2 constantiae. unde et aspectu interiore uos intuens ad desi-
derium colloquendi uobiscum promptus adsurgo, ut et dilec-
tionem circa deum uestram litterario sermone remunerer et
spem paginali adhortatione confirmem atque ita his, cum
quibus mihi est consortium sanctae communionis, iucundum
reddam testimonium caritatis. non enim sufficit animo meo
de uobis esse securum, nisi ostendero illum quoque, quo uos
complector, affectum. siquidem declarat se non ex iudicio
odisse a dei dilectione diuisos, qui potest non amare con-
3 iunctos. benedico igitur deum, dum feruorem fidei uestrae
inter procellas uarias et tempestatum aduersa considero. uos
quoque ut super his pietatem eius glorificetis, uberiore exul-
tatione suadeo, qui electorum suorum mentes quo acceptiores
sibi reddat, examinat et licet cognitos sibi quibusdam tamen
difficultatibus probat, ut iustitiam quoque inesse dono, quod
largitur, ostendat. atque ideo pertinaciter bono uos conuenit
imminere proposito nec in uia, quae ducit ad caeli regna,
4 deficere. qui intuetur dominici munera non aestimanda pro-
missi, nullius potest respectum habere periculi. non enim
frangit consideratio praesentium malorum, nisi futurorum
bonorum uincat obliuio, quando omnem amaritudinem laboris
excludit, qui dulcedinem spei, quae expectatur, ammiserit.
quae enim difficultas beatitudini par est aut quae condignae
praemiis passiones ad futuram scilicet gloriam, quae in nobis
5 apostolo annuntiante reuelabitur? absit ne quicquam a Christi
caritate nos separet! quanta est tribulatio, si gloriam parit?
materia prosperorum est, quae putatur aduersitas. dum incli-
namur, erigimur. nemo haberet futuram remunerationem, nisi
necessitates praesentium sustineret. uidete, quanto opere

25 sq. cf. Rom. 8, 18

9 affectu *V*, *corr.* ρ 14 ellectorum *V* quo acceptiores *Car.*: co-acceptiores *V* (i) 15 examinat *Car.*: examine *V* 17 bonos *V*, *corr.* ρ² 19 dominice *V* 22 omē *V* 23 admiserit ρ: amiserit *V* 24 dificultates *V*, *corr.* ρ 26 abscit *V* nec *V*, *corr.* ρ² 29 erigitur *V*, *corr.* *Bar.*

hominum terrena messis adsurgat: quanto est igitur labore
procurandum, ut caelestia dona non pereant? quieta est 6
neglegentium uita sed non opulenta substantia. dignus est
operarius, ut fructum mercedis accipiat. indiscreta passim
pietas cum impietate languesceret, si examinatio bonos a
malis diuisura cessaret. gratum admodum spectaculum domino
est in agone iustorum nec quicquam ita supernam gratiam
conciliat homini sicut aduersorum impetus patienter excepti.
quis milites sub pacis securitate miretur? non est arduum 7
in sicco secura fixisse uestigia nec artem gubernatoris ostendit
marina tranquillitas; satis est intrepidum inter bella procedere,
inter lubrica non labare, fluctus in tempestate contemnere.
saeuiat et motus suos exerceat mundana temptatio, dum
manifesti appareant qui probantur. haec scientes, karissimi 8
fratres, fidei uestrae tenete constantiam et ipsa etiam, si
inciderint, militantia meritis uestris amate pericula. annuntiate,
quae colitis, et participate etiam per uniuersum orbem
mandata euangelica, quae tenetis. supra stipendia uestra
correctio quoque uobis adscribatur aliena. inter peccatorum 9
enumerationem, quibus sibi diuinam gratiam plenus spiritu
dei propheta conciliat, inter ea, quibus misericordiam, qua
conseruetur, exorat, docere se iniquos uias domini et conuer-
sionem per se fieri praedicat impiorum. beati, quibus uita
innocenter acta dat praemium; beati, per quos aliis quoque
praestatur exemplum. et nos quidem, quantum in nobis est, 10
nec sollicitudine nec labore cessamus, ut humilitatem, quam
nos dominus noster docuit, imitati, quae saluti eorum conue-
niunt, postulemus, ut dispensationis mihi creditae dum agno-
scitur cura, probentur officia. nam repetita uice Ennodium
atque Peregrinum fratres et coepiscopos nostros mandata
legatione direximus rationem adhortationes preces lacrimas

3 sq. cf. Luc. 10, 7 14 cf. Cor. I 11, 19 22 Psalm. 50, 15

3 <uoti> opulenta *Car.* 6 gradum *V, corr.* $o^2$ 9 miles . . meretur *Car.* 12 lauare *V, corr.* o 19 peccatorum *V:* ceterorum $o^2$ 21 miseri-cordia *V, corr.* $o^2$ 28 disspensacionis *V* 29 repecita *V*

ingerentes, ut ab impiorum contagione separati ad ueram fidem isdem, quibus nos, modis et apostolica scita se conferant aut certe non nos defuisse praedicationi sed illos propriae saluti mundus agnoscat.

## (131.)

HORMISDA POSSESSORI EPISCOPO. Optimam uestrae caritatis
audientes instantiam et cognoscentes rectae fidei tramitem,
quem sine strepitu uindicatis, deo nostro gratias sine cessatione
persoluimus, ut et in ea dispositione persistas et ceteris,
quod sequantur, tribuere possis exemplum. ista sunt dona
caelestia, ista sunt diuinae tributionis indicia, ista sunt dei
iudicia, quae te a catholico sacerdotum noluerunt separari
2 consortio. unde, frater karissime, praesentibus hortamur
alloquiis, ut in ea constantia, qua electus es, perseueres et
augmenta probabilibus initiis subministres, quia bonum opus,
praecipue quod ad doctrinam fidei pertinet, nisi semper cre-
uerit, uidetur imminui, et si tribulatio mundana contigerit,
ante oculos nostros futura praemia ponentes apostolica nos
admonitione consolemur dicentes: non sunt condignae
passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae
3 reuelabitur <in> nobis. meliora tamen speramus, quia
deus, qui per beatum apostolum dixit: qui nos non dimisit
temptari super quod potestis, ipse pro sua pietate, quos
suos elegit esse, et de laqueis aduersariorum sicut semper
4 eripiet. libellum dilectionis tuae de confessione rectae fidei

19 Rom. 8, 18 22 Cor. I 10, 13

2 hisdem *V* sita *V*, *corr. Thiel*

**131.** *Dat. (simul cum epp. 126. 128—130. 132) a. 517 die 3 Apr. per Ennodium etc. Edd. Car. I² 466; Bar. ad a. 517, 27; Collect. Concil.; BTA I 401; Thiel 805.* 6 HORMIS *V* 7 *sq.* tramitemque *V*, *corr.* ρ² 9 persolumus *V*, *corr.* ρ 11 <re>tributionis *Car.* 13 fratres karissimi *V*, *corr.* ρ² 14 electus *V*: exorsus *Bar.* 18 occulos *V* 9 consolemur *Thiel*: consulimur *V*, consolamur ρ² 20 gloria *V*, *corr.* ρ 21 in *addidi secundum Vulgatam, cf. p. 550, 25* 23 ipsa *V*, *corr.* ρ² per sua pietate *V*, *corr.* ρ 25 eripi. et *V*, *corr.* ρ²

per legatos nostros remeantes accepimus et in eo sinceritatem tuae fraternitatis agnouimus, quia, quod recte credit, sub adtestatio<ne> publica praedicare non distulit. Data III. Nonas April. Agapito <cons.>

## (132.)

HORMISDA CLERO POPULO ET MONACHIS ORTHODOXIS CONSTANTI-
NOPOLI CONSISTENTIBUS. Si is, qui calicem aquae frigidae
mandata euangelica secutus optulerit, mercedem boni propositi
ipso domino, qui haec docuit, restituente consequitur, nonne
qui tanto populo fidelium ueritatem annuntiare distulerit, iuste
poenam damnationis incurrit? hinc est, quod interminationem 2
mandati caelestis effugiens, quod docet loquendum esse in
his, quae ad deum pertinent, nec tacendum, habens quoque
uestrae salutis affectum, admonitionem eorum, quae praesens
necessitas poscit, adsumpsi, omnes, quibus cura est fide
integra Christianam religionem seruare, contestans, ut eos,
qui sanctam Chalcedonensem synodum et beati Leonis de fide
catholica conscriptas epistolas declinant, quibus possunt
uiribus auertantur et fugiant, quando ipsi sunt, qui Eutychetis
et Dioscori Alexandrini uel potius nefanda Manichaeorum
contagione polluti uerbo quidem aduersum constituta patrum
uidentur habere certamen, rebus autem contra incarnationem
domini nostri Iesu Christi euidenter insurgunt. recordamini, 3
karissimi, quae fuerunt Basilisco palatinam arcem incubante
temptata, et temporum illorum acta uel uisa alii uel audita;

9 Matth. 10, 42 12 Act. 18, 9

3 adtestacio sublica *V*, *corr.* $o^2$ 4 cons. *add. Car.*

**132.** *Dat. (simul cum epp. 126, 128—131) a. 517 die 3 Apr. per Ennodium etc.* *Edd. Car.* $I^2$ *467; Bar. ad a. 517, 28; Collect. Concil.; BTA I 402; Thiel 806.* 6 HORTHODOXIS *V* 11 quod *Car.:* quo *V* 12 esse $\rho^2$*:* est *V* 15 curae $o^2$ 16 constestans *V*, *corr.* o 17 chalcendonensem *V* 19 auersentur *Bar.*, auertant *Bull. Taur.* 24 palatinam archē *V*, *correxi:* palatinae aulae $\rho^2$, palatinae arci *Car.*, palatinam archen *Thiel* 25 alii *del. Bar.*

recolite, quam scelesta tunc fuerit Timothei cognomento
Elluri, quam impudens et monstruosa <prae>sumptio, quantus
etiam per uniuersum orbem fidei se uestrae feruor ostenderit.
4 probauit tunc Constantinopolitanus populus, quam pure deceat
credentes Christiana seruare mysteria. sed transacta utinam
studia fuissent et non nunc similia tempus expeteret! rursus
enim idem haeretici caput improbum de profundo, quo im-
5 mersi tenebantur, attollunt. atque ideo rogo hortor admoneo
dilectionem uestram: ab eorum uos conciliis et communione
secernite, recordamini zeli prioris et uiuere in uobis lucem,
scintillam ignis spiritalis ostendite, ne simplicem in uobis
ueritatis affectum perditorum astutia expugnasse se gaudeat.
6 et haec quidem quantum ad praesentem necessitatem et
adsumendam contra impios cautionem dixisse sufficiet. spero
autem, quod si admonitio ista promouerit, et mihi et uobis
utilis erit, quando et deus in uestra salute glorificabitur et
fructus nostrae sollicitudinis apparebit. Data III. Nonas
Apriles Agapito cons.

## (133.)

HORMISDA DOROTHEO EPISCOPO THESSALONICENSI. Iohannes frater et coepiscopus meus Nicopolitanae urbis antistes cum synodo sua uariis se concussionibus atque dispendiis grauiter causatur affligi, quod a transgressorum societate diuisus, postquam communionem apostolicae sedis emeruit, ad Thessalonicensium ecclesiam ordinationis suae indicia non direxit.
2 potuisset neglectus hic esse culpabilis, si unum esset inter
omnes mysterium caritatis. at cum multi se a petrae illius,
quae Christus est, soliditate diuiserint, quis non uelit ab

1 *uulgo non ante sed post* recolite *plenius interpunxerunt* 2 imprudens *V, corr.* $\varrho^2$ praesumptio $\varrho^2$: sumpcio *V* 7 capud *V* 9 consiliis *Car.* 11 sintillam *V* 12 estucia *V, corr.* $\varrho$ 14 sufficiat *Car.* 18 aprilis *V*

**133.** *Dat. (simul cum epp. 127, 134, 135) a. 517 die 12 Apr. Edd. Bar. ad a. 517. 39; Collect. Concil.; BTA I 405; Thiel 811.* 21 artistes *V, corr.* $\varrho$ 24 tessalonicensium *V* 28 solliditate *V* diuiserit *V, corr.* $\varrho$

errantium coniunctione discerni, ut mereatur cum his, qui
consistunt in ueritate, coniungi? non igitur consuetudo est
neglecta sed uitata contagia. ergo obicere quis possit errorem,
ubi cogitatam salubriter intellegit cautionem? at nos, quod 3
debueras primus adsumere, credebamus te sequi saltem post
aliena exempla potuisse. non sufficit in lapsibus mora, nisi ad
reprehensionis cumulum circa eos quoque, qui ad uiam
redeunt, accedat inuidia? quid aliud quam beati Petri, quod
sine impietate dici non potest. ipsum quod a domino datum
est nomen oderunt, qui eos, qui ad sedis ipsius altaria con-
fugiunt, insequuntur? quo pudore, rogo, priuilegia circa te 4
illorum manere desideras, quorum mandata non seruas, et
reuerentiam, quam non exhibes fidei, cupis tibi sub ecclesia-
stica potestate deferri? si in isdem uestigiis, quibus catholici
nituntur, insisteres, insectationem tamen proximi uitare
deberes sciens secundum domini nostri et saluatoris, quae
colimus, instituta eum, qui scandalizauerit unum de minimis,
obnoxium magnis esse peccatis. ubi est, domine, humilitas, 5
quam sub occasione discipulorum tuorum certantium de loci
qualitate docuisti? tu ostendis illum esse maximum, qui ex-
hibere studuerit se pusillum. respice de caelo et uide, uisita
uineam te cultore plantatam, intende circa mandata tua
minimos et circa ambitum honoris elatos! cur recentia 6
cupitis et prisca deseritis, circa summa desides et parua
curantes? nonne hoc est rerum uilia decimare et legis prae-
cepta contemnere? seruate illa, quae deo congruunt, et facile
ea, quae sunt ab hominibus, subsequuntur. quin potius curam 7
salutis adsume et, cur te alius praeuenerit in ueritate, affec-
tione suspira, ne si insectari eos, qui ad ecclesiae reuertentur

17 Matth. 18, 6 19 cf. Matth. 18, 1 20 cf. Matth. 18, 4
21 cf. Psalm. 79, 15 sq. 25 cf. Matth. 23, 23

1 dicerni *V*, *corr.* ς 3 ergo ς: ego *V* 13 exibes *V* 14 defferri *V*
hisdem *V* uestigiis *ex* uestigia *V* catholice *V*, *corr.* ρ² 16 quae *V*:
quem ς 18 pecatis *V* 20 exibere *V* 22 cultorem *V*, *corr.* ς
25 bilia *V*, *corr.* ς 29 reuertuntur *cod. Angelic.*

membra, perstiteris, tu quoque cum his, quos nominatim condemnat catholica sententia, copuleris. Data pridie Id. April. Agapito cons.

## (134.)

HORMISDA ENNODIO ET PEREGRINO EPISCOPIS. Posteaquam
profecta est caritas nestra, Nicopolitanus diaconus, qui uobis
etiam occurrit in itinere, Romam uenit. quem praeter moram
uidimus cogitantes, ne forte esset, quod ad instructionem
mandatae uobis legationis adicere deberemus. quod et rationa-
2 biliter factum ipsa res euidenter ostendit. optulit enim nobis
epistolam Iohannis episcopi sui et aliam synodi subiacentis
ecclesiae Nicopolitanae, qua queruntur ab episcopo Thessalo-
nicensi excitatas aduersum se tam principales quam iudiciarias
potestates, concussionibus et dispendiis se uehementer affligi
propter hoc, quia de ordinatione sua ad episcopum relationem
secundum prisca exempla non miserit. pro qua causa spera-
uerunt, ut de remedio cogitare deberemus, consulentes etiam
nos, utrum daremus eis licentiam relationem ad designatum
3 episcopum secundum consuetudinem destinandi. unde tracta-
uimus et episcopum quidem Nicopolitanum admonuimus, ne
tale aliquid audere temptaret, si nobiscum uelit in com-
munione persistere, ne per illum, si ab eo, qui a communione
nostra alienus est, confirmationem petisset, nostra quoque
4 communio contagium sustineret. haec nos, ut omnia sciretis,
instruximus. quid autem propitio deo uobis de hac causa
agendum sit, subiecta declarant. Data pridie Id. April.
Agapito cons.

1 membra *V* 3 apł *V*

**134.** *Dat. (simul cum epp. 127, 133, 135) a. 517 die 12 Apr. Edd. Car.* $I^2$ *467; Bar. ad a. 517, 34; Collect. Concil.; BTA I 403; Thiel 807.* 13 iudiciaria *V, corr.* $\mathfrak{o}^2$ 25 quid ϱ: qui *V* deus *V, corr.* ϱ hac *ex* hec *corr. V* 26 apłi *V*

## (135.)

HORMISDA ENNODIO ET PEREGRINO EPISCOPIS. In nomine
patris et filii et spiritus sancti intercedentibus et adiuuantibus
sanctis agendum sic de causa Nicopolitanae ecclesiae. pri- 2
mum ubi Thessalonicam deo iuuante ueneritis, epistolas nostras,
quas in hac causa misimus, episcopo Thessalonicensi tradite,
illum ordinem in eius salutatione seruantes, quem scitis a
nobis esse mandatum circa eos, qui cum sede apostolica, hoc
est ecclesia catholica, non communicant. traditis autem 3
epistolis instanter agere debetis, ut se ab eius ecclesiae con-
cussione suspendat, rationem reddentes, quia non potuit reuersus
ad communionem et ad corpus ecclesiae cum illis, qui necdum
reuersi sunt, quicquam habere coniunctum: nos non soluere
a decessoribus nostris concessa priuilegia, si ipse ecclesiastica
instituta non de<se>rat. certe redeat ad unitatem, et nos cum
eo insistimus, ut omnia priuilegia, quaecumque consecuta
est a sede apostolica ecclesia eius, inuiolata seruentur. di- 4
citis etiam aperte illum ostendere inimicum esse fidei, si
insequitur eos, quos uidet ad catholicam communionem reuerti.
quod si potueritis causam ibi deo propitio componere, scribitis 5
ad episcopum Nicopolitanum, quid <opera> uestra promouerit.
si uero obstinatus fuerit nec ab insecutione eius cessare
noluerit, secundum litteras, quas ad clementissimum impera-
torem misimus, apud principem causam ecclesiae Nicopolitanae
sic agitis, ut dicatis: ‘Alcison episcopus Constantinopoli satis- 6
fecit ecclesiae catholicae, susceptus est et ad communionem
reductus. huius successor Iohannes episcopus et deum ante

**135.** *Data (simul cum epp. 127, 133, 134) a. 517 die 12 Apr. Edd. Car. I*$^{2}$ *468; Bar. ad a. 517, 43; Collect. Concil.: BTA I 403; Thiel 808.* 4 sic *Thiel:* sit *V* (<quid> agendum sit o$^{2}$) 5 thessalonica *V, corr.* o$^{2}$ 10 epistolis o: apostolis *V* 15 deserat o$^{2}$: derat *V* 16 insistemus *Bar.* 18 <se> esse o$^{2}$ 19 uiderit *Bar.* reuerti *cod. Vatic.* 4903: reuertenti *V,* reuertentes ρ$^{2}$ 20 scribitis *scripsi:* scriptis *V, quo seruato* 21 promouerit <opera nuntiate> *Car.* opera *om. V* 25 dicat is *V, contraxit α* constantinopolim *V, corr.* o: nicopolitanus o$^{2}$ 26 suseptus *V, corr. α*

oculos habens et de salute sua cogitans et decessoris sui
bonum exemplum sequens condemnatis haereticis uel trans-
gressoribus ad sedem beati apostoli Petri misit et susceptus
est. huic nunc Thessalonicensis episcopus insidiatur et eum
7 concutit contraria his, quae fecit, ab eo exigere uolens. hinc
pater uester et omnes orthodoxi rogant, ut iussionibus uestris
remoueatur ab eo ista molestia, ne uideatur hominibus propter
hoc illum persecutionem pati, quia ad communionem sedis
apostolicae rediit, et qui expectant per nos unitatem fieri,
aliud incipiant credere, si pietatem uestram uiderint hoc
8 dissimulare, hoc neglegenter accipere'. uisum nobis est
expedire, ut litteras, quas ad Thessalonicensem in causa
Nicopolitani direximus, quolibet ordine prudentia uestra diuersis
faciat publicari, magno<pere> tamen in ciuitate Thessalonicen-
sium, quia hoc facto et a persecutione nostrorum potest
cessari <et> ad ipsius, si correxerit, credimus pertinere
salutem.

## (136.)

EXEMPLUM RELATIONIS AUITI EPISCOPI GALLI.

DOMINO SANCTO MERITIS PRAECELLENTISSIMO IN CHRISTO GLORIOSISSIMO ET APOSTOLICA SEDE DIGNISSIMO PAPAE HORMISDAE AUITUS. Dum religionis statui et plenis catholicae fidei regulis perspicitis conuenire, ut gregem per tota nobis uniuersalis ecclesiae membra commissum peruigil cura uestrae

1 occulos *V* 13 Nicopolitana *Car.* diuersis <in locis> *Car.* 14 magnopere *o*²: magno *V* 16 et *add. o*² si <se> *Car.*

**136.** *Dat. sub finem a. 516, accepta a. 517 die 30 Ian. Ediderunt hanc et sequentem epistulam Car. I² 454 et 455; Bar. ad a. 516, 20 et 24; Collectiones conciliorum cum ceterae tum Sirmondi Concil. antiq. Gall. I, Paris. 1629, 190 et 191 (= Sirm.¹, ubi discrepat a Sirmondi editione infra commemoranda); Thiel 781 et 783; praeterea in Auiti operum editionibus Sirmondus, Paris. 1643, p. 143 et 145 (= Sirm.², ubi discrepat a Sirmondi collectione conciliorum) et Peiperus, Monum. Germ. hist., Auctor. antiquiss. VI² p. 69 et 70* 20 sanctis *o* 21 Hormisdo *V*, *corr. o* 24 commissu *V*

adhortationis informet, Uiennensem prouinciam superiore anno, si meminisse dignamini, datis ad humilitatem meam litteris uisitastis, quaeque ad me, secundum quod oportunitas oblata contulerat, per Arelatensis ecclesiae clericos peruenerunt et quidem plenissimae sollicitudine pastorali. in quibus nos sicut per conuersionem prouinciarum, id est Dardaniae Hillyrici uel Scythiae, ad communionem gaudiorum prouocatis, sic admonitione cautissima, ne quid per ignorantiam praeuenire possit, instruitis. Eutychetis igitur Nestoriique damnatio, 2
quos iamdudum per beatissimos decessores sanctae sedis uestrae calcauit auctoritas, ad notitiam iam pridem nostram apostolicae ad nos diligentiae prouisione perlata est. sed illud nos modo suspensos multum redigit et anxios, quod cum pendere nos ad effectum legationis secundo Constantinopolim destinatae omni expectationis studio iusseritis, nec quid filius uester sanctus frater meus Ennodius retulerit, nec utrum secuta redierit, indicastis et promissionem uestram tanta silentii diuturnitate suspenditis, ut non minus modo praedicatoris taciturnitas reddat attonitos quam antea fecerat legationis mora suspectos. unde sola causa seruos uestros filios 3
meos Alethium presbyterum et Uiuentium diaconum totius prouinciae Uiennensis nomine. quae ecclesiae ad me pertinenti ab uniuersis decessoribus uestris et apostolica sede commissa est, cum praesentis famulatus pagina destinaui, per quos oraculo beatissimae responsionis agnoscam, utrum feruor schismatum praefatorum, qui intra Constantinopolitanam urbem uitio perniciosae obstinationis exarserat cuique, quod magis dolendum est, Alexandrinam uel Antiochenam ecclesias dicitis inligatas, uobis Christo fauente docentibus digna fuerit

1 adortacionis *V* uienensem *V* 3 uisitasti *V*, *corr. Bar.* quaeque *V:* quae *Bar.* 5 plenissime *V* 6 id est] iđ *V* 7 squicię *V*, *corr. Sirm.*[2]*:* Thraciae *Bar.* gaudium *V*, *corr. Sirm.*[2]*:* gaudii *Bar.* 9 nestorii que *V* 17 secuta *V:* secura *Edit. reg.* 18 scilencii *V* 20 sola <hac> *Car.* 21 alecium *V:* alexinm *hic et alibi* o 26 sismatum *V* constantinopollitanam *V* 27 exarscerat *V* 28 anteochenam *V* 29 docentibus *Sirm.*[2]*:* dicentibus *V*

correctione restinctus, aut si reuersa legatio in paginis euiden-
tibus, quod simplex legeretur, exhibuit an forte nuntio magis
retulit, unde nobis ad hoc qualiscumque suspicio reseruetur.
ueremur enim, ne pontificale iudicium, dum non indicat pro-
4 spera, sensisset aduersa. his adicitur, quod diuersorum fida
relatione comperimus de reconciliatione uel concordia ecclesiae
Romanae iactitare se Graeciam. quod sicut amplectendum, si
ueraciter dicitur, ita metuendum est, ne callide simuletur.
5 quaesumus ergo seruitio meo cuncti, ut quid filiis uestris
fratribus meis, id est Gallicanis, si consular, responderi debeat,
instruatis. quia cum securus non dicam de Uiennensi sed de
totius Galliae deuotione pollicear omnes super statu fidei
uestram captare sententiam, orate ut sic nos perditorum
professio fucata non fallat, sicut ab unitate, quam regitis,
ueritas comperta non separat. Accepta III. Kal. Febr. Aga-
pito cons. per Alethium presbyterum et Uiuentium diaconum.

## (137.)

HORMISDA AUITO EPISCOPO UEL UNIUERSIS EPISCOPIS PROUINCIAE UIENNENSIS SUB TUA DIOECESI CONSISTENTIBUS. Qui de his, quae ad disciplinam catholicam pertinent, maxime sciens instrui cupit, quid studii circa mandata diuina habeat, euidenter ostendit. non enim potest esse huiusmodi cura, nisi ubi fides fuerit infucata. atque ideo exultamus ad sinceritatem propositi tui, dilectissime frater, dum te secundum directas per Alethium presbyterum atque Uiuentium diaconum litteras

3 ad hoc *V:* de hoc *Bar. in marg.*, adhuc *Sirm.*[1] 8 ne *o*: nec *V* 9 cuncti *V:* iuncto *Bar.* 11 quia cum *V:* quia iam *Bar.*, et quia (*et postea* polliceor) *Sirm.*[2] 12 stratu *V*, *corr. o* 13 praedictorum *Bar.* 16 alecium *V* Uiuentium *reposuit Peiper:* uenacium *V*, Venantium *o*

**137.** *Dat. a. 517 die 15 Febr., respondet epistulae 136. De editionibus uide quae initio epistulae 136 subnotaui; adde tamen BTA I 389.* 19 DIOE ECESI *V* his *o*: is *V* 20 dissiplinam *V* 22 ostoendit *V* 23 exultam *V* ad sinceritatem *scripsi:* a sinceritatem *V*, a sinceritate *o*, in domino · de sinceritate *Bar.* 25 alecium *V*

intuemur et de impiis transgressoribus Eutychete atque Nestorio
sedis apostolicae constituta recolere et, si quid aduersum eos
admonitio nostra promouerit, per quos Orientales ecclesiae
confunduntur, inquirere. digna plane sollicitudo fidelibus, ut 2
de miserorum lapsibus ingemescant et ipsi ne aliena polluantur
contagione prouideant. sed ne nos quidem hoc supersedisse
credatis, ut ad notitiam uestram, si quid actum fuisset, com-
petens perferret instructio. uerum breuiter silentium nostrum,
quo dilectio mordetur uestra, purgamus. nam quod non saepius
nostra admonitio uos frequentat, de conscientiae uestrae et
fidei stabilitate confidimus. sollicitudo impendenda fortasse
sit dubiis, satis est uitanda indicasse perfectis. legationis 3
uero nostrae, quam semel, non secundo, sicut scribitis, misimus,
si uotiuus contigisset euentus, alacres ilico uobiscum fueramus
desiderata partiti, scientes hoc rationi, hoc nostro proposito
conuenire, ut quos participes sollicitudinis fecimus, cum his
redintegratae unitatis gaudia iungeremus. sed quantum ad 4
Graecos, ore potius praeferunt pacis uota quam pectore et
loquuntur magis iusta quam faciunt; uerbis uelle se iactant,
quod operibus nolle declarant: quae fuerint professi non diligunt,
quae damnauerint haec sequuntur. nam unde est, quod cum 5
per Ennodium fratrem et coepiscopum nostrum sacerdotales
uiros ad confirmanda ea, quae sedes apostolica poposcerat,
directuros se esse promisissent, multa quoque, quae ad cor-
rectionem prauitatis suae a nobis quaesita fuerant, pollicentes,
non solum non religiosos uiros, penes quos causae ipsius
plena esse posset instructio, secundum constituta propria non
miserunt, uerum etiam, quasi res parua gereretur, laicos et

3 nra (*pro* n̄ra) *V* 9 quo *Peiper:* quod *V* 10 conscientia uestra *Bar.* 12 statis *V*, *corr.* o 13 seriptis *V*, *corr.* o[2] 15 partituri o[2] 18 praefer꞉ *V* (*qui hanc codicis partem exarauit, etiam syllabam* unt *saepius siglo* ꞉ *reddidit*) 20 fuerint professi non diligunt *scripsi:* fuerint professione diliet *V*, fuerint professi negligunt *Car.*, fugiunt professione diligunt et *Bar.*, fuerint professi non exhibent *Peiper* 23 poposseerat *V* 24 promissisent *V* 26 non *post* solum *delendum censent editores Bull. Taur.*

alienos ab ecclesiastico corpore destinantes non se quondam
studuerunt de caeno, quo immersi tenentur, euoluere uerum
etiam catholicae fidei claritate fulgentes sua, quod absit, se
6 posse crediderunt siccitate fuscare? haec fuit nostri causa
silentii, quam uos quoque spiritali uobis prudentia reuelante
uidistis. quid enim de hac causa poteram directis litteris
indicare, quam in statu suo uidebam duram pertinaciter
custodire perfidiam? noui exitus sollicite diligentiam relationis
inquirant: qui de rebus cognitis nihil indicat, abunde in statu
7 suo manere priora declarat. quapropter, dilectissime frater,
et uos praesentibus hortamur alloquiis et per uos quoque,
quia occasio data est, alios per Gallias, quos fides eadem
nobiscum amplectitur, admonemus: promissam et amabilem
deo fidei seruate constantiam et transgressorum societate
declinata constantiam uestram uni uiro uirginem castam,
sicut spopondistis, exhibete Christo et cauete, ne sicut
serpens Euam seduxit astutia sua, ita sensus
aliquorum corrumpantur a simplicitate et castitate,
8 quae est in Christo Iesu. perniciosa sunt blandimenta
nocentium atque ideo uigilare nos conuenit, quia aduersarius
salutis humanae sicut leo rugiens circuit quaerens,
quem deuoret: cui resistite fortes in fide. quia hoc
speciale habent patris sui de caeli arce deiecti, qui uestigia
eius sequuntur et diligunt, ut illa ueritatis luce priuati
alios gaudeant sua obscuritate fuscari et cum peruersitatis
suae poenas luituros esse se sciant, exultent, si miseros cum
9 sua condemnatione coniungant. nam unde est, quod cum
pro magna parte a conterminis suis Thracibus Dardanis

15 Cor. II 11, 2 sq. 20 Petr. I 5, 8 sq.

1 se quondam (?) *Peiper:* sedam *uel* seđam *V*, se *Car.* 3 claritate fulgente *V*, *corr.* $\rho^2$: claritatem fulgentem *Bar.* abscit *V* 4 siccitate *Hartel*: sicietate *V*, obscuritate $o^2$ (*cf. infra u.* 25), societate *Coust.* (*non a ut adfirmat Thiel*), satietate *Peiper* 8 sollicitae *Sirm.*$^1$ 9 inquirunt *Bar.* 12 fidēs *V* 16 exibete *V* 20 uigillare *V* 22 deuorem *V*, *corr.* o 23 arche *V*, *corr.* o uestigia o: de uestigia *V* 25 <et> alios *Car.* gaudent *V*, *corr.* o 27 na (*pro* nā) *V* 28 tracibus *V*

Hillyriis cognita eorum peruersitate deserantur, procul positos
ignorantiae spe. fraudibus aut uariis artibus nituntur adlicere,
nisi ut lucem, quam ipsi non habent, in aliis quoque impia
contagione commaculent? ut autem, quae sint partium 10
earum studia, possitis agnoscere, plures Thracum, licet per-
sequentium incursibus atterantur, in nostra tamen communione
persistunt scientes fieri fidem per aduersa clariorem. Dardania
et Hillyricus uicina Pannoniae a nobis, quod iam fecimus
ubi necessarium fuit, ut sibi episcopi ordinarentur, expetiit,
in tantum se a consortio perditorum separare gaudentes, ut
remedia quaererent, dummodo commune cum transgressoribus
nihil haberent. Epiri metropolitanus, hoc est Nicopolitanus
episcopus, cum synodo sua nuper segregatus ab impiis ad
apostolicam communionem deprompta, quae id efficeret,
professione se contulit. quae ideo scriptis aestimauimus 11
indenda praesentibus, ut sicut sortem nos conuenit dolere
pereuntium, ita laetemur pariter de salute remeantium et ut
fideles constituti ab eis longius instruantur, qua uirus eorum
sollicitudine debeat effugi, quos et a suis uideant tam iusta
detestatione uitari. et nos quidem dispensationis nostrae 12
memores necesse est eos repetitae legationis officio conuenire,
quo affectu saluationis suae, si respectu dei, si rationis intuitu
non mouentur, saltem pulsantibus importune et pertinaciter
adquiescant et aut ad rectam uiam declinatis erroribus reuer-
tantur aut propter impaenitens cor ab omnibus inexcusabiles
iudicentur, qui et moniti totiens in perfidiae obstinatione
persistunt. uos orate et nobiscum ad deum preces et uota 13
coniungite, ut per opem misericordiae eius nostra actio
laborans pro catholicae fidei stabilitate promoueat, immaculatos

1 hylliriis *V:* Illyricis *o* 5 tracum *V* 8 yllaricus *V*, illyricus *o* panonię *V* 11 communē *V*, *corr.* *o*[2] 14 depromta *V* quae id efficeret *scripsi:* quę idēfficeret *V sed postea* idē *erasum est*, quae efficeret *α*, qua efficeret *Peiper*, qua fidem efficeret (*uel* faceret) *Hartel* 17 peuncium *ex* peuncium *V* 18 ĉnstituti *V* 19 debeant *V*, *corr.* *o*[2] assuis *V*, *corr.* *o* uideat *V*, *corr.* *Bar. Sirm.* 22 quo *Bar.:* quod *V*, quod si *Sirm.*[2], qui *Hartel* salucionis *V*, *corr.* *Car.:* salutis *o*[2] 29 promoueatur *Bull. Taur.*

nos et integros ab omni transgressorum societate seruantes, ut aut cum correctis sensus et corda iungamus aut ab eorum uenenis intacti esse mereamur. nam qui, sicut uos quoque conscientiam uestram non latere testamini, nouimus Eutychetem atque Nestorium apostolicae id est catholicae sententiae auctoritate damnatos: quemadmodum salui esse poterimus, si eorum sectatoribus ac posteris qualibet parte communionis haereamus, cum Belial cum Christo nostro portionem habere
14 non possit? instructionis autem uestrae interesse cre<di>dimus, ut ea, quae apud nos a Nicopolitanis uel Dardanis acta sunt, uel quo in communionem ordine sint recepti, uobis nota faceremus ipsarum lectione chartarum. Data XV. Kal. Mart. Agapito cons.

## (138.)

ANASTASIUS AUGUSTUS HORMISDAE PAPAE. Etsi magnum aliquid taciturnitas iudicatur, tamen necessarium est admirantes dei misericordiam assidue frequentare sermonem. et quia initium fidei, quam nos dominus et deus saluator noster Iesus Christus docuit, in remissione peccatorum praecellit, nulli habetur
2 ignotum. ipse enim per propriam passionem omnia Adam peccata mundauit et haec fuit negotiatio humilitatis ipsius, ut et praefatum et omnes patres liberaret ex seruitute peccati, uoluntarie personam serui suscipiens. nam beatus Paulus apostolus docuit nos scribens ad Romanos: *regnauit mors ab Adam usque ad Moysen et in eos, qui non pec-*
3 *cauerunt.* ex quo est uniuersitati quodammodo declaratum ex generali dispositione siue mirabilibus specialia quoque exempla debere suscipere semel tanta magnae legis iussione

8 cf. Cor. II 6, 15 23 cf. Philipp. 2, 7 24 Rom. 5, 14

2 ut autem cum *V*, *corr.* ρ² 4 euticetem *V* 8 hereañ *V*, hereamus *o* 9 credimus *V*, *correxi*

**138.** *Dat. a. 517 die 11 Iul. Edd. Car.* $I^2$ *470; Bar. ad a. 517, 48; Collect. Concil.; Thiel 813.* AG ORMISDAE *V* 19 abetur *V* 20 propriam *o*: priam *V* 22 praefactum *V* patres *V*: fratres *Car.* 27 quoque (q̄q) *V*: quaeque *o*. quemque *Thiel* 28 iussione *Car.*: inssionis *V*

et tam pia bonitate firmata, et omnis doctrina, quam discipulis suis tradidit, in hoc firmamento consistit. fugauit aegritudine sua multifaria genera passionum, nodum peccati propria, sicut dictum est, passione resoluit et agens ad implenda similia
discipulos suos factis et sermonibus instruebat. uerum si, 4
sicut aliqui nituntur ostendere, certi ex ipsis apostolis tam piam doctrinam per inoboedientiam implere dissimulant, ignoramus, ubi magisterium misericordis domini et magni dei
nobis possit occurrere. nos autem non ea credimus ratione, 5
ut immisericordes esse putemus, qui misericordiam didicerunt, sed postulationem nostram a praesenti tempore taciturnitate comprimi<mu>s, inrationabile iudicantes illis precum adhibere bonitatem, qui rogari se nolint contumaciter respuentes. iniuriari enim et adnullari sustinere possumus, iuberi non possumus. Data V. Id. Iul. Constantinopoli Anastasio et Agapito u. c. conss.

## (139.)

EXEMPLUM RELATIONIS MINIMORUM ARCHIMANDRITARUM ET CETERORUM MONACHORUM SECUNDAE SYRIAE.

SANCTISSIMO ET BEATISSIMO UNIUERSI ORBIS TERRAE PATRIARCHAE HORMISDAE CONTINENTI SEDEM PRINCIPIS APOSTOLORUM PETRI DEPRECATIO ET SUPPLICATIO MINIMORUM ARCHIMANDRITARUM ET CETERORUM MONACHORUM UESTRAE SECUNDAE SYRIAE PROUINCIAE.

Gratia saluatoris omnium nostrum Christi immisit nobis ad 2

1 dissipulis *V* 2 aegritudines suae *V, correxi:* aegritudinis suae *ρ*, aegritudines siue *Car.* 5 dissipulos *V* 6 apostolis *V:* apostolicis *Thiel; fort.* episcopis 12 comprimis *V, corr. cod. Angelic.* adibere *V* 13 iniurari *V* 14 iuberi non possumus] *respicit haec uerba auctor uitae Hormisdae Anastasium scripsisse narrans* nos iubere uolumus, non nobis iuberi (*Lib. Pontific. ed. Duchesne I p. 270, 2*) 15 Anastasio <Augusto quartum> *Bar.* uūc coūs *V*

**139.** *Data circa finem a. 517. Edd. Car.* $I^2$ *471; Bar. ad a. 517, 53; Collect. Concil.; Thiel 814.* ARCHIMANDRINARUM *V* 20 uniuerse *V, correxi* 21 ormisdae *V* continentē *V, corr. Car.* 22 suplicacio *V*

uestram beatitudinem refugere uelut de hieme et tempestate ad portum tranquillitatis ac moniti minime circumuallantibus nos calamitatibus teneri iam credimus. nam etsi patimur, gaudentes sustinemus scientes, quia non sunt dignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur
3 in nobis. quoniam uero Christus deus noster principem pastorum et doctorem et medicum animarum constituit, nos uestro sancto angelo dignum est passiones, quae nobis contigerunt, exponere et <im>misericordes ostendere lupos, qui dissipant gregem Christi, ut auctoritatis baculo eos expellat de medio ouium, uerbo autem doctrinae animam sanet et orationis medicamentis
4 mitiget. qui autem sint isti et qui hos aduersum nos armauerit, audistis utique, beatissimi: Seuerus ille et Petrus, qui numquam in Christiano numero reputati sunt, qui per singulos dies sanctam Chalcedonensem synodum sanctissimumque et beatissimum patrem nostrum Leonem publico anathemate impetentes, qui iudicium dei nihil existimantes et colendos canones sanctorum patrum conculcantes, episcopos quidem principali potentia facientes exhiberi et nos cogentes illudere praedictam sanctam synodum suppliciis inaestimabilibus affli-
5 gentes. unde et quidam eorum iniectas plagas minime sustinentes de hoc transierunt et nostrorum uero non exigua multitudo perempta est. euntibus namque nobis ad mandram domni Simeonis pro causa ecclesiae insidiati sunt nobis in itinere praedictis coinquinati et superuenientes occiderunt ex nobis trecentos quinquaginta uiros, quosdam autem uulnera-

4 Rom. 8, 18

2 ac moniti *scripsi:* admoniti *V* 4 condignae *Bar. cum Vulgata* passiones *ex* passionis *V* 7 medium *V, corr.* $\varsigma^2$ nos *V:* uos et *Car.*, nobis *Thiel* uestrum sanctum angelum *V, correxi* 9 misericordes *V, corr.* $\varsigma^2$ dissipat *V, corr.* $\varsigma^2$ 12 hos ρ: os *V* armauerit *V (et hic et p. 567, 9 tacite notatur imperator)*: armauerint $\varsigma^2$ 15 chalcedonencem *V* 16 impetunt *et deinceps* faciunt . . affligunt *reponenda censet Thiel* 21 quid[a]em *V* in ectas *V, corr.* ς 22 hoc <saeculo> *Car.* 23 parempta *V, corr.* ς 25 quoinquinanti *V, corr.* ς

uerunt; alios uero, qui potuerunt ad colenda altaria refugere,
ibidem peremerunt et monasteria incenderunt, per noctem
immittentes multitudinem inquietorum hominum redemptorum-
que omnem paupertatem ecclesiasticam huiusmodi per pesti-
feros homines consumentes. ad singula autem delatae uestram 6
beatitudinem instruent chartae a uenerabilibus fratribus Iohanne
et Sergio, quos miseramus Constantinopolim putantes uindictam
fieri de his, quae commissa sunt. sed eos nec uerbo dignatus
est sed etiam cum grandi contumelia expulit comminatus eis,
qui ista porrigerent. unde hinc est nos uel sero cognoscere,
quoniam tota prauitas et audacia talium malorum aduersus
ecclesias facta ipsius immissione composita est. deprecamur 7
ergo, beatissimi, supplicantes et rogantes, ut exsurgatis cum
feruore et zelo et condoleatis iuste pro corpore laniato (nam
caput estis omnium) et uindicetis fidem contemptam, canones
conculcatos, patres blasphematos et talem synodum anathe-
mate impetitam. uobis a deo data est potestas et auctoritas ligare 8
et soluere. non opus habent, qui sani sunt, medico sed
male habentes. exsurgite, patres sancti, uenientes ad saluandos
nos! imitatores estote domini Christi, qui de caelis super
terram aduenit quaerere errantem ouem, Petrum illum prin-
cipem apostolorum, cuius sedem ornatis, et Paulum, qui est
uas electionis, qui circumeuntes orbem terrarum illuminauerunt.
nam uulnera magna maioribus indigent adiumentis. mercennarii 9
pastores uidentes lupos aduenientes aduersus oues dimittent
eas dissipari ab illis, uobis autem ueris pastoribus et docto-
ribus, quibus cura pro salute ouium commissa est, occurrit

17 cf. Matth. 16, 19 18 Matth. 9, 12 24 sq. cf. Ioh. 10, 12

1 alteria *V* 2 perimerunt *V* 3 immitentes *V* 4 huiusmodi per estiferos *V*, *correxi:* ⟨per⟩ huiusmodi pestiferos *Thiel* 5 dilate *V*, *corr. Car.:* delatae ⟨ad⟩ *Bar.* 8 his *Car.:* is *V* 9 est ⟨imperator⟩ *Bar.*, *sed monachi fortasse consulto paulo obscurius loquuntur* (*cf. ad 566, 12*) 11 audaciū *V*, *corr* $\varrho^2$ 15 capud *V* est is *V*, *corr. Car.* 18 medicos *V*, *corr.* $\varrho^2$ 20 immitatores *V* 21 illum ⟨respicite⟩ *Bar.*, *at fortasse habemus anacoluthiam pergentis quasi praecessisset* imitamini prici- pem *V* 25 dimittunt *Car.* 27 *ante* ouium *del.* omnium *V man. 1*

ipse grex cognoscens suum pastorem, ab immitissimis bestiis liberatus et uocem sequens pastoris, sicut dominus ait: o u e s m e a e u o c e m m e a m a u d i u n t e t e g o c o g n o s c o e a s e t s e q u u n t u r m e. non ergo despiciatis nos, sanctissimi,
10 qui a bestiis ferocibus cottidie uulneramur. ad perfectam autem notitiam uestri sancti angeli anathematizamus in eadem nostra deprecatione uirtutem habente et libelli omnes proiectos et excommunicatos a uestra apostolica sede: dicimus autem Nestorium, qui fuit Constantinopolitanus episcopus, Eutychen, Dioscorum et Petrum Alexandrinum, qui cognominatus est Balbus, et Petrum, qui dicebatur Fullo. Antiochenum, nihilominus et Acacium, qui fuit Constantinopolitanus episcopus, eorum communicatorem et omnes, qui unum illorum haereticorum defendunt.
11 ET SUBSCRIPTIONES. Ego Alexander misericordia dei presbyter et archimandrita sancti Maronis deprecatus sum. Symeon misericordia dei presbyter et archimandrita ut supra. Iohannes misericordia dei diaconus et dispensator ut supra. Procopius
12 misericordia dei presbyter et archimandrita ut supra. Petrus misericordia dei presbyter ut supra. Eugenius misericordia dei presbyter ut supra. Geladius misericordia dei presbyter ut supra. Bassus misericordia dei presbyter ut supra. Romulus misericordia dei presbyter ut supra. Eusebius misericordia dei presbyter ut supra. Malchus misericordia dei presbyter ut supra. Leontius misericordia dei diaconus ut supra. Stephanus misericordia dei presbyter ut supra. Carufas diaconus ut supra. Thomas presbyter ut supra. Samuhel diaconus ut supra. Theodorus presbyter ut supra. Iohannes misericordia dei presbyter ut supra. Iohannes presbyter ut

2 cf. Ioh. 10, 3 sq.

1 cognoscens *Bar.*: cognoscene *V*, coguoscere ο 7 habentē *V*, *corr. Car.* et *om. Car.* *ante* omnes *del.* et *V* 9 constantinopollitanus *V* eutichen *V* 11 petrus *V*, *corr. cod. Angelic.* 17 supra α: spra *V* 23 eusealius *V*, *correxi* 26 carufus *V*, *corr. Car.* 28 theoderus *V*, *corr.* ρ

supra. Thomas diaconus ut supra. Iohannes diaconus ut supra.
Symeonius diaconus ut supra. Saulinus archimandrita ut supra. 13
Eusebius presbyter ut supra. Mucimus presbyter ut supra.
Symeonius presbyter ut supra. Thomas presbyter ut supra.
Iacobus presbyter ut supra. Iohannes presbyter ut supra.
Paulus presbyter ut supra. Priscus presbyter ut supra. Anto-
ninus presbyter ut supra. Iohannes presbyter ut supra. Thomas
presbyter ut supra. Iulianus presbyter ut supra. Symeonius
presbyter ut supra. Thomas presbyter ut supra. Symeonius
presbyter ut supra. Zaccheus presbyter ut supra. Thomas
presbyter ut supra. Symeonius presbyter ut supra. Thomas 14
presbyter ut supra. Symeonius presbyter ut supra. Thomas
presbyter ut supra. Sergius presbyter ut supra. Thomas pres-
byter ut supra. Eusebius presbyter ut supra. Paulus presbyter
ut supra. Iohannes presbyter ut supra. Sergius diaconus ut
supra. Item Sergius diaconus ut supra. Iulianus presbyter
ut supra. Sergius presbyter ut supra. Ammonius diaconus ut
supra. Thomas presbyter ut supra. Lucas presbyter ut supra.
Thomas diaconus ut supra. Symeonius presbyter ut supra.
Flauianus archimandrita ut supra. Monimus diaconus ut supra. 15
Iohannes diaconus ut supra. Iohannes presbyter ut supra.
Antonius diaconus ut supra. Thomas diaconus ut supra.
Eliseus presbyter ut supra. Sergius diaconus ut supra. Isa-
cius presbyter ut supra. Sergius presbyter ut supra. Thomas
diaconus ut supra. Iohannes prebyter ut supra. Philippus
diaconus ut supra. Iacobus presbyter ut supra. Zenobius
presbyter ut supra. Maras diaconus ut supra. Isacius pres-
byter ut supra. Ananias presbyter ut supra. Sergius presbyter
ut supra. Symeon presbyter ut supra. Thomas presbyter ut
supra. Iohannes presbyter ut supra. Symeon presbyter
ut supra. Thomas presbyter ut supra. Iohannes presbyter ut
supra. Symeon presbyter ut supra. Dauidthos diaconus

3 eusealius *V, corr. Car.* 10 Iaccheus *V, corr. Car.* 14 euse-alius *V, corr. Car.* 25 Philipus *V* 26 zenoalius *V, corr. Car.* 27 moras *V, correxi*

ut supra. Thomas diaconus ut supra. Iohannes diaconus ut
16 supra. Lenneos presbyter ut supra. Danihel archimandrita
ut supra. Symeon archimandrita ut supra. Abramius presbyter ut supra. Dauid presbyter ut supra. Dorotheus presbyter ut supra. Antoninus presbyter ut supra. Thomas presbyter ut supra. Barsumas presbyter ut supra. Sergius presbyter ut supra. Eusebius presbyter ut supra. Symeonius presbyter ut supra. Marcellus presbyter ut supra. Priscus presbyter ut supra. Maras presbyter ut supra. Sergius presbyter ut supra. Iacobus presbyter ut supra. Thomas presbyter ut supra. Item Thomas presbyter ut supra. Thomas presbyter ut supra.
17 Saulinus presbyter ut supra. Thomas presbyter ut supra. Iohannes presbyter ut supra. Uarasaldas presbyter ut supra. Iohannes diaconus ut supra. Marcellus diaconus ut supra. Symeonius presbyter ut supra. Gennadius presbyter ut supra. Thomas presbyter ut supra. Symeonius presbyter ut supra. Habramius presbyter ut supra. Symeonius presbyter ut supra. Iacobus presbyter ut supra. Iohannes presbyter ut supra.
18 Isidorus archimandrita ut supra. Iulianus presbyter ut supra. Iohannes et Romanus presbyter et Thomas presbyter ut supra. Antoninus diaconus et Habraam presbyter ut supra. Maras diaconus et Habraam presbyter ut supra. Zenobius et Stephanus presbyteri ut supra. Symeonius et Demetrius presbyteri ut supra. Thomas et Domnus presbyteri ut supra. Symeonius et Helias presbyteri ut supra. Habramius et Pelagius presbyteri ut supra. Romanus et Abraam presbyteri ut supra. Symeonius presbyter et Carufas diaconus ut supra. Symeonius et Iohannes presbyteri ut supra. Symeonius et Iulianus presbyteri ut supra. Eutychianus et Iohannes diaconi ut supra. Thomas et item Thomas presbyteri ut supra.

4 darotheus *V, corr.* o  6 darsumas *V, correxi monentibus Syriacae linguae peritis*  7 euselius (*ut uidetur ex* eusebius *corr.*) *V, corr. Car.*  12 Salinus *V, correxi*  19 hisidorus archimandri *V*  20 *fort.* Iohannes ‹presbyter› (Ioh et Rom. et Thomas prěsbyteri *Car.*)  22 Zenolius *V, corr. Car.*  23 presbyteri *hic et in eis quae sequuntur semper compendio* pb̄r *scripsit V*  24 dompnus *V*  27 symoonius *V*

Romanus diaconus et Iohannes presbyter ut supra. Eusebius 19
archimandrita et Eustasius presbyter ut supra. Iacobus et
Eusebius presbyteri ut supra. Sergius et Maras presbyteri
ut supra. Iohannes et Iulianus presbyteri ut supra. Paulus
et Isacius presbyteri ut supra. Thomas et Dasianus presby-
teri ut supra. Iohannes et Danihel presbyteri ut supra.
Zeuenas presbyter et Azizos diaconus et archimandrita ut 20
supra. Antoninus diaconus et archimandrita et Cyrillus pres-
byter ut supra. Iob presbyter et Stephanus diaconus et archi-
mandrita ut supra. Bassus diaconus et Basilius presbyter
ut supra. Symeonius et Iohannes presbyteri ut supra. Iacobus
presbyter et Iulianus diaconus et archimandrita ut supra.
Symeonius et Alfeus presbyteri ut supra. Iohannes presbyter
et Petrus diaconus ut supra. Danihel diaconus et Nonnus
diaconus et archimandrita ut supra. Alexander et Epiphanius
presbyteri ut supra. Zoilus et Habramius presbyteri ut supra.
Iulianus presbyter et Iohannes diaconus et archimandrita ut
supra. Carufas et Symeonius presbyteri ut supra. Timotheus
diaconus et Petrus presbyter ut supra. Macedonius <diaconus> 21
et archimandrita ut supra. Domnus archimandrita ut supra.
Iohannes archimandrita ut supra. Symeonius <diaconus> et
archimandrita ut supra. Menas diaconus et archimandrita et
Barabsabas presbyter ut supra. Sergius presbyter et Theo-
dorus archimandrita ut supra. Beniamin archimandrita et
Isacius presbyter ut supra. Danihel presbyter et archiman-
drita et Abraam archimandrita ut supra. Symeonius archi-
mandrita ut supra.

16 zoillus *V* 18 simeonius *V* 19 diaconus *inserui*, presbyter *Car.* 20 21 22 27 archimandri *V* 20 domnus *aut* doninus *V* archimandrii *V* 21 diaconus *inserui*. presbyter *Car.* 23 darabsabas *V*, *correxi suasu Syriace callentium* 25 ysacius *V*

## (140.)

HORMISDA PRESBYTERIS DIACONIBUS ET ARCHIMANDRITIS SECUNDAE SYRIAE.

Lectis litteris dilectionis uestrae, quibus inimicorum dei patefacta uesania est et infidelium pertinax furor dolenter expositus, qui dum rediuino spiritu oderunt dominum, membra illius impie persequuntur: quantum ad constantiae uestrae agnitionem, benedixi deum fidem militum suorum inter aduersa
2 seruantem. sed rursum ecclesiarum concussionem et seruorum dei molestias laboresque considerans propheta gemitus meos adiunante clamaui: e x u r g e, d o m i n e: i n d i c a c a u s a m t u a m, m e m o r e s t o i m p r o p e r i o r u m t u o r u m, e o r u m q u a e a b i n s i p i e n t e s u n t t o t a d i e!, libenter ea quoque, quae secuntur, adiungens: n e o b l i n i s c a r i s u o c e m q u a e r e n t i u m t e; s u p e r b i a e o r u m, q u i t e o d e r u n t, a s c e n d i t s e m p e r a d t e. nam sicut oportet nos stabilitatem fidei custodire, ita non conuenit de diuini iudicii aequitate diffidere.
3 non nouus hic, fratres, ecclesiae labor, et tamen, dum humiliatur, erigitur ac per ea, quibus adteri creditur, damna ditatur.

11 Psalm. 73. 22 14 Psalm. 73. 23

**140.** *Dat. a. 518 die 10 Febr.; respondet epistulae 139. B = Berolin. lat. 79. Initium epistulae usque ad uerba* considerans propheta (*p. 572, 10*) *exhibet etiam collectio Dionysio-Hadriana (H = i. e. consensus codicum* $h^{1-10}$ *et* $d^2$, *quos enumeraui p. 83 in adnotatione ep. 37). Ediderunt epistulam Car. I² 474; Fronto Ducaeus in editione Iohannis Zonarae (Lut. Paris. 1618) p. 660; Collect. Conc. inde a Labbeo; BT I 135; Thiel 820.* 2 diaconibus *H:* diac̄ *V*, et diaconibus *B* 3 SIRIAE *V* 4 dei *supra linea B* 6 re diuino *B* dominum *VB:* deum *H* 7 persecuntur *B* 8 fide *V* militum *VH:* malorum *B* 11 domine *B:* đ *V* 12 inproperiorum *B:* improperium *V* eorum *om. B* 13 qui *B* 14 secuntur *V:* secutus *B* uoces *B cum Vulgata* 15 te *ante* superbia *om. V* ascendat *VB, corr. Fronto Ducaeus* 18 frater *B* tamen dum *V:* cauendum *B* 19 eregitur atque per *B*

## (140.)

ʽΟρμίσδας ἐπίσκοπος πρεσβυτέροις διακόνοις καὶ ἀρχιμανδρίταις τοῖς ἐν δευτέρᾳ Συρίᾳ οὖσι καὶ λοιποῖς ὀρθοδόξοις ἐν οἱῳδήποτε ἀνατολικῷ κλίματι διάγουσι καὶ ἐν τῇ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας κοινωνίᾳ διαμένουσιν.

Ἀναγνωσθέντων τῶν γραμμάτων τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, δι' ὧν ἡ
τῶν ἐχθρῶν τοῦ θεοῦ ἀφροσύνη ἐφανερώθη καὶ τῶν ἀπίστων ἡ
ἐπίμονος μανία λυπηρῶς δήλη γέγονεν, οἵτινες ἐπειδὴ τῷ κακῶς
ζῶντι πνεύματι ἐμίσησαν τὸν κύριον, τὰ μέλη ἐκείνου ἀσεβῶς διώ-
κουσιν, ὅσον ἀπὸ τῆς ὑμετέρας βεβαιότητός ἐστι γνῶναι, ηὐλόγησα
τὸν κύριον τὸν τὴν πίστιν τῶν ἑαυτοῦ στρατιωτῶν μεταξὺ τῶν
ἐναντίων φυλάττοντα. καὶ πάλιν τῶν ἐκκλησιῶν τὸν σάλον καὶ 2
τῶν δούλων τοῦ θεοῦ τὰς ἐπαχθείας καὶ τοὺς κόπους κατανοήσας
στενάζων κατὰ τὸν προφήτην ἐκέκραξα· „ἀνάστα κύριε, δίκα-
σον τὴν δίκην σου, μνήσθητι τῶν ὀνειδισμῶν σου
τῶν ὑπὸ ἄφρονος ὅλην τὴν ἡμέραν“, ἡδέως καὶ τὰ ἐφ-
εξῆς ὁμοίως ἐπάγων· „μὴ ἐπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν ζητούν-
των σε, ἡ ὑπερηφανία τῶν μισούντων σε ἀνέβη
διαπαντὸς πρός σε“. καὶ γὰρ ὥσπερ χρὴ ἡμᾶς τὸ ἑδραῖον
τῆς πίστεως φυλάττειν, οὕτως οὐχ ἁρμόζει περὶ τῆς δικαιοσύνης
τῆς θείας κρίσεως ἀπιστεῖν. οὐκ ἔστι νέος, ἀδελφοί, τῆς ἐκκλη- 3
σίας οὗτος ὁ κόπος· ὅμως ἐν αὐτῷ τῷ ταπεινοῦσθαι ὑψοῦται καὶ
δι' ἐκείνων, δι' ὧν πτωχεύειν δοκεῖ, πλουτίζεται. ἐν πείρᾳ ἐστὶ τοῖς

**140.** *Hormisdae epistulae uetus interpretatio Graeca, quam hic expressi, inserta reperitur actis synodi a. 536 Constantinopoli habitae; cf. Nachrichten der k. Gesellsch. d. Wissensch. zu Goettingen, philol.-hist. Kl. 1894 p. 120. Codices adhibui eosdem quinque* aeogh, *quos enumeraui p. 163. Edd. Binius, Concil. gener. ed. 2 (1618) II 1 p. 718; Fronto Duc. p. 660; Collect. Concil.; Thiel 820.* 4 καθέδρα a 6 τῶν *om.* eo 7 τῶν ἀπίστων ἡ aeo: ἡ τῶν ἀπίστων gh 8 κακῶς ζῶντι aeogh: *fort.* ἀναζῶντι 10 ἡμετέρας h, ὑμετέρας *ex* ἡμετέρας *corr.* o 11 ἑαυτῶν h 16 ἐφεξῆς agh: ἐξῆς eo 17 ἐπάγων gh: ἐπάγω aeo 20 ἐπίστεως o 21 κρίσεως eo: πίστεως ah *et sine dubio etiam* g, *quamquam nihil adnotaui* ἀδελφοὶ *ex* ἀδελφοῦ *corr.* o *man. 2* 22 τῷ *om.* h

ex usu est fidelibus dei, ut per mortes corporum uitas lucrentur
animarum: amittunt quidem caduca sed mercantur aeterna et,
dum persecutio uiam facit probationi, probatio causa fit meriti.
stulti et sub caecitate saeuientes nesciunt, quia quos conuer-
sationi hominum subtrahere posse se credunt, ad dei regna
4 perducunt. hinc in ipsis periculis gaudia et ambitus passi-
onum: expectat enim agones suorum, qui magnorum retributor
est munerum. nam quis non frangeretur malis, nisi consolaretur
aduersa de praemiis? spes illa est, quae non sinit in despe-
ratione deficere: excludit siquidem amaritudinem tribulationum
dulci sapore uirtutum. quis enim magni habeat praesentia
sciens aestimare uentura? quis dispendia uitae renuat, si quae
5 sunt recipienda considerat? persistite, carissimi mihi, et
inconcussam fidem fixa animi uirtute seruantes perseuerantiae
laudem, in qua est salus et bonorum operum palma. praesumite,
magna sunt, ad quae uocamur indigni: non retardet infirmitas,
quia qui uocat retributor fidelis et fortis adiutor est. non
prosperorum spe decipiamur aut mollium nec facilia proponamus:
non deliciosa nobis dominus noster, non est blanda pollicitus:
praemia promisit ille, non otia. laudi non conuenit et quieti.
qui locus erit remunerationis, si nulla est cura uirtutis?
angusta porta sed regna diffusa, paucis aditus sed probatis.
6 nonne haec sunt ad eos prima uerba, quos docuit: perse-
quentur et in synagogis flagellabunt uos? per pati-
entiam, sicut scriptum est, possideamus animas nostras, ne
eas per impatientiam doleamus amissas. primus crucem dominus

23 Matth. 10, 17 25 Luc. 21, 19

1 usum *B* mortis *B* lucerentur *B* 2 mittunt *B* 3 fit *Fronto Duc.*: sit *VB* 4 stulti *om. V* cecitatem uiuentes *B* 5 credunt *V*: ore dunt *B* 6 periculi *V* 7 expectant *B* agonis *B* 8 es *B* 9 sinet *B* dispiratione *B* 10 excludet *B* 11 duci *B* dulcis sapor *legit interpres* 12 ēstimare *B* rennuat *V*: non rennuat *B* 12 *sq.* sicque sunt decipienda *B* 13 kmi *B* 14 fixam *B* perseuerentiae *B* 15 que *B* honorum *B* operum *B*: hominum *V* 16 atque uocamus *B* 17 est *V*: es *B* 18 nec *om. B* facila *B* 20 promisit *V*: p̄ponet *B* laudi non *B*: laudi *V* 21 cura *V*: causa *B* 22 difusa *V* 23 nonne *V*: non *B* 24 sinagogis *V*

πιστοῖς τοῦ θεοῦ τὸ διὰ τοῦ θανάτου τῶν σωμάτων τὴν ζωὴν
κερδαίνειν τῶν ψυχῶν· ἀποβάλλονται μὲν τὰ ῥέοντα ἀλλ' ἐμπο-
ρεύονται τὰ αἰώνια καὶ ἐν τῷ τὸν διωγμὸν ὁδοποιεῖν τῇ δοκιμῇ
αἰτία γίνεται τῆς ἀξίας ἡ δοκιμή· ἀνόητοι καὶ ἐν τῇ τυφλώσει
μαινόμενοι ἀγνοοῦσιν, ὅτι οὓς ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀναστροφῆς
χωρίζειν δύνασθαι νομίζουσι, τούτους εἰς τὴν βασιλείαν ἄγουσι
τοῦ θεοῦ. ἐντεῦθεν ἐν αὐτοῖς τοῖς κινδύνοις αἱ εὐφροσύναι καὶ 4
ἡ περὶ τὸ πάσχειν σπουδή· ἐκδέχεται γὰρ τοὺς ἀγῶνας τῶν ἰδίων
ὁ τῶν μεγάλων δωρεῶν ἀνταποδότης. τίς γὰρ οὐκ ἂν ὀκλάσειεν
ἐν τοῖς κακοῖς, εἰ μὴ διὰ τῶν ἐπάθλων παραμυθηθείη τὰ ἐναντία;
ἐκείνη ἐστὶν ἡ ἐλπὶς ἡ μὴ συγχωροῦσα ἐν τῇ ἀνελπιστίᾳ ἡμᾶς
ἀτονεῖν· ἀποκλείει <γὰρ> τῶν θλίψεων τὸ πικρὸν ἡ γλυκεῖα γεῦσις
τῶν ἀρετῶν. τίς γὰρ ἂν οἰηθείη τὰ παρόντα μεγάλα ἐννοῶν τὰ
μέλλοντα; τίς τὸν θάνατον ἀπαρνεῖται, εἰ τῶν μελλόντων τὴν ἀντί-
δοσιν κατανοήσειεν; ἔνστητε, ἀγαπητοί μου, καὶ ἀσάλευτον τὴν 5
πίστιν βεβαίῳ λογισμῷ φυλάττοντες τῆς ὑπομονῆς τὸν ἔπαινον, ἐν
ᾧ ἔστιν ἡ σωτηρία καὶ τῶν ἀγαθῶν ἔργων τὸ βραβεῖον, καρπώ-
σασθε. μεγάλα εἰσὶν, εἰς ἃ καλούμεθα οἱ ἀνάξιοι· μὴ βραδυνάτω
ἡ ἀσθένεια, ὅτι ὁ καλῶν ἀνταποδότης πιστὸς καὶ δυνατὸς βοηθός
ἐστι. μὴ τῇ τῶν καταθυμίων ἐλπίδι ἀπατηθῶμεν μήτε τῶν ἡδέων
μήτε προκρίνωμεν τὰ εὐχερῆ. οὐ τρυφηλὰ ἡμῖν ὁ κύριος ἡμῶν, οὐ
κολακευτικὰ ἐπηγγείλατο· ἐκεῖνος ἔπαθλα ὑπέσχετο, οὐκ ἀργίας.
οὐ συμβαίνουσιν ἔπαινος καὶ ῥαθυμία. τίς τῆς ἀνταμείψεως ἔσται
τόπος, εἰ οὐδεμία ἐστὶ φροντὶς τῆς ἀρετῆς; στενὴ ἡ πύλη ἀλλὰ
πλατέα τὰ βασίλεια· ὀλίγοις ἡ εἴσοδος ἀλλὰ τοῖς δοκίμοις. οὐχ 6
οὗτοί εἰσιν οἱ πρῶτοι λόγοι πρὸς ἐκείνους, οὓς ἐδίδαξε· „διώξουσι
καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς μαστιγώσουσιν ὑμᾶς"; διὰ
τῆς ὑπομονῆς, καθὼς γέγραπται, κτησώμεθα τὰς ἑαυτῶν ψυχάς,
μήποτε ταύτας διὰ τῆς οὐχ ὑπομονῆς ἀλγήσωμεν ἀπολέσαντες.

2 ταῖς ψυχαῖς a 6 δύνασθαι νομίζουσι aco: δοκοῦσι δύνασθαι gh 9 δωραιῶν a 12 γὰρ *addidi* 13 παρόντα ἐννοῶν μεγάλα ἐννοῶν gh 14 ἀπαρνήσεται gh 17 καρπώσεσθε a, καρπώσασθαι g, καρπῶσασθαι h 19 καὶ δυνατὸς *bis* gh 20 τῇ *om.* o

noster et patientiae ipsius magister ascendit suo informaturus
exemplo, quos erat inturus auxilio. ipse inter uirtutes lancem
retinet et labores, stans contra uenena furentium, ut secundum
7 persecutionis iras ipse aeterni imperii det coronas. reuoluite,
qua Machabaeorum exitus pertinaces uetus historia laude
persequitur, quo Iudas et illa fratrum fidelium falanx mortis
honore referatur, in quanto ore sit constans populus in monte
consumptus. et hae omnes pro custodienda lege uirtutes,
species et umbra futurorum, tanta exempla meruerunt: nos
in patribus uidimus palpauimus probauimus, quem sequamur.
8 quid uon deferendum est rei? quid deuegandum est ueritati?
quid non debitum redemptori? libenter communicamus dog-
mata ista uobiscum; dicit enim sapientissimus Salomon:
b e a t u s, q u i p r a e d i c a t u e r b u m i n a u r e m o b o e d i e n t i s.
gaudium est siquidem uolentes alloqui et ad rectam uiam
eos, qui non reluctentur, hortari. tenemus enim obsidem fidei
uestrae sub litterarum professione constantiam, qua a trans-
gressorum contagione diuisi ad apostolicae sedis dogmata et
mandata recurritis: sero quidem uiam ueritatis ingressi, sed
benedictus deus, qui non in finem obliuiscitur, qui corripit
et medetur nec continue gregis sui oues patitur insidiantium
luporum rapacitate discerpi, qui per districtionis temperantiam
9 nec coherci<ti>onem suorum neglegit nec salutem. sed quid

14 Eccli. 25, 12

1 pacientientiae *B* asendit *V* informaturos *B* 2 erat iuturus ς: erat inturos *V*, es adiucuros *B* auxilium *B* lancem *V*: luctamen *B* 3 contra *V*: a ara *B* 4 ipse *scripsi*: ille *VB*, illis *Thiel* aeternum imperi *B* det coronas *B*: et decoronas *V* 5 quia *B* machabeorum *VB* exius *B* uetus *V*: quam beatus *B* istoria *VB* laudes *V* 6 persequetur *B* fratrum *B*: frmū *V* fraglans *B* 7 honore *V*: odore *B* 8 est haec om̄s *B* 9 expla *B* 12 debeatur *B* 13 enim *om.* *B* 14 aure *B* 16 non lucentur ortari *B* teneamus *B* fidem *B* 17 professionem *B* a transgressorum *B*: a//////gressorum (*eras.* d) *V* 19 recurritis $\varsigma^2$: recurrimus *V*, curitis *B* 20 qui non *bis* *B* fine *B* 21 suboues *B* pacitur *V* 22 districtionis *Thiel*: destrictionis *B*, distinctionis *V* temperantia *B* 23 nec cohercionem *V*, necohertionum *B* qui *V*

πρῶτος εἰς τὸν σταυρὸν ὁ κύριος ἡμῶν καὶ τῆς ὑπομονῆς ἑαυτοῦ
διδάσκαλος ἀνῆλθεν ἐν τῷ ἰδίῳ τυπῶν ὑποδείγματι ἐκείνους, οἷς
ἔμελλε βοηθεῖν. αὐτὸς μεταξὺ τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν κόπων τὸν
ζυγὸν κατέχει ἱστάμενος κατὰ τῶν δηλητηρίων τῶν μεμηνότων,
ἵνα κατὰ τὴν ὀργὴν τοῦ διωγμοῦ αὐτὸς καὶ τῆς αἰωνίου βασιλείας
τοὺς στεφάνους παράσχῃ. ἀναλογίσασθε, ποίῳ τῶν Μακκαβαίων 7
ταῖς ἐξόδοις ταῖς καρτερικαῖς ἡ παλαιὰ ἱστορία ἐπαίνῳ ἐφέπεται,
ποίᾳ Ἰούδας κἀκείνη τῶν πιστῶν ἀδελφῶν ἡ φάλαγξ θανάτου τιμῇ
ἀναγορεύεται, ἐν ποίοις ἐστὶ στόμασιν ὁ λαὸς ὁ ἐν τῷ ὄρει ἀνα-
λωθείς. καὶ αὗται πᾶσαι αἱ δυνάμεις ὑπὲρ τῆς τοῦ νόμου φυλακῆς
ὁμοιώματα καὶ σκιαὶ τῶν μελλόντων οὖσαι ἠξιώθησαν παραδειγ-
μάτων τοσούτων· ἡμεῖς ἐν τοῖς πατράσιν ἑωράκαμεν, ἐψηλαφήσα-
μεν, ἐδοκιμάσαμεν, τίνι ἀκολουθήσομεν. τί οὐκ ἐφαρμόζει τῇ
ὑποθέσει; τί ἀπᾴδει τῆς ἀληθείας; τί οὐκ ὀφείλεται τῷ λυτρωτῇ;
καταθυμίως κοινωνοῦμεν ἐν τούτοις ὑμῖν τοῖς δόγμασι· λέγει γάρ 8
που ὁ σοφώτατος Σολομών· „μακάριος ὁ κηρύττων λόγον
εἰς ἀκοὴν ὑπακούοντος“. εὐφροσύνη μὲν οὖν ἐστι τὸ δια-
λέγεσθαι τοῖς ἐθέλουσι καὶ πρὸς τὴν ὀρθὴν ὁδὸν τοὺς μὴ ἀντι-
παλαίοντας προτρέπεσθαι. κατέχομεν γὰρ ἐνέχυρον τῆς πίστεως
τῆς ὑμετέρας τὴν ἀπὸ τῶν γραμμάτων ὁμολογηθεῖσαν ἔνστασιν, δι'
ἧς ἐκ τῆς τῶν παραβατῶν λύμης χωρισθέντες εἰς τὰ τῆς ἀποστο-
λικῆς καθέδρας δόγματα καὶ ἐντολὰς ἐπανέρχεσθε, ὀψὲ μὲν οὖν
ἐπιβάντες τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας. ἀλλ' εὐλογητὸς ὁ θεός, ὃς οὐκ
εἰς τέλος ἐπιλανθάνεται, ὃς παιδεύει καὶ ἰᾶται καὶ οὐδὲ τῆς ἡνω-
μένης αὐτοῦ ποίμνης τὰ πρόβατα καρτερεῖ τῶν ἐπιβουλευόντων
λύκων τῇ ἁρπαγῇ διασπᾶσθαι, ὃς διὰ τῆς κεκραμένης αὐστηρίας
οὐδὲ τῆς ἀσφαλείας τῶν ἰδίων ὑπερορᾷ οὐδὲ τῆς σωτηρίας. ἀλλὰ 9

2 ἐκείνοις aeogh, *corr. Thiel* 3 ἤμελλε a καὶ τῶν *om.* h 4 κατ-έχειν gh 6 ποία (οἵα agh) τῶν Μακκαβαίων ἡ ἔξοδος τοῖς καρτερικοῖς ἡ πάλη ἱστορία τῶν ἐπαίνων aeogh, *correxi secutus Thielium* (ποίῳ ταῖς τῶν Μ. ἐξόδοις καρτερικαῖς ἡ παλαιὰ ἱστ. τῷ ἐπαίνῳ) 8 πιστῶν *om.* aeo τιμῇ eo: τιμὴ agh 9 ἐστὶ aeog: ἐπὶ h 11 οὖσαι aeo: εἶναι gh παρα-δειγμάτων eo: παράδειγμα τῶν agh 13 τίνι agh: ἐν τίνι eo 14 τί οὐκ aeo: εἰ οὐκ gh λυτρωτῇ eo: λύτρω τί agh 16 κηρύσσων eo 22 ἐπαν-έρχεσθαι g 24 ἐνωμένης o

mirum. si oues relicto uno illo et uero pastore dispersas
callidus cruentus et rapax turbauit insidiis? qui tutelam
suam deserunt, ipsi se periculis, quibus lanientur, exponunt.
10 ergo nunc saltim solidis passibus in uiam patrum, ad quam
recurristis, insistite. potens erit misericordia dei aliorum
quoque correctionem mercedi uestrae, si a uobis ad rectum
deducantur, adscribere. sed in totum uos a caeno, quo immersi
haeretici tenentur, auellite et excutientes immunditiam pulueris
inhaerentis generaliter uniuersos ab apostolicis dogmatibus
declinantes religiosa detestatione damnate. nulla tenebris cum
luce communio nec, qui per recta itinera gradiuntur, uestigia
11 sua cum deuiantium errore coniungunt. tenendum est fidei uin-
culum et uitandum de perfida societate contagium, quia secun-
dum apostolum quemadmodum, qui se adiungit domino,
unus spiritus est, ita qui adhaeret meretrici, unum
corpus efficitur. amant uirtutes collegia sua et adhaerentes sibi
secum impietas in profundo demergit. [in conspectu] in oculis, in
ore, in ipsis manibus sunt patrum dogmata, quae custodienda
mandamus: cottidie nos ad conseruationem sui concilia uene-
12 randa constringunt. loquax est singillatim uniuersa retexere:
Chalcedonensem synodum, in qua omnium reuerentia continetur,
sed et uenerandi Leonis prolata de ipsis apostolorum prae-
cordiis instituta et nosse nos conuenit et tueri. in his uexillum
fidei, in his propugnacula ueritatis, in his Christus agnoscitur,
u his redemptionis nostrae spes et causa seruatur. hoc est illud,

10 cf. Cor. II 6, 14   14 Cor. I 6, 17   15 Cor. I 6, 16

1 *sq.* dispersas callidus cruentus et *omissa in marg. add. V*  2 tutelam suam *V*: obilia sua *B*  4 at *B*  7 aτ τeno *ut uid. B*  8 hereci *B* abellite *B*  9 ab o: ad *V*, *om. B*  10 damnaτ̀ *B*  11 latinera *B* gradiunt *V*, *corr.* o: ingressus *B*  13 perfida *V*: perfidia *B*  15 est *V*: et *B*  adherat meritici *B*  16 conlegia *B*, cellegia *V*  17 profunda *V* dimegit *B*  in conspectu (conspectum *B*) *VB*: *glossema uncis inclusi* 19 cotidie *B*  conuersationem sui i *B*  20 uni uniuersa *B*  21 calcedonese *B*  reuerenda *B*  23 uixillum *B*  24 propugnaculo *V*, *correxi*: propugnaculum *Bo*  his *B*: *om. V*, quo o

τί θαυμαστὸν, εἰ τὰ πρόβατα καταλειφθέντος ἐκείνου τοῦ ἑνὸς καὶ
ἀληθινοῦ ποιμένος διασκορπισθέντα ὁ πανοῦργος, ὁ αἵμασι πεφορ-
μένος καὶ ἅρπαξ ταῖς ἐνέδραις ἐτάραξεν; οἱ τὴν ἀσφάλειαν τὴν
ἰδίαν καταλιμπάνοντες αὐτοὶ ἑαυτοὺς τοῖς κινδύνοις, ὑφ᾽ ὧν σπαράτ-
τονται, ἐμβάλλουσιν. ὥστε κἂν νῦν γοῦν στερροῖς βήμασιν ἐν τῇ 10
ὁδῷ τῶν πατέρων, πρὸς ἣν ἀνεδράμετε, ἔνστητε· δύναται γὰρ τὸ
τοῦ θεοῦ ἔλεος καὶ τὴν τῶν ἄλλων ὁμοίως διόρθωσιν τῷ ὑμετέρῳ
μισθῷ, εἰ παρ᾽ ὑμῶν πρὸς τὸ εὐθὲς ὁδηγηθεῖεν, λογίσασθαι· ἀλλ᾽
ἑαυτοὺς καθόλου ἀπὸ τοῦ βορβόρου, ἐν ᾧ οἱ αἱρετικοὶ καταποθέντες
κεκράτηνται, ἀποσπάσατε καὶ ἐκτινάξαντες τὴν ἀκαθαρσίαν τοῦ
κονιορτοῦ τοῦ κολληθέντος γενικῶς ἅπαντας τοὺς ἀπὸ τῶν ἀπο-
στολικῶν δογμάτων ἀποκλίναντας εὐσεβεῖ ἀποκηρύξει κατακρίνατε.
οὐδεμία τῷ σκότει πρὸς τὸ φῶς κοινωνία οὔτε οἱ διὰ τῶν εὐθειῶν
ὁδῶν βαδίζοντες τὰ ἑαυτῶν ἴχνη μετὰ τῶν ἀποκλινόντων πλάνης
συνάπτουσι. κατασχετέος ἐστὶ τῆς πίστεως σύνδεσμος καὶ παραι- 11
τητέα ἡ ἐκ τῆς ἀπίστου κοινωνίας λύμη, ὅτι κατὰ τὸν ἀπόστολον,
ὃν τρόπον ὁ ἑαυτὸν προσκολλῶν τῷ κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν, οὕτως
ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν γίνεται σῶμα. ἀγαπῶσιν αἱ ἀρεταὶ τὰς
ἀλλήλων κοινωνίας καὶ τοὺς κολλωμένους αὐτῇ μεθ᾽ ἑαυτῆς ἡ
ἀσέβεια ἐν τῷ βυθῷ καταποντίζει. ἐν ὀφθαλμοῖς, ἐν τῷ στόματι, ἐν
αὐταῖς ταῖς χερσίν εἰσι τῶν πατέρων τὰ δόγματα, ἃ φυλάττειν
ἐντελλόμεθα· καθ᾽ ἑκάστην πρὸς τὴν φυλακὴν ἑαυτῶν αἱ σεβάσμιαι
σύνοδοι περισφίγγουσι. μακρηγορία ἐστὶ καθ᾽ ἕκαστον πάντα φανε- 12
ροῦν· τὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἐν ᾗ πασῶν τὸ σέβας περιέ-
χεται, ἀλλὰ καὶ τὰ παρὰ τοῦ σεβασμιωτάτου Λέοντος προενεχθέντα
ἐξ αὐτῆς τῶν ἀποστόλων τῆς καρδίας ὁρίσματα καὶ γινώσκειν ἡμᾶς
προσήκει καὶ τηρεῖν. ἐν τούτοις τὸ σημεῖον τῆς πίστεως, ἐν τούτοις
οἱ προμαχῶνες τῆς ἀληθείας, ἐν τούτοις ὁ Χριστὸς γινώσκεται, ἐν
τούτοις τῆς λυτρώσεως τῆς ἡμετέρας ἡ ἐλπὶς καὶ ἡ ὑπόθεσις

1 καταληφθέντος aeo, *sed* a *fortasse postea corr.* καταλειφθέντος 5 στεργοῖς o 8 ἡμῶν h 13 οὐδὲ μία gh 14 πλάνης eo: πλάνη agh 16 *sq.* ἀπόστολον ὃν τρόπον eo: ἀποστολικὸν τρόπον gh, ἀπόστολον πέτρον a 22 καθεκάστην ae σεβασμίαι gh 23 καθέκαστον ae φανεροῦν τὰ aeo: φανεροῦντα gh 24 σέβας eogh: σεβάσμιον a 25 προενενεχθέντα a 26 τῆς aeo: *om.* gh 27 τὸ σημεῖον *scripsi*: τὸ σεβάσμιον gh, τοῖς σεβασμίοις aeo 28 προμαχοῦντες a 29 ἡ ὑπόθεσις ag: ἡ πρόθεσις h, ὑπόθεσις eo

quod in apostolo legimus, fundamentum, in quo se ipsum
decipit. quisquis ligna fenum stipulas consumendas ignibus
13 superaedificare temptauerit. his interfecta sunt Eutychetis et
Nestorii uenena conciliis, qui aduersum dominicae dispensationis
salubre mysterium dum contraria inter se disputatione nituntur,
sub quadam sacrilegii aequalitate consentiunt, sententiis dispares
et impietate concordes: quorum alter nolens Mariam uirginem
dei esse genetricem in domino nostro quae unita sunt diuidit,
alter dum conuenientium naturarum propria et certa confundit,
mysterium nostrae redemptionis extinguit, alter Fotini sectam,
14 alter Manetis insaniam impia cognatione contingens. aduersum
hos, dilectissimi fratres, prouisa remedia illa animi uirtute
defendite, qua in labefactionem eorum uidetis haereticos impietate pugnare. non sit pigra ueritatis adsertio. quo studio
oportet salutem diligi, cum uideatis perditionem mortiferam
sic amari? pudeat segniter adseri ueritatis leges, cum tam
15 pertinaciter defendantur errores. et auctores quidem inuentionum malarum, quae praediximus, synodica constituta iustis
condemnationibus insequuntur; sed nos, etiam sequaces eorum
ut declinetis, pariter admonemus, quos apostolica sedes et
deprehendit pares auctoribus suis et coniunxit addictis: Dioscorum et Timotheum parricidam, Petrum Alexandrinum, Acacium
Constantinopolitanum cum sequacibus suis, Antiochenum quoque
Petrum praedicto similem sicut errore sic nomine, sed et

1 sq. cf. Cor. I 3, 11 sqq.

1 apostolum *B* ipse decepit *B* 2 ligna aut fenum *B* collegendas *B* 3 superhedificare *V*: superhedicare *B* is *V* eutycetis *V*, entichetis *B* 5 dispensatione mituntur *B* 8 unitas *B* diuidunt *B* 9 propriae certa *B* confudit *V* 10 nostrae *V*: non *B* redemptio *B* foteni *B*, foniti *V* 11 insania *B* contagione *B* 13 qua *V*: quia *B* hereticos *V*: erit his hos *B* 14 non *om. B* 15 perdictionem *V* mortyferam *B*, mortifera *V* 16 pudeat *V*: cur pudeat *B* signiter aseri *B* ueritis *V* legis *B* tam *om. B et fort. delendum est* 17 defendatur (*sic*) *corr. ex* defendatis *B* erroris *B* 18 istis *B* 19 insecuntur *B* uos *V* 20 sedis *B* 21 deprehendet *B* autoribus *B* coniuncxit *V* 22 tymotheum *V* 23 constantinupolitanam *B* con *V* antyochenum *V* 24 praedictio *B*

φυλάττεται. οὗτός ἐστιν ἐκεῖνος, ὃν ἐν τῷ ἀποστόλῳ ἀνέγνωμεν,
θεμέλιος, ἐν ᾧ ἑαυτόν τις παραλογίζεται, εἴ τις ξύλα χόρτον καλάμην
καταναλισκόμενα τῷ πυρὶ ἐποικοδομῆσαι πειραθῇ. ἐν ταύταις ἀνη- 13
ρέθη τὰ Εὐτυχοῦς καὶ Νεστορίου ταῖς συνόδοις δηλητήρια, οἵτινες
ἐξ ἐναντίας τῆς δεσποτικῆς τοῦ σωτηριώδους μυστηρίου οἰκονομίας,
ἐν ὅσῳ ἐναντίῳ μεταξὺ ἑαυτῶν συλλογισμῷ φιλονεικοῦσιν, ὑπό τινι
τῆς ἱεροσυλίας ἰσότητι συμφωνοῦσιν, ἄνισοι ταῖς γνώμαις καὶ ὁμό-
ψυχοι τῇ ἀσεβείᾳ. ὧν ὁ ἕτερος μὴ θέλων τὴν παρθένον Μαρίαν
θεοῦ εἶναι γεννήτριαν, ἅπερ ἐν τῷ κυρίῳ ἡμῶν εἰσιν ἡνωμένα,
διαιρεῖ, ὁ δὲ ἕτερος, ἐν ὅσῳ τῶν συνελθουσῶν φύσεων τὰ ἴδια καὶ
τὰ ἀληθῆ συγχεῖ, τὸ μυστήριον τῆς ἡμετέρας λυτρώσεως σβέν-
νυσιν, ἄλλος Φωτεινοῦ τὴν θρησκείαν, ἕτερος τοῦ Μάνεντος τὴν
ἀφροσύνην ἀσεβεῖ συγγενείᾳ συνάπτων. κατὰ τούτων, ἀδελφοὶ ἀγα- 14
πητοί, προενοήθησαν ἰατρεῖαι· ἐκείνας τῇ τοῦ λογισμοῦ δυνάμει
διεκδικήσατε, ἐπειδὴ εἰς ἀνατροπὴν αὐτῶν ὁρᾶτε τοὺς αἱρετικοὺς
διὰ τῆς ἀσεβείας μαχομένους· μὴ ἔστω ἐν ὄκνῳ τῆς διδασκαλίας
ἡ ἀλήθεια· ποίᾳ χρὴ σπουδῇ τὴν σωτηρίαν ἀγαπᾶσθαι, ὁπότε ὁρᾶτε
τὴν θανατηφόρον ἀπώλειαν οὕτω στεργομένην; αἰδεσθῶμεν νωχελῶς
σαφηνίζεσθαι τῆς ἀληθείας τοὺς νόμους, ὁπόταν ἐπιμόνως διεκ-
δικῶνται αἱ πλάναι. καὶ τοὺς ἀρχηγοὺς μὲν τῶν κακῶν ἐφευρέσεων, 15
ἃ προείπομεν, συνοδικὰ θεσπίσματα δικαίαις κατακρίσεσι μετέρ-
χονται· ἀλλ' ἡμεῖς, καὶ τούτων τοὺς ἀκολούθους ὅπως ἐκκλίνητε
ὁμοίως ὑπομιμνήσκομεν, οὓς ἡ ἀποστολικὴ καθέδρα καὶ κατέλαβε
παραπλησίους ὄντας τοῖς ἑαυτῶν διδασκάλοις καὶ τοῖς κατακριθεῖσι
συνέζευξε, Διόσκορον καὶ Τιμόθεον τὸν πατραλοίαν καὶ Πέτρον τὸν
Ἀλεξανδρείας, Ἀκάκιον τὸν Κωνσταντινουπολίτην μετὰ τῶν ἑαυτοῦ
ἀκολούθων, ὡσαύτως Πέτρον τὸν Ἀντιοχείας τῷ προλεχθέντι ὅμοιον
τῇ τε πλάνῃ καὶ τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ καὶ Σεβῆρον τοῦ αὐτοῦ τόπου

2 καλάμην χόρτον *trsp.* gh 4 δηλητήρια aeo: τὰ δηλητήρια gh 8 εὐσεβείᾳ gh 9 ἡμῶν *om.* a 10 ἐν ὅσῳ *om.* a τῶν συνελθουσῶν φύσεων τὰ ἴδια agh: τὰ ἴδια τῶν συνελθουσῶν φύσεων eo 13 ἀσεβεῖ συγγενείᾳ eo: ἀσεβῆ συγγένειαν agh 17 ὁπόταν a 19 ὁπότε .. διεκδικοῦνται eo 22 ἐκκλίνητε eo (*et* h?): ἐκκλίνοιτε ag 23 καὶ *om.* gh 24 κατακριθεῖ h 25 διόσκορον καὶ *post* πατραλοίαν καὶ *trsp.* eo τὸν Ἀλεξανδρείας *scripsi*: τοὺς Ἀλεξανδρεῖς aeogh 26 ἑαυτοῦ eo: ἑαυτῶν agh 28 σευῆρον eo

Seuerum eiusdem loci nihilominus et ueneni, Xenaiam Hieropolitem, Cyrum Edessae, Petrum Apamiae, non iam pro sua tantum sed pro aliorum quoque perditione damnandos, qui dum se opinionum suarum sordibus indesinenter inuoluunt, alios quoque docendo, quae male adsecuti sunt, polluerunt.
16 generalis mandati salubritate uos moneo: quicquid aduersum regulas patrum de quibuslibet commentariis profertur, abicite. nullus uos incongruentibus praeceptis aut nouis moneat institutis: si enim mundani sunt, ecclesias tenere non possunt, quia eis conuenit magis discere quam docere. nefas enim altaribus piis peregrina inferre libamina, quia certos religiosis disciplinis terminos deus inter ipsa quoque cultus sui praescripsit initia. inter Leuitas et populum suum diuisit officium: alia est potestas hominum, alia ministeria sacerdotum. incitauit potius dominum quam placauit, qui externum ignem in diuinis adytis
17 sacrorum temerator inuexit. quis est, qui sibi in alienis institutis iubendi auctoritatem possit adsumere, cum non sit ambiguum offerentem honorem debitum pro sola officii praesumptione punitum? in regia Ozias reuerentia et administratione permanserat, si monitus tantae districtionis exemplo a

14 sq. cf. Leuit. 10, 1 sq. 19 cf. Paralip. II 26, 16 sqq.

1 uerum *B* xenia hieropolite *B* ieropolitem *V* 2 eadesse *V*, aedisse *B* petrus *V* 3 perditione *B*: dampuacione *V* damnandus *V* dum *B*: cum *V* 4 inuolbunt *B* 5 docendos *B* 6 generalitatis *V* mandatis salubritatibus *B* uos *om. B* aduer regulas *B* 8 moneat *B* 9 *post* enim *inserit* qui *V man. 2* mundaui *V man. 2*: mundana *VB* ecclesia teuore non poss////// (ss *ex* n *corr.*) *B* 10 magis conuenit *trsp. B* discere *BV man. 2*: dicere *V man. 1* *post* nefas *add.* est *V man. 2* 11 liuamina *B* dissciplinis *V*: disciplinos *B* 12 cultus *V*: a cultis *B* perscripsit *B* 13 offocium *B* 14 incitauit *ex* incitabit *corr. V man. 2* 15 deum *B* quam *BV man. 2*: *om. V man. 1* placauit *ex* placabit *corr. V man. 2*: placuit *B* in *om. V* aditis *B*: adistis *V* 16 tenerator *B* qui *BV man. 2*: *om. V man. 1* 17 adsūmere *V* 18 offerentem *scripsi*: offerentis *VB* per sola offici *B* 19 in *B*: ut *ut uid. V* odias *B* administacione *V* 20 permanserat *B*, permanserit (a *supra* i) *V man. 1*: permansiset (! *V* *man. 2* a *BV man. 1*: ac *V man. 2*

οὐδὲν ἧττον καὶ τοῦ ἰοῦ. Ξενέαν τὸν Ἱεραπολίτην, Κῦρον τὸν
Ἐδέσης, Πέτρον τὸν Ἀπαμείας οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς οἰκείας ἀλλὰ
καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων ὁμοίως ἀπωλείας κατακριτέους, οἵτινες
ἐν ὅσῳ ἑαυτοὺς τοῖς ῥύποις τῆς ἰδίας δόξης ἀπαύστως ἐγκυλίουσιν,
ἄλλους ὁμοίως ἐν τῷ διδάσκειν τοὺς κακῶς αὐτοῖς ἀκολουθήσαντας
ἐμόλυναν. διὰ γενικῆς σωτηριώδους ἐντολῆς ὑμῖν παραινῶ· πᾶν 16
ὁτιοῦν ἐξ ἐναντίας τῶν πατρικῶν κανόνων ἐξ οἱωνδήποτε ὑπομνη-
μάτων προενεχθείη, ἀπώσασθε. μηδεὶς ὑμᾶς ἀπροσφόροις προσ-
τάγμασιν ἢ νεωτέροις ὁρίσμασι καινισάτω· εἰ μὲν γάρ εἰσι κοσμικοί,
καὶ οὐ δύνανται τὰς ἐκκλησίας κατέχειν, ἐπειδὴ τούτοις ἁρμόζει
τὸ διδάσκεσθαι μᾶλλον ἢ διδάσκειν. ἀθέμιτον γὰρ τοῖς σεβασμίοις
θυσιαστηρίοις ξένας προσφέρειν σπονδάς, ἐπειδὴ σαφεῖς εὐσεβέσιν
ἐπιστήμαις ὅρους <ὁ θεὸς> ἐν αὐτοῖς ὁμοίως τῆς ἰδίας τιμῆς τοῖς
προοιμίοις προέγραψε. μεταξὺ Λευιτῶν καὶ τοῦ οἰκείου λαοῦ διεῖλε
τὴν λειτουργίαν· ἄλλη ἐστὶν ἡ τῶν ἀνθρώπων ἐξουσία, ἄλλαι αἱ
ὑπηρεσίαι τῶν ἱερέων. παρώξυνε μᾶλλον τὸν κύριον ἤπερ ἐξιλεώ-
σατο, ὃς ἀλλότριον πῦρ ἐν τοῖς θείοις ἀδύτοις τὰ ἱερὰ μολύνας
ἐπεισήνεγκε. τίς ἐστιν, ὃς ἑαυτῷ ἐν ἀλλοτρίοις θεσπίσμασι τοῦ κε- 17
λεύειν τὴν αὐθεντίαν δύναται προσλαβεῖν; καὶ γὰρ οὐκ ἔστιν ἀμφί-
βολον προσφέροντα τιμὴν κεχρεωστημένην ὑπὲρ μόνης τῆς ἐγχει-
ρήσεως τῆς λειτουργίας τετιμωρῆσθαι. ἐν τῷ ναῷ Ὀζίας ἐν τῇ
εὐλαβείᾳ καὶ τῇ ὑπηρεσίᾳ διέμεινεν· εἰ δὲ νουθετηθεὶς τῷ ὑπο-
δείγματι τῆς τοσαύτης ἐπιπλήξεως ἀπὸ τῶν ἱερῶν διατάξεων ἐφο-
βήθη μᾶλλον ἢ κατετόλμησε τούτων, ἄμεινον ἂν ἐβασίλευσεν. ἀλλ'

2 ἐδαίσσης a οἰκίας o 7 ἐξ aeo: εἰ ἐξ gh 8 ἀπώσασθαι h *et ante correctionem* g 12 σαφῶς a 13 ὁ θεὸς *addidi* 14 οἰκείου agh: ἰδίου eo 16 ὑπηρεσίαι τῶν ἱερέων agh: τῶν ἱερέων ὑπηρεσίαι eo 19 *post* ἀμφίβολον *add.* τι eo 20 τιμὴν] μὴ κεχρεωστημένην gh 21 τετιμωρεῖσθαι a ἐν *om.* a 24 ἄμεινον *ex* ἄμορον o

religiosis institutis timendo quam adsumendo meliora temperasset. sed dum nec prohibentibus cultoribus templi pertinax temerator absistit, inter ipsa leprae abominatione percussus altaria officia regni perdidit, dum ministeria sacerdotis inuadit. sciant ergo non esse accepta deo, quae de mandatis eius a praesumptoribus adsumuntur. quando unum ad ostensionem sententiae uiuacis dedecoris poena seruauit, alios uelox flamma
18 consumpsit. quod si sunt, quae religionis aliquo colore concepta sint, uires habere nequeunt, quae tantis auctoritatibus reluctantur. clamat Paulus apostolus: licet nos aut angelus de caelo euangelizet uobis, praeterquam quod euangelizauimus uobis, anathema sit. nec semel hoc dixisse sufficit: repetit salubre mandatum: sicut praediximus, et nunc iterum dico: si quis uobis euangelizauerit praeter id quod accepistis, anathema sit. seruet ergo latam pro fidei conseruatione sententiam, quisquis apostolicam sequitur dis-
19 ciplinam. et quidem nobis cura non defuit. nam geminae legationis officio quicquid in precibus humile, quicquid in allegationibus rationabile, quicquid in mandatis salubre, detulimus. sed numquid ideo neglegenda est iustitiae uia, quia errores suos diligit cum obstinatione perfidia? non sunt iungendi cum cadentibus lapsus: sine nostra contagione pereant, qui ab impietatibus suis nec castigato errore declinant. Data IV. Id. Febr. p. c. Agapiti u. c.

10 Gal. 1, 8 13 Gal. 1, 9

1 potius. quam *Bar.* melior perseuerasset *B* 3 ipsa *V man. 1*: ipsam *BV man. 2* abominatione *B*: abhominacionem *V* 4 *post* altaria *add.* et *V man. 2* regem *B* 5 sciant *ex* siant *V man. 2* deo *V man. 2*: a deo *BV man. 1* a *ex* ad *V man. 2* 6 ostensione *B*: desertationem *V* 7 uolox *B* 8 comsumpsit *B* alico *V* concepta *scripsi*: concep *B*, contēpta *V*; contecta *Fronto Duc.*, suscepta *Bar.* 9 nequeant *B* auctoritatibus *ex* auctoribus *corr. B man. 1*: auctoribus *V* 10 angelos *B* 11 euangeliet *V* quod *om. B* euangelizamus *B* 13 repetiit *B* nunc iterum *V*: nuncierunt *B* 14 euangelizanimus *V* 16 conseruacionem *V* sententia *B* 17 dissciplinam *V* curam non fuit *B* 18 alegacionibus *V* 20 quia *c*: qui *V*, qua *B* diliget *B* 21 labsus *B* 22 congregatione pereat *B* 23 declinauit *B* iiiior *B*: v *V* februarius *B* agapito *V* uc cons. *B*

ἐπειδὴ μηδὲ κωλυόντων τῶν ἐπιμελητῶν τοῦ ναοῦ ὁ ἐπίμονος παραβάτης ἀπέστη, ἐν αὐτοῖς βδελύγματι λέπρας πληγεὶς τοῖς θυσιαστηρίοις τὴν λειτουργίαν τῆς βασιλείας ἀπώλεσε τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ ἱερέως ἐπελθών. γινωσκέτωσαν τοιγαροῦν μὴ εἶναι θεῷ προσδεκτά, ἅπερ ἐκ τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν παρὰ τῶν τολμηρῶν ὑφαρπάζεται, ὁπότε ἕνα πρὸς ἐπίδειξιν τῆς ἀποφάσεως τῇ τῆς μεγάλης ἀκοσμίας τιμωρίᾳ ἐφύλαξεν, ἄλλους ταχινὴ φλὸξ κατηνάλωσε. διὸ δὴ εἴπερ 18 τινά εἰσί τινι σχήματι θρησκείας δεδεγμένα, ἰσχὺν ἔχειν οὐ δύνανται τοσαύταις αὐθεντίαις καταπαλαιόμενα. βοᾷ Παῦλος ὁ ἀπόστολος· „κἂν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμᾶς παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.“ οὐδ' ἅπαξ εἰρηκὼς τοῦτο ἠρκέσθη, ἐπανέλαβε δὲ τὴν ὑγιαίνουσαν ἐντολήν· „ὡς προείπομεν, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω· εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίσεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.“ φυλάττει τοιγαροῦν τὴν προενεχθεῖσαν ὑπὲρ τῆς φυλακῆς τῆς πίστεως ἀπόφασιν, εἴ τις τῇ ἀποστολικῇ ἀκολουθεῖ διδασκαλίᾳ. καὶ ἡμῖν 19 μὲν οὖν φροντὶς <οὐκ> ἐνέλειψε· καὶ γὰρ τῇ τῆς διπλῆς πρεσβείας ὑπηρεσίᾳ, εἴ τι ἐν ταῖς δεήσεσι ταπεινόν, εἴ τι ἐν ταῖς δικαιολογίαις εὔλογον, εἴ τι ἐν ταῖς ἐντολαῖς ὑγιές, ὑπηνέγκαμεν. ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦτο ἀμελητέα ἐστὶν ἡ ὁδὸς τῆς δικαιοσύνης, ἐπειδὴ τὰς ἰδίας πλάνας ἀγαπᾷ μετὰ ἀπονοίας ἡ ἀπιστία; οὐκ ἔστι συνάπτεσθαι μετὰ τοῦ τῶν πιπτόντων ὀλισθήματος· ἄνευ τῆς ἡμετέρας λύμης ἀπολλύσθωσαν οἱ ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀσεβειῶν μηδὲ μαστιγουμένης τῆς πλάνης ἐκκλίνοντες.

ΚΑΙ ΕΤΕΡΑΙ ΧΕΙΡΙ· Ὁ θεὸς ὑμᾶς ὑγιαίνοντας διαφυλάξαι, τέκνα ἀγαπητά. · Ἐδόθη πρὸ τεσσάρων εἰδῶν Φεβρουαρίων μετὰ τὴν ὑπατείαν Ἀγαπητοῦ τοῦ λαμπροτάτου.

1 μὴ δὲ aeoh 3 ἀπώλεσε τὴν ὑπηρεσίαν gh: ἀπολέσας (ἀπωλέσας o) τῇ ὑπηρεσίᾳ aeo 4 ἀπελθὼν a, ὑπελθὼν h γινωσκέσθωσαν a 6 τῇ eogh: τὸ a 8 σχήματα gh δεδειγμένα h δύνανται agh: δύναται eo 11 οὐχ o 14 εὐαγγελίζηται gh 15 τοιγαροῦν ag, τοιγὰρ οὖν h: γὰρ eo 17 οὐκ *addidi* ἐνέλλειψε ah πρεσβείας ὑπηρεσίᾳ agh: ὑπηρεσίᾳ πρεσβείας eo 19 ἐπινέγκαμεν h 23 ἀπολύσθωσαν a, ἀπολυέσθωσαν gh μὴ δὲ aeoh 25 διαφυλάξαι a: διαφυλάξει eog, διαφυλάξοι h, διαφυλάξῃ *Fronto Duc.* τέκνα ἀγαπητὰ ὑγιαίν. διαφυλ. *trsp.* g 27 ὑπατίαν gh τοῦ *om.* a

## (141.)

IUSTINUS AUGUSTUS HORMISDAE PAPAE. Dei beneficia licet multis,
2 maxime tamen summis pontificibus conuenit indicare. proinde sanctitati uestrae per has sacras declaramus epistolas, quod primum quidem inseparabilis trinitatis fauore, deinde amplissimorum procerum sacri nostri palatii et sanctissimi senatus nec non electione fortissimi exercitus ad imperium nos licet
3 nolentes ac recusantes electos fuisse atque firmatos. precamur proinde, ut sanctis orationibus uestris diuinae potentiae supplicetis, quatenus initia nostri roborentur imperii. hoc enim et nos sperare et nos decet implere. Data Kal. Aug. Constantinop. Magno u. c. cons.

## (142.)

HORMISDA IUSTINO AUGUSTO. Uenerabilis regni uestri primitiis, fili gloriosissime, loco muneris gratulationem suam catholica transmittit ecclesia, per quos se post tantam discordiae fatigationem requiem pacis inuenire confidit. nec est dubium ideo ad rerum summam caelesti uos prouidentia peruenisse, ut tantis temporibus impacta religioni in Orientis partibus
2 aboleatur iniuria. debitas beato Petro apostolo imperii uestri primitias red<di>distis, quas hac ratione deuote suscepimus, quia ecclesiarum per nos proxime futuram credimus sine dubitatione concordiam. deus, qui pietatis uestrae sensibus alloquendi nos uota concessit, ipse circa sincerum religionis

**141.** *Dat. a. 518 die 1. Aug., per Alexandrum.* *Edd. Car.* $I^2$ *477; Bar. ad a. 518, 67; Collect. Concil.; Thiel 830.* 2 $\overline{\text{AG}}$ *V* 3 sumis *V*, *corr.* *o* indicare *ex* iudicare *ut uidetur corr. V:* indicari *α* 4 per as *V* 7 fortissimi *scripsi:* formissimi *V*, firmissimi $o^2$ excercitus *V* 12 nōc coñs *V*

**142.** *Dat. a. 518 mense Octobri uel Nouembri per Alexandrum: respondet epistulae 141.* *Edd. Car.* $I^2$ *477; Bar. ad a. 518, 68; Collect. Concil.; BTA I 834; Thiel 834.* 14 pri<sup></sup>nciis *V* 16 quos *V*: quas *Car.* 18 caelestibus prouidentiam *V*, *corr.* $\rho^2$ 21 reddistis *V*, *corr.* *o* 23 piaetatis *V*

suae cultum praestabit, sicut optamus, affectum. significastis 3
nolentibus et recusantibus uobis imperii pondus impositum:
qua ratione electos nos caelesti constat esse iudicio secundum
apostolum dicentem: non est potestas nisi a deo; quae
autem <sunt>, a deo ordinatae sunt. superest ut a deo
electi, sicut et credimus, ecclesiae, quam laborare cernitis,
manus uestrae solatia porrigatis. cessent, qui paci eius ob- 4
sistunt; quiescant, qui in forma pastorum conantur gregem
Christi dispergere! istorum correctio uires uestri firmat imperii,
quia ubi deus recte colitur, aduersitas non habebit effectum.
hanc gratulationis paginam per Alexandrum u. s. non omisimus 5
destinare, sperantes cum dei nostri adiutorio per Gratum u. s.
filium nostrum de singulis, quae ad unitatem ecclesiae pertinent, nos clementiae uestrae praebituros esse responsum.

## (143.)

IUSTINUS AUGUSTUS HORMISDAE PAPAE. Iohannes uir beatissimus, huius regiae urbis antistes, et ceteri uiri religiosi episcopi de diuersis locis et ciuitatibus hic reperti nostram serenitatem docuerunt pro concordia ueram et orthodoxam fidem colentium proque unitate uenerabilium eius ecclesiarum litteras tuae sanctitati offerendas confecisse ac magnopere postularunt nostras etiam epistolares paginas super hoc ad
eam emanare. quorum petitiones, utpote semper unitatis 2
amatores constituti, libenter amplexi hos diuinos apices ad tuam beatitudinem censuimus prorogandos, quibus susceptis desideriis supra dictorum reuerentissimorum antistitum subuenire proque nobis et re publica, cuius gubernatio nostrae pietati

4 Rom. 13, 1

1 obtamus *V* effectum *Bar.* 3 nos ρ: suos *V* constat *V sed* at *inter scribendum ex* an *corr.* 5 sunt *add.* ρ 12 ūs (= uirum sublimem) *V*: u. c. *et hic et alibi* ρ

**143.** *Dat. (simul cum epp. 146 et 147) a. 518 die 7 Sept., accept. die 20 Dec., per Gratum. Edd. Car.* $I^2$ *478; Bar. ad a. 518, 71; Collect. Concil.; Thiel 831.* 18 nra *V* 23 ut potes *V*, *corr.* $\rho^2$ 25 susceptis $\rho^2$: scriptis *V*

caelitus credita est, supernam maiestatem suis orationibus
3 placare dignetur. ut autem tuae sanctitati pacis et unitatis
atque concordiae iura plenius patefiant, quosdam religiosissimos
sacerdotes pacem amplectentes et desiderantes ad sacrissimum
nostrum peruenire disponat comitatum. ob hanc etenim
causam Gratum u. s. sacri nostri consistorii comitem et
magistrum scrinii memoriae direximus. cuius praeclaram
opinionem multis antea notam habemus temporibus. Data
VII. Id. Septembr. Constantinopoli Magno u. c. cons.

## (144.)

HORMISDA IUSTINO AUGUSTO. ⟨PER GRATUM.⟩ Sumptam de
imperii uestri ortu laetitiam, quam sui apud nos pollentem
merito praecedenti quoque geminastis alloquio, reciproca
deuotione testati iam tunc secutura praeuidimus, quae nunc
de ecclesiasticae unitatis affectu caelestis gratiae inspiratione
2 signastis. habes ergo, clementissime imperator, praesentem de
tali uoto iam gloriam, sed expecta de perfectione perpetuam.
haec sunt ualidissima imperii uestri fundamenta, quae in ipso
nascentis regni principio diuinam uniuersis praeferunt sancta
dispositione culturam. tenete itaque hanc piae sollicitudinis
curam et pro catholicorum pace, sicut coepistis, insistite, quia
deus noster, qui uobis hunc tribuit animum, elegit etiam, per
3 quos praestet effectum. nam et episcoporum uota precesque
uobis effusas gratanter amplectimur, quia tandem loci sui

1 magestatem *V* 2 sanctitatis *Mansi* 4 sacratissimum *α* 5 disponant *V, corr. Bar.* 6 consisto. comitem ρ (*cf. p. 589, 11*): consistete commite *V*

144. *Dat. (simul cum ep. 145) a. 519 initio mensis Ianuarii, per Gratum: respondet epistulae 143. Edd. Car. I² 478; Bar. ad a. 518, 77; Collect. Concil.; BTA I 410; Thiel 835.* 11 HORMIDA *V, corr. α* per Gratum *restitui ex collectionis indice generali (Proleg. c. I): om. V* 12 ortu *ex* hortu *corr. V man. post.* leti|ciā *V* quam sui *V:* quamuis ρ² 15 celesti *V, corr. Bar* 16 significastis *Bar.* abes *V* 17 perpetua *V, corr.* ρ² 19 nasentis *V* 20 pie *V* 21 cepistis *V* 24 nobis *Bar.* quia *V:* qui ρ²

consideratione commoniti ea desiderant, quae dudum sequi
uellent sedis apostolicae exhortatio crebra non defuit. et 4
quoniam clementiam uestram id cupere, illos etiam haec
<di>dicimus postulare, quae res hactenus ecclesiarum pacem sub
intentiosa obstinatione diuiserit, nec pietatis uestrae nec illo-
rum refugit uelut latenti causa notitiam. quid igitur facere 5
debeant et litteris nostris et libelli, quem direximus, serie
continetur. haec si deo nostro et clementia uestra adiuuante
suscipiunt et sequuntur, poterit ad eam, quam maximo desi-
deramus ardore, perueniri concordiam. filius praeterea noster 6
u. s. Gratus sacri consistorii comes et magister scrinii me-
moriae, ostendit in se uestrum allegationis suae maturitate
iudicium; cuius mora sensibus uestris eo referente melius
asseretur.

## (145.)

HORMISDA IOHANNI EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO. Spiritale
gaudium directis caritas tua significauit affatibus dicendo, ut
catholicae religionis disciplina ordinem suum uestris partibus
deo nostro iuuante receperit. haec esse beneficia misericordiae 2
supernae quis dubitet? haec uenerabilis principis tropheis
adiungi quis ambigat? quia maior ei de hac pace quam de
quibuslibet proeliis triumphus acquiritur. istius laboris gloria
nescit occasum, quia ubi deus recte colitur, numquam aduer-
sariorum crescit iniquitas. dilectionis tuae confessionem 3
gratanter accepimus, per quam sanctae synodi comprobantur,

1 dudum <ut> $o^2$ 2 exortatio *V* 3 haec *V: fort.* hoc 4 dicimus *V, corr.* $\rho^2$ 6 refuit *V, corr.* $\rho^2$ uel ut *V, coniunxit cod. Angelic.*

**145.** *Dat.* (*simul cum ep. 144*) *a. 519 initio mensis Ianuarii, per Gratum; respondet epistulae 146.* *Edd. Car.* $I^2$ *480; Bar. ad a. 518, 79; Collect. Concil.; BTA I 410; Thiel 836.* 17 docendo *Bar.* dissciplina *V* 18 partibus *Coust.*: pastoribus *V* 19 do (*pro* dō) *V* reciperint *V, corr. Bar.* 20 quis dubitet haec *bis V. dittographiam del.* ρ 22 triumphos hac quiritur *V, corr.* o 23 occasu *V, corr.* o 24 cresit *V* confessione *V, corr.* o 25 qua *V corr.* o synodus *V, corr.* $\rho^2$

inter quas instauratione constitutorum omnium Chalcedonense
concilium praedicastis. et catholicorum numero adiungi desi-
derans sancti papae Leonis in diptychis nomen asseneras
4 scriptum. ista laudanda sunt, si perfectionis subsequatur affectus.
quia recipere Calcedonense concilium et sequi sancti Leonis
epistolas et adhuc nomen Acacii defendere, hoc est inter se
discrepantia uindicare. quis Dioscorum et Eutychen condemnans
innocentem ostendere possit Acacium? quis Timotheum et
Petrum Alexandrinum et alium Petrum Antiochenum et
sequaces eorum declinans, sicut diximus, non abominetur
5 Acacium, qui eorum communionem secutus est? de caritate
siquidem tua meliora dei omnipotentis expectamus auxilio
habentes optimae promissionis spem. sicut ad nos quae
direxisti tua tecum in ueritate sentiens et ipsa defendens,
6 sperans in illo iudicio per ipsa te posse saluari. post haec
quid restat, nisi ut sedis apostolicae, cuius fidem te dicis
amplecti, sequaris etiam sine trepidatione iudicia? igitur
partibus Orientalibus ostende per te, quod sequantur, exemplum,
ut omnium laus, qui correcti fuerint, tuis laboribus applicetur.
7 ergo cum magna denunties et fidem beati apostoli Petri te
amplecti significes recte credens in ea salutem nostram posse
subsistere, libellum, cuius continentia subter adnexa est, a
caritate tua subscriptum ad nos dirige, ut sine conscientiae
formidine unam communionem, sicut oramus, habere possimus.
8 pro perso<na> quoque filii nostri Grati u. s. deo nostro gratias
sine cessatione persoluimus, cuius fides et recta credulitas
nostrum circa se excitauit affectum: dignus re uera, qui

14 sq. cf. Iohannis Cpolitani epist. 146 p. 592, 1 sq.

1 costitutorum *V* 3 dipticiis *V* asseueras $o^2$: esse ueras *V* 4 effectus $\rho^2$ 6 accacii *V* 7 eutichen *V* 8 accacium *V* 9 alelandriunm *V*, *corr.* $\alpha$ 10 abhominetur *V* 11 acacius *V*, *corr.* $o$ communione *V*, *corr.* $o$ 12 auxilium *V*, *corr.* $o^2$ 13 abentes *V* quae direxisti *V*: ipse dixisti *Coust.* 14 tua tecum *V* (*cf. p. 592, 1*): una mecum *Coust.*, tua <scripta ostendunt> tecum *Bar.* 14 *et* 15 ipsam *Coust.* 20 ergo $\rho^2$: ego *V* 21 recte $o$: re te *V* salute nrā *V*, *corr.* $o$ 22 substinere *Coust.* 25 perso *V*, *corr.* $\rho^2$

tantae curam susciperet actionis et maximi principis ad nos mandata perferret.

## (146.)

EXEMPLUM RELATIONIS IOHANNIS EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

DOMINO MEO ET PER OMNIA DEI AMATORI SANCTISSIMO FRATRI ET COMMINISTRO HORMISDAE IOHANNES IN DOMINO SALUTEM. Saluto uestram sanctitatem, karissime in Christo frater, et salutans praedico, quoniam recta fides salua est et caritas fraternitatis firmata est. hoc deus solus potens per studium Christianorum et piissimorum imperatorum fieri uoluit. scribere igitur apostolice et rescripta suscipere fraterne dei amore dignemini.
ego enim inquisibili ratione doctrinam sanctorum apostolorum 2
secundum traditionem sanctorum patrum tenens similiter honorem consubstantiali et per omnia sanctae trinitati offero, sicut in Nicaea trecentorum decem et octo coetus promulgauit et in Constantinopoli centum quinquaginta conuentus firmauit et in Ephesena <CC> concursio firmauit et in Chalcedone
conuentus catholicus signauit. hanc ergo fidem usque ad 3
ultimum anhelitum per gratias custodiens spiritalibus amplexibus tam uestram sanctitatem quam et orthodoxas ecclesias animo

**146.** *Dat. (simul cum epp. 143 et 147) a. 518 die 7 Sept., accept. die 20 Dec., per Gratum.* *Edd. Car.* I[2] *479; Bar. ad a. 518, 72; Collect. Concil.; Thiel 832.* 4 CONSTANTINOPOLI *V* 9 hoc] hoc (= hęc ?) *V* 10 i$^{m}$pperatorum *V* 11 susscipere *V* amari *V, corr.* ρ[2] 12 racioni *V, corr. Car.* 15 nichea *V* 16 constantinopolī *V* ce$^{n}$tū . LX . *V, corr. Car.* 17 ephesena (*sc. synodo, cf. p. 653, 14 et 18*) α: phesaena *V* cc *inserui* concursio *V:* cc *Car.*, concursus ducentorum *Thiel* 18 catholicus *temptaui* $^{ca}$lcius *V*, DCXXX *Car.*, sexcentorum triginta patrum *Bar.* signauit α *recte intellegens correctionem codicis V* (*cf. libellum monachorum synodo Constantinopolitanae a. 536 oblatum apud Mansium VIII 1052 C*)*:* fir$^{g}$mauit *V* (*i. e.* gnauit *corr. ex* firmauit), firmauit α[4] *cum codd. recentioribus* 19 anelitum *V* gratias *V:* gratiam dei *Bar.* ampleximus *V, corr. Bar.* 20 orhtodoxis *V, corr.* ο[2] <ex> animo *Bar.*

amplector tua tecum in ueritate sentiens et una tecum sperans in illo die per hanc fidem saluari bona uoluntate patris et filii et spiritus sancti. consubstantiali enim trinitati omnis gloria debetur nunc et in saecula saeculorum. omnem in Christo fraternitatem, quae cum uestra est sanctitate, ego et qui mecum, plurimum in domino salutamus.

4 Tantum ad satisfaciendum scripsimus, ut et uenerabile nomen sanctae recordationis Leonis quondam facti urbis Romae archiepiscopi in sacris diptychis tempore consecrationis propter concordiam affigeretur et uestrum benedictum nomen similiter
5 in diptychis praedicetur. ut de omnibus autem satisfiat uestrae sanctitati, quoniam pacem uestram amplectimur et de unitate sanctarum dei ecclesiarum curamus, rogamus uos pacificos uiros destinare et uestrae dignos apostolicae sedis, qui debeant satisfacere et satisfactionem uostram suscipere, ut et in hac parte Christus deus noster glorificetur, qui per uos pacem hanc mundo seruauit. Accepta XIII. Kal. Ianuarias p. c. Agapiti.

## (147.)

EXEMPLUM EPISTOLAE IUSTINIANI. Desiderabile tempus, quod summis uotis optauimus, diuina clementia dolores generis humani respiciens largiri dignata est, quo omnes catholici et deo perfecte fideles maiestati eius se ualeant commendare. idcirco has ad apostolatum uestrum libera licentia iam mihi
2 beneficio caelesti indulta direxi. domnus etenim noster inuictissimus imperator orthodoxam religionem semper ample<cte>ns

1 tua *V*: una $\rho^2$ scenciens *V* unu *V*, *corr.* $o$ 3 sps *α*: spu *V* 7 *quae sequuntur epistulae postscripti ut ita dicam ratione adnexa sunt* 9 diptychis $o^2$: dy$^{ci}$pciis *V* 10 afligeretur *V*, *corr.* $o^2$ 11 diptychis $o^2$: dypcicis *V* 13 pacifico *V*, *corr.* $o$ 18 p c agapito *V*, *corr. Car.*
**147.** *Dat. (simul cum epp. 143 et 146) a. 518 die 7 Sept., accept. die 20 Dec., per Gratum. Edd. Car. I² 480; Bar. ad a. 518, 74; Collect. Concil.; Thiel 833.* 20 *post* Iustiniani *Car. inscrit* Iustinianus comes Hormisdae papae 25 domus *V, correxi:* dominus $o$ 26 seper *V* amplens *V*, *corr.* $o$

ardentissima fide cupiensque sacrosanctas ecclesias ad con-
cordiam reuocare mox adeptus est caelesti iudicio infulas
principales, sacerdotibus hic positis denuntiauit, ut pro regulis
apostolicis unirentur ecclesiae. et magna quidem pars fidei 3
est composita deo auctore: de nomine tantummodo Acacii
uestrae beatitudinis conuenit ordiri consensum. quam ob
causam domnus noster serenissimus princeps Gratum uirum
sublimem, unanimum mihi amicum, cum paginis augustis ad
sanctitatem tuam transmisit, ut modis omnibus dignetur
Constantinopolim ad reliqua concordiae componenda uenire.
sed absque quadam dilatione uestrum expectamus aduentum,
quem si qua tarditas, quod fieri non debet, forsitan retinuerit,
interim uel sacerdotes idoneos destinare festinet, quia totus
mundus par<tium> nostrarum conuersus ad unitatem moras non
patitur. accelerate ergo, domini sanctissimi, ne uobis ab- 4
sentibus, quae debent praesentibus ordinari. scimus etenim
litteras uestrae beatitudinis et antecessorum uestrorum ad
Orientem directas, quid super hac eadem causa contineant.
ut autem nihil praetermittatur, propter causam saepius 5
memoratam ad inuictissimum regem religionis quoque negotium
filio uestro uiro sublimi Grato est iniunctum fauente domino
nostro Iesu Christo.

## (148.)

HORMISDA IUSTINIANO. Litterarum uestrarum serie religionis ope pollente deuotionis optatissimae gratulatione suscepta

1 cupiens que *V, corr.* $o^2$ 2 mox] nox *V,* mox <ut> $o^2$ 4 apostolis *V, corr. Car.* 6 consensu *V, corr. Car.* 7 domus *V, correxi:* dominus $o^2$ nostre *V, corr.* $o^2$ 8 agustis *V* 12 quod $o^2$: quo *V* non *supra linea V* 14 partium $o^2$: par| *V* 15 abscentibus *V* 15 ne uobis absentibus] *sc.* ordinentur 16 <incipiant> ordinari *Thiel* 18 horientem *V* hanc *V, corr. o* cotineant *V* 19 autem $o^2$: aut *V* pretermitatur *V*

**148.** *Dat. (simul cum epp. 149, 150, 152, 153, 155—158) a. 519 circa medium uel extremum mensem Ianuarium, per Germanum Iohannem Felicem etc.; respondet epistulae 147. Edd. Car.* $I^2$ *481; Collect. Concil.; BTA I 415; Thiel 837.* 25 pollentē *V, corr.* $o^2$ optatissimae *scripsi:* aptatissime *V,* optatissima $o^2$

38*

gratias diuinitati retulimus, quia dedistis indicium facile a nobis fieri, quod potuissemus hortari. hinc est, quod quia sponte laudabilia cupitis, digne <ad> principatus apicem
2 generis nestri stemmata peruenerunt. quapropter insistite et religiosae uiuacitatis animis imminete, ut quemadmodum pro bonae uoluntatis initio genus uestrum meruit culmen imperii.
3 in aeterno uobis de perfectione gloria sit triumphi. uidete, quo desiderio pacis gaudia ludificatus diu mundus exoptet; respicite generalitatis animos uestri praesumptione beneficii certa spe quietis attolli! non est quod se dubietas inserat; non est quod aliquid ambiguitatis accedat, cum testemini, quod et nos quidem bene nouimus, accedere ad ecclesiarum
4 concordiam religiosi principis nota. quapropter tantae magnanimitati gratias agentes quanta possumus petitione deprecamur, ut Acacii nomen cum sequacibus suis, quod plenae unitatis ecclesiarum impedit gaudium, damnationis ordine sit remotum. nos enim conuenientes causae qualitati direximus legatos. quibus praesentibus initium, quod dedistis, gaudii possit secundum quae mandatis continentur impleri.

## (149.)

HORMISDA IUSTINO AUGUSTO. <PER GERMANUM ET IOHANNEM EPISCOPOS FELICEM ET DIOSCORUM DIACONES ET BLANDUM PRESBYTERUM.> In tantum pro gratia diuinitatis gloriae uestrae famam constat extensam et ita uos suffragante uitae merito laudabiliter mundo contigit innotescere probatissimorum hominum opinione uulgante, ut per uos potius credatur dilatum

2 hic *V*, *corr.* *o* 3 ad principatus *o*²: principatum *V* 4 stemata *V* 5 quę ammodum *V* 8 paucis *V*, *corr.* *ρ*² exortet *V*, *corr.* *ρ*²: exoret *Thiel* 11 aliqud *V* testimini *V*, *correxi:* testamini *o* 13 magnanimitatis *V*, *corr. edit. reg.* 15 plene *V*, *correxi* 17 causa ęqualitati *V*, *corr. Car.*

**149.** *Dat. ut ep. 148.* *Edd. Car. I² 483; Bar. ad a. 519. 9; Collect. Concil.; BTA I 412; Thiel 840.* 21 Per Germanum .. Blandum presbyterum *restitui ex indice collectionis generali (cf. Prolegom. cap. I): om.* *V* 26 ut per *ρ*²: u per *V* dilatatum *Bar.*, delatum *Thiel*

culmen imperii quam per imperium uos aliquis dicat agnosci.
certum est quidem huiusmodi prouectione uestra pristino
splendori accessisse decoris cumulum, sed tenuistis olim
moribus principatum. sic cum uos per ora gentium impatiens 2
secreti magnitudo diffuderit, ad nos quoque, sicut mysticae
leguntur scripturae, testimoniis suauitatis uestrae odor ad-
uenit. et certe, cum late prudentium hominum sententia
religiosae uitae uestrae fuerint instituta dispersa, habere non
potuimus incognitum, quicquid de uobis fuerat mundi attesta-
tione uulgatum, quia sicut mediocri laude digna in immensum
sibi nequeunt uindicare praeconia, ita sine fine praedicandum
rapitur in populum, quicquid bono fuerit admirationis ornatum.
uindicat enim sibi quantitatis suae iure magnitudo famae
testimonia, quia nesciunt latere miranda. hinc est, quod 3
principatus uobis adoreas publica iura commiserunt. nam, quod
meritorum insignia generalitatis facta sunt nota, nemo ita
rerum arbiter iniquus exstabit, qui passim uos aestimet arches
inclitae accepisse titulos, cum negari nequeat digne uos
meruisse imperii, quorum probitatem mundus agnouit. sed 4
parum est quamuis iudicio uniuersitatis suscipere loco praemii
iura regnandi; illud magis est admirabile, quod ita uos homi-
num laudabilitate formatos suscipiunt imperia, ut iudicia sint
diuina. non est dubium electos uos uenerabili praedestinatione
diuinitatis ad tantae potestatis ornamenta, quos sincerae fidei
documenta circumuolant. uere uobis prophetici spiritus con-
uenire uerba diximus: priusquam te formarem in utero.

6 cf. Philipp. 4, 18 26 Hierem. 1, 5

2 uestro *Thiel* 3 sed ⟨sicut⟩ *Bar.* 4 pricipatum *V* sic cum *Bar.*: sicum *V* 5 diffuerit *V*, *corr. Bull. Taur.* quoque *α*: ququе *V* mystice *Car.* 6 leguntur *V:* loquuntur *Bar.*, legunt *Bull. Taur.* 8 relegiosę *V* 12 ornatu *V*, *corr.* $\rho^2$ 15 nam *Bar.*: ne *V* 17 inicuus *V* excitabit *V*, *corr. Bull. Taur.* 18 accepissce *V* 19 imperii ⟨culmen⟩ *Bar.* 21 regandi *V*, *corr.* $\rho^2$ (regendi $\rho$) hominorum *V*, *corr.* $\rho$ 22 firmatos *Car.* 23 uos $\rho^2$: suos *V* 24 hornamenta *V* 25 circumuallant *Bar.* propheticis *V*, *corr.* $\rho^2$ 26 dreximus *V*, *corr. Bar.* formare *V*, *corr.* $\rho$

5 noui te. ad hanc nos gloriam incomprehensibili supernae
maiestatis dispositione procurante obsequium naturae mundo
protulit, sub custodia fidei transactae uitae probitas instituit
atque ad imperia clementia diuina peruexit, ob hoc scilicet,
ut tandem aliquando diuisoribus dominici corporis fidei uestrae
executione compressis ecclesiarum concordia diabolica impedimenta
succideret et uniuersitas de adunatione gauderet. hoc
religioni, hoc fidei, hoc serenitati uestrae specialiter caelitus
mandatur officium, quibus et posse omnia et perficere uidemus
6 indultum. itaque sicut instituistis facere, nauate suscepti
operis munus, quod superna uobis prouidentia uidetis iniunctum.
et uere sic decuit, ut per principem pax debeat
fieri, quam reuerentia diuinitatis exposcit: date has adsumpti
deo nostro oblationes imperii, ut per uos possit pacis fructus
impleri. sine dubio quicquid tali facto animae uestrae fuerit
7 praestitum, a nobis mundo indicatur impensum. magnum et
inaestimabile est, uenerabilis imperator, propter quod adsciti
estis iudicio diuinitatis. distenduntur ecce uota pacem desiderantium.
diuturni temporis tractu maeret ecclesiarum indiuisibilis
discissa communio, non sine gemitu discrepat frater-
8 nitas, cum circa patrum dogmata uaria sit uoluntas. accingite
ergo lumbos uiribus fidei; uidete, cui uos regi diuinitas uelit
obsequi, quantum sit quod per uos procurat impleri: ecclesiae
uenerandae corpus, quod propria Christus noster passione
fundauit, gloriae uestrae adunare factis instituit. non est, quo
magis circa uos gratiae supernae maiestas eluceat, quam si
ecclesiae corpus per uestrum reparetur officium sanguinis
9 dominici redemptione formatum. est quidem causae huius
uetustissima calamitas, sed pro immanitate sui recentissimus
dolor et tanto Christianis animis fortior gemitus, quanto

2 magiestatis *V* 3 probitans *V* 4 adque *V* prouexit *Bar.*
5 diuisores *V*, *corr.* ρ[2] 7 succederent *V*, *corr. Bar.* 13 exposscit *V*
adsumti *V* 14 posscit *V* pacis *ex* paucis *V* 17 adsiti *V*, *corr.* ο
19 meret ο[2]: mereret *V* 20 dississa *V* 22 regi *V*: rei ρ[2] 26 magestas *V*

temporibus est dilatus. uidendum uobis est, in quantum
cottidie antiqui hostis feruescat insania, cum olim causa sit
decisa fine sententiae, paci faciat tarditatem et, cum Chalcedo-
nensis synodus et beati papae Leonis constituta placeant,
quo ad caritatem reuerti uolumus, a certamine non desistat.
sequuntur, quae dogmatibus praedictis adstricta sunt, et ab 10
eorum sequacibus, quos praedicta auctoritate damnatos intel-
legunt, non recedunt. tenent adhuc in complexibus nomen
Acacii, quem uident iudicio sedis apostolicae merito poenam
subisse damnati. quis non intellegat simulate dici 'sanctorum 11
patrum sequimur dogmata sed non diligimus facta; quae a
sancta synodo Chalcedonensi constituta sunt et quae beati
Leonis epistola continet, fouemus ue⟨ne⟩ramur amplectimur,
sed Acacio, qui damnatorum communionem secutus est, im-
pendimus uota'? sed quid opus est de iudicatis rebus uerba 12
facere, cum nos hortari tantummodo deceat, ut expressa supe-
rius simulatione summota sub omni puritate pacem debeant,
a quibus haec dicuntur, optare? apud uos mihi est omnis
deprecationis causa, imperator egregie: uos his ac talibus
religiosi operis resistite uiuacitate; uobis imminet, ut qui
ecclesiasticae concordiae habuistis in priuata uita desiderium,
sub principatu detis effectum. non fuit, quo magis gratiae 13
uestrae cumulus accederet, quam quod uobis diuinitus datum
est, ut quod semper uoluistis fieri, per uos ad terminum
possit adduci, nec breue specimen circa uos gratiae diuini-
tatis effulsit, quibus datur posse facere, quod semper optastis.
quapropter quoniam uobis tantae causae titulum uidetis esse
seruatum, remouete quicquid ambiguum remansisse creditur
ad plenitudinem gaudiorum. nos enim qua decuit affectione 14
per Gratum u. s., cui pro moderatione sui congrue sensimus

2 ostis *V* seruescat *V*, *corr.* α ⟨et⟩ cum *edit. reg.*, ⟨ut⟩ cum *Thiel* 3 tarditate *V*, *corr.* ρ 5 desistas *V*, *corr. Thiel* 6 sequentur *V*, *corr.* $\rho^2$ adstricta *scripsi:* adscripta *V* 13 ueramur *V*, *corr.* o 14 Acacio *Bar.:* acacii *V* communione *V*, *corr.* o impedimus *V*, *corr. Bar.* 19 agregie *V* 20 uiuaciuitate *V*, *corr.* $\rho^2$ 22 effectu *V*, *corr.* o 27 causaę *V* 28 remansise *V* 30 congruę *V*

officium legationis iniunctum. litteris uestri principatus acceptis causae magnitudini conuenientes destinauimus uiros Germanum et Iohannem episcopos et Blandum presbyterum nec non et Felicem diaconum. per quos si, quemadmodum praesumimus, serenitatis uestrae fauor arriserit, secundum quae mandata sunt ecclesiarum adunatione generalitatis possint uota firmari.

## (150.)

HORMISDA IOHANNI EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO. Reddidimus quidem, frater, congruum litteris tuis sub ecclesiastica
libertate responsum et, quid in his gratulati fuerimus insertum,
quid taciturnitate praeteritum, euidenter expressimus. ac licet
cuncta sensibus tuis nunc crebra legatio, nunc usu in ecclesia
diuturnae conuersationis tuae uetustas infuderit, iuuat tamen
adhuc latius aperire nostrum repetita <ra>tione consilium, quia
tunc bene de fidei firmitate disseritur, quando simplicibus
2 uerbis conciliandae pacis cupiditas explicatur. desideria quippe
tua, quibus te ad ecclesiasticam testaris festinare concordiam,
ut haberent partes illae, semper optauimus nec sola uotorum
ambitione contenti usi etiam precibus sumus. uestro sunt
haec et mundi testimonio roborata, quae loquimur, quia ut
catholicae unitatis reparatio fiat, auctoritatem nostram intemerata
fidei integritate submittimus. inclinet orationibus nostris aurem
suam diuina miseratio, ut quod creditis postulandum, sequa-
3 mini et ametis oblatum. nobis una causae sollicitudo, una
custodia est ita pacem cupere, ut sic religionis, sic uenera-
bilium patrum constituta seruentur: quoniam quae inter se
consona credulitate non discrepant, aequum est, ut simili
4 obseruatione subsistant. sed cur diutius immoramur? scis

3 iohs *V*, *corr.* o  5 fabor *V*  secundum α: fecundum *ut uidetur V*
**150.** *Dat. ut ep. 148. Edd. Car. I² 485; Bar. ad a. 519, 18; Collect. Concil.; BTA I 418; Thiel 845.*  8 IOXANNI *V*  11 ac $o^2$: hac *V*  14 adhuctacius *V*, *sed* t *in* l *correcta uidetur*  repetita ratione $o^2$: repetitacione *V*  15 dissceritur *V*  18 seper *V*  uotum *V*, *corr. Car.*  19 uestra *V*, *corr.* $o^2$  20 ut $o^2$: et *V*  21 intemeratae *Bar.*  28 scis $o^2$: sis *V*

ipse, unitatis causa quid exigat; scis ipse, qua uia ad beati
Petri apostoli debeas uenire consortium. habes itineris tui
ducem, quem te iam sequi asseris, Chalcedone habitum pro
religione conuentum. iam te quoque, quod idem amplecti
testatus es, beati Leonis redeuntem dogma comitabitur. haec 5
si placent, Acacii defensio damnati non placeat: hoc est,
quod boni studii a perfectione nota suspendit. sic sunt enim
illa aduersum dei et legis eius inimicos uenerabilium patrum
congregatione disposita, ut quisquis eos communione seque-
retur, iam tunc latam subiret in sua damnatione sententiam.
non sunt igitur noua, quae constanter exsequimur, sed tempo-
ribus illis facta iudicia iusta patrum constitutione seruamus.
hortamur itaque, frater, et mentem tuam dei nostri misericordia 6
adiuuante pulsamus, ut ab omni te haereticorum contagione
Acacium cum sequacibus suis condemnando disiungens una
nobiscum dominici corporis participatione pascaris. si nobiscum
uniuersa praedicas, cur nobiscum non uniuersa condemnas?
tunc enim nobiscum, quae ueneramur, amplecteris, si nobiscum,
quae detestamur, horrueris. pax integra nescit aliquam habere
distantiam et unius dei uera esse non potest nisi in confes-
sionis unitate cultura. quapropter salutantes te fraternae 7
caritatis affectu petitionem tuam missis, sicut sperasti, religi-
osissimis uiris Germano et Iohanne episcopis, Felice diacono,
Dioscoro diacono atque Blando presbytero signamus esse com-
pletam. hi uero quibus fuerint mandatis instructi, ante
allegationes eorum, si cogites, euidenter agnosces. hi pacem
tuam sub ea, qua saepe rescripsimus, professione suscipient.
imple ergo, frater karissime, gaudium nostrum et tuum ad 8
nos per eos rectae fidei tuae remitte praeconium, ut per te
uniuersis detur exemplum.

1 scis $\rho^2$: sis *V* 3 quem $\rho^2$: quo *V* 7 sic *scripsi:* si *V* 8 ila *V* 9 ⟨in⟩ communione $\rho^2$ 12 costitucione *V* 16 poscaris *V*, *corr.* ρ 19 nesit *V*, *corr.* α 23 *sq.* Germanum et Iohannem episcopos Felicem diaconum Dioscorum diač atque Blandum presbyterum *V*, *corr.* $\rho^2$ 24 significamus $\rho^2$ completa *V*, *corr.* ρ 26 agnosses *V*

## (151.)

HORMISDA IOHANNI EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO. Ea, quae caritas tua destinatis litteris significauit. agnouimus et gratulamur ad conscientiam nostram fidei tuae indicia peruenisse, optantes, ut intentioni tuae, quam rectam esse cupimus, plenum deus noster circa ecclesiasticam pacem concedere dignetur effectum. cuius spem animo supernae maiestatis assumpsimus, quia imperatorem serenissimum ad hoc prouidentia diuina iudicamus electum, ut per eum ecclesiarum
2 redintegratio tantis temporibus desiderata proueniat. quapropter licet, quae pro fidei unitate facienda sunt, tuae caritatis notitiam latere non possit, legatos tamen dreximus, quos ratio causae poscebat, quibus hortantibus et quae iam pridem a nobis significata et quae nuper itera<ta> sunt, ad effectum domino nostro auctore perueniant.

## (152.)

HORMISDA CELERI ET PATRICIO A PARI. Quamuis pro loci nostri consideratione de causa fidei catholicae minime tacere possimus, tamen ad hanc partem serenissimus princeps magnopere directis affatibus nostrum incitauit studium, pro cuius
2 legatos uoluntate direximus. et quia huiusmodi causa filiorum ecclesiae subleuari debet auxilio, salutantes cultu atque honorificentia competenti poscimus, ut pro ecclesiastica pace allegationes eorum, qui directi sunt, apud animos serenissimi principis adiuuetis. siquidem celsitudinis uestrae laborem non

**151.** *Dat. (simul cum ep. 154) a. 519 mense Ianuario exeunte uel Februario ineunte; respondet epistulae Iohannis deperditae circa finem a. 518 (certe post diem 7 Sept.) scriptae. Edd. Car. I² 486; Bar. ad a. 519, 21; Collect. Concil.; BTA I 419; Thiel 849.* 2 CONSTANTP *V in fine folii 129; nouus librarius inde a fol. 130 incipiens initio eius et ipse totum titulum* HORMISDA IOANNI EPO CONSTANTINOPO *repetit* 12 noticia *V, corr.* $\rho^2$ possint o 13 ortantibus *V* 14 itera *V, corr.* o

**152.** *Dat. ut ep. 148. Edd. Car. I² 488; Bar. ad a. 519, 28; Collect. Concil.; BTA I 420; Thiel 847.* 17 PARI *V* (= paribus ?) 20 afatibus *V* 22 salutantes <uos> *Bar.* 23 possimus *V, corr.* $\rho^2$

parua retributio subsequitur, cum omnipotenti deo nos gratias persoluere de uestris operibus feceritis.

## (153.)

HORMISDA PRAEFECTO PRAETORIO THESSALONICENSI ET CETERIS ILLUSTRIBUS A PARI. Licet pro causa ecclesiastica numquam sollicitudo nostra cessauerit, tamen imperatoris serenissimi sacris affatibus promptius incitati legatos cum caelestis misericordiae fauore direximus, quorum officio bona, quae de prin-
cipis mente praesumimus, impleantur. et ideo salutantes 2
amplitudinem uestram cultu et honore, quo dignum est, poscimus, ut pro redintegratione fidei uestrum commodetis studium nec tantis fidelium tardari nota temporibus permittatis, quia non est dubium celsitudinem uestram fructum tantae laudis acquirere, si per eam, quae ab omnibus bonis optantur, dei nostri misericordia operante proueniant.

## (154.)

HORMISDA IUSTINIANO ILLUSTRI. Magnitudinis uestrae litteras sanctae fidei plenas amore suscepimus, quibus ad exercendam apud uos praedicationis apostolicae firmitatem oportunitatem nobis prouenisse diuinitus nuntiastis. unde insufficienter domino nostro agimus gratias. qui ad tam praeclara remedia et tempus
uobis et animum dedit. et nos quidem ista desuper agno- 2
scimus ordinari, postquam ei detulit diuina maiestas imperium, qui se ad componendam ecclesiarum pacem iudicat ordinatum. ergo restat, ut uniuersi episcopi partis Orientalis iuxta libelli

1 dei *V, corr.* o

**153.** *Dat. ut ep. 148. Edd. Car. I² 488; Bar. ad a. 519, 30; Collect. Concil.; BTA I 420. Thiel 847.* 4 PRAEF PRAET THESSALON *V* 5 PARI *V* 15 misericordiae *V, corr.* ϱ²

**154.** *Dat. (simul cum ep. 151) a. 519 exeunte Ianuario uel incunte Februario; respondet epistulae Iustiniani deperditae post diem 7 Sept. circa finem a. 518 scriptae. Edd. Car. I² 487; Bar. ad a. 519, 25; Collect. Concil.; BTA I 417; Thiel 848.* 20 indeficienter α⁴, indesinenter *Bar.* 24 indicat *Car.* 25 libellis *V, corr.* o

seriem <ad> correctionis peruenisse se testentur effectum.
3 patet ueneranda uia concordiae, notata sunt optatae remedia sanitatis: sacerdotes, qui catholicam pacem desiderant, professionem catholicam non recusent. non enim opus est partibus errorem corrigi sed radicitus amputari. insistite igitur, sicut coepistis, ut merces apud deum uestra, quae de boni operis inchoatione habet initium, de perfectione consequatur effectum.
4 animum quidem uestrum talem missa ad nos testantur alloquia, ut ad plenitudinem boni propositi non multum indigeatis hortatu: nostri tamen desiderii ea, quae spem dedit, ratio amplius accendit ardorem et auidius gaudia impleri cupimus, quae instare iam diuinitus arbitramur. hinc <est>, quod beatum Petrum apostolum cotidie suppliciter obsecramus, ut uobis, per quos integrari membra sua sancta iam sperat ecclesia,
5 et effectum deus celerem et salutem tribuat longiorem. nos quidem uestris animis obsequentes uiros dereximus ad solidandam sub apostolicae dispositionis ordinatione concordiam: uestrum est, ut sicut nos bonae intentioni deesse noluimus,
6 ita eos ad nos optatum referre faciatis effectum. munus uestrum ueneranda sacraria susceperunt: quod amplius beato Petro apostolo facietis acceptius, si per uos optatam ecclesiae receperint unitatem.

## (155.)

HORMISDA THEODOSIO ARCHIDIACONO CONSTANTINOPOLITANO ET UNIUERSIS CATHOLICIS A PARI. Gratias misericordiae diuinae competenter exsoluimus, quae fidem uestram diu laborare non passa est. nam tempus oblatum est, quo filios, milites suos, catholica recuperare possit ecclesia. quae enim

1 ad *inseruit* $\rho^2$ testantur *V, corr.* $\rho^2$ 2 nota $\rho$ 6 caepistis *V* 9 indulgeatis *V, corr.* $\rho^2$ 10 oratio *Bar.* 12 est *add.* $\rho^2$ 14 sanctam *V, corr.* $\rho^2$ 15 caelerem *V* 22 reciperint *V*

**155.** *Dat. ut ep. 148. Edd. Car. I² 487; Bar. ad a. 519, 23; Collect. Concil.; BTA I 419; Thiel 846.* 25 PARĪ *V* 27 filios *V:* fidos *Bar.*

maior animum nostrum potest obtinere iu<cun>ditas quam 2
malorum commemorata depulsio? gaudiis praesentibus com-
pensate afflictionis incommoda. quia deus noster, qui remedio
fuit, aduersis opprimi caritatem uestram noluit sed probari.
nam si transacti temporis mala cum praesenti, quae diuina
esse non ambigitur, retributione compensetis, quis dubitat
ampliora uos praemia consecutos, quam nocere potuisset
aduersitas? et quamuis pro statu fidei catholicae numquam 3
sollicitudo nostra cessauerit, tamen serenissimi principis sacris
affatibus incitati legatos destinare curauimus, quorum officio
deo auctore in his, quae saepe mandauimus, subsequi non
dubitamus effectum. et ideo competenter enitere, ut ecclesiae 4
catholicae hoc praecipuum uestrae liberationis munus possitis
offerre, quatenus repulsis omnibus, quae hactenus nocuerunt,
in una quam semper optauimus communione gratulantes deo
nostro laudes referre sine cessatione possimus.

## (156.)

HORMISDA EUFIMIAE AUGUSTAE. Ecclesiarum pax iam caelesti
ordinatione componitur, cum uos ad imperium deus elegit,
apud quos esse integrum semper religionis suae cognouit
affectum. nam sicut in priuata uita deum semper recto dog-
mate coluistis, ut de religionis concordia cogitetis, et multa
quidem inter ipsa imperii uestri primordia facta sunt, quae
spem nobis correctionis integrae pollicentur. unde, quia in 2
uobis amorem feruere fidei gratulamur, agentes deo gratias
cotidie pro uobis beato Petro apostolo supplicamus, ut uotis
uestris apud dominum suffragetur et cursum bonae uoluntatis
adimpleat. nec dubium est diuinis uos auxiliis adiuuari, quia
tanto religionis studio mandatis caelestibus oboeditis. hinc 3

1 uestrum *α* iuditas *V*, *corr.* $o^2$ 4 caritate *V*, *corr. o* 12 effectu *V*, *corr. o* 14 actenus *V*

**156.** *Dat. ut ep. 148. Edd. Car.* $I^2$ *485; Bar. ad a. 519, 15; Collect. Concil.; BTA I 414; Thiel 844.* 22 ut . . cogitetis *V:* ita . . cogitatis $o^2$; *fortasse ante* ut *aliqua exciderunt uelut* eo indicantes *(Hartel) uel* ita ex quo ad imperiale culmen peruenistis semper id agitis 24 integre *V*

est, quod quia sanctum coniugii uestri constat esse propositum, has fiducialiter ad uestram clementiam litteras destinamus, ut per uos ad perficiendam ecclesiae pacem mariti uestri
4 pietas amplius incitetur. magnum opus arripuistis, magna uobis causa commissa est. per uos enim populos Christus uult ad ecclesiae foedera reuocare, quos per se uoluit a morte redimere. magna etiam uestro sexui parata est laudis occasio, si uobis instantibus ecclesiae suae Christus, quae diuisa
5 fuerant, membra coniungat. nec enim maior est gloria, quae humanae salutis lignum scrutata est et sola crucem, quam omnis ue<ne>ratur mundus, inuenit: superabitis quin immo illius merita, quia ecclesiae unitas per illam suum inuenit
6 signum, per uos est habitura remedium. agat igitur iugalis uestri religiosa clementia, ut fratres et coepiscopi nostri sub eo libelli tenore, quem dudum misimus, fidem suam dignentur adserere, quatenus perfecta possit esse, quae est inchoata, correctio. quia irrita est quaelibet in cultura dei confessio, cui deest fidei plenitudo. hoc enim, quod a reliquis fieri poscimus, a multis iam sacerdotibus constat effectum et unitas esse iusta in communione non poterit, si non fuerit in reuersione seruata.

## (157.)

HORMISDA ANASTASIAE ET PALMATIAE A PARI. Bonae uoluntatis studium diuinae semper comitatur prosperitatis effectus. dei nostri prouidentia temporis facultas oblata est, in qua
2 pro fidei uestrae praemio debetis adniti. de superna primitus misericordia, deinceps de conscientia clementissimi principis praesumentes legatos pro religionis catholicae causa direximus,

1 coniugis $o^2$  2 siducialiter *V, corr.* $o^2$  6 fędera *V*  9 enim *V:* eius $o^2$; *aut* enim <eius> maior *aut* enim maiore *scribendum uidetur* 10 cruce *V, corr.* o  11 ueratur *V, corr.* o  16 correcio *V*  18 possimus *V, corr.* $o^2$

**157.** *Dat. ut ep. 148.* *Edd. Car. I² 489; Bar. ad a. 519, 32; Collect. Concil.; BTA I 421; Thiel 848.* 23 HORMISDAE *V, corr.* $o^2$ PARI *V* 26 debeatis *Bar.*

per quos amplitudinem uestram debitae reuerentiae salutamus officio, postulantes, ut pro ecclesiasticae redintegratione concordiae uestrum laborem atque operam non negetis, quatenus cum repulsis remotisque his, quos apostolicae sedis damnauit auctoritas, ad unam, quae recta est, communionem plebs Christiana redierit, beatum Petrum apostolum, pro cuius fide nitimur, in uestris habere possitis actibus adiutorem.

## (158.)

INDICULUS QUEM ACCEPERUNT LEGATI NOSTRI QUI SUPRA.

Cum deo propitio partes Orientales fueritis ingressi, si qui epi-
scopi uobis occurrerint et libellum, cuius continentiam percepistis,
a se subscriptum offerre uoluerint, suscipite eisque praebete
sanctae communionis consortium. si uero occurrentes episcopi 2
eo, quo superius diximus, ordine profiteri noluerint, a uobis
equidem sub sacerdotali affectione tractentur, sed neque uobis
sit cum his mensa communis neque ab his uel uictualia
praesumatis accipere nisi tantum subuectionem, si causa
poposcerit, et hospitalitatem, ne credant se omnino fastidiose
despectos. cum autem Constantinopolim deo iuuante ueneritis, 3
in ea succedite, quam imperator praebuerit, mansione et nullum
ad salutationem uestram prius permittatis accedere exceptis
his, quos ipse miserit imperator aut quos nostrae commu-
nionis esse cognoscitis, donec ipsum principem uideatis.
cui praesentati salutantes litteras nostras offerte, suggerentes 4
magnum nos de eius imperio gaudium percepisse et nimium
gratulari, quod eum deus omnipotens ad hoc iuxta eius sacras
litteras * *, ut secundum ea, quae sunt ab apostolicae sedis

**158.** *Indiculus datus Germano Iohanni etc. cum epp. 148—150, 152, 153, 155—157 a. 519 medio uel extremo mense Ian. urbem relinquentibus. Edd. Car.* $I^2$ *482; Bar. ad a. 519, 3; Collect. Concil.; BTA I 415; Thiel 838.* 9 INDILUCULUM *V, corr.* $o^2$ ACCIPERUNT *V* 15 tranctentur *V* 18 ospitalitate *V, corr.* o 19 dispectos *V* 20 mansione *fort. ras. ex* mansionē *corr. V* 21 permitatis *V* 26 hoc <euexit> iuxta *Bar.; ego lacunam post* litteras *indicaui* 27 eaque *V*

constituta praesulibus, deo auctore et regno eius adnitente ecclesiarum et pax et unitas <tantis> temporibus desiderata
5 proueniat. qui si uos hortatus fuerit, ut Constantinopolitanum uideatis episcopum, intimate uos praefinita habere, quae etiam ab eis saepe sint cognita: quae ab uniuersis episcopis catholicam communionem amplectentibus professio debeat celebrari. 'haec si episcopus Constantinopolitanus implere paratus est, ei gratanter occurrimus; si uero sedis apostolicae adhortationem sequi contemnit, quid necesse est, ut ad occasionem contentionis salutatio nostra proficiat, quibus non est
6 disputationis aut certaminis causa <in> mandatis?' si uero imperator sibi aperiri uoluerit, quid sit quod ab episcopo
7 fieri postuletis, formam libelli, quam portatis, ostendite. quod si de anathemate Acacii consentiens successores eius dixerit recitandos ob hoc, quod propter defensionem Chalcedonensis synodi aliqui eorum fuerint exilio deportati, insinuabitis nihil uos de libelli posse forma decerpere, in qua sequaces damna-
8 torum pariter continentur. sed si eos ab hac non potueritis intentione deflectere, saltem hoc acquiescite, ut anathematizato specialiter per libellum, quem uobis dedimus, Acacio de <suc>cessorum eius nominibus taceatur abrasis eorum de diptychorum inscriptione uocabulis. quo facto episcopum Constan-
9 tinopolitanum in nostram communionem accipite. libellum uero uel episcopi Constantinopolitani uel aliorum, quos uos suscipere deo uolente contigerit, primo agite, ut praesente populo recitetur. quod si hoc fieri non potuerit, saltem in secretario praesentibus clericis et archimandritis relegatur.
10 haec omnia si deo fuerint uolente completa, imperatorem rogate, ut destinatis sacris per metropolitanos episcopos adiunctis ipsius episcopi litteris innotescat episcopum Constantinopolitanum suo quoque consensu celebrata professione,

1 praesulimus *V*, *corr.* ρ² 2 tantis *inserui* (his *Car.*), *cf. p. 586, 19; 600, 10; 601, 12* 3 quod si α 11 <in> mandatis ϱ²: mandatis *V*. mandata *Bar.* 19 hac quiescite *V*, *corr.* ϱ 20 *sq.* de successorum ρ²: decessorum *V* 21 de diptychorum ϱ²: ded ygipciorum *V*

quam sedes apostolica destinauit, in unitatem communionis fuisse susceptum. quibus litteris etiam ipsos hortetur similia profiteri. quod si in hac parte imperator aliquid difficultatis 11
attulerit, episcopus Constantinopolitanus directis praeceptionibus episcopis suis paroecialibus uel ceteris metropolitanis praesentibus eis, qui a uobis pariter directi fuerint, quid ipse fecerit, innotescat. quod ab eo modis omnibus uos oportet exigere, ut facti huius testimonio peragrante etiam uniuersos, uel qui longe sunt positi, latere non possit.

## (159.)

EXEMPLUM LIBELLI IOHANNIS EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

DOMINO MEO PER OMNIA SANCTISSIMO ET BEATISSIMO FRATRI ET COMMINISTRATORI HORMISDAE IOHANNES IN DOMINO SALUTEM. Redditis mihi litteris uestrae sanctitatis, in Christo frater karissime, per Gratum clarissimum comitem et nunc per Germanum et Iohannem reuerentissimos episcopos, Felicem et Dioscorum sanctissimos diaconos et Blandum presbyterum laetatus sum de spiritali caritate uestrae sanctitatis, quod unitatem sanctissimarum dei ecclesiarum secundum ueterem patrum requiris

2 suseptum *V*

**159.** *Libellus subscriptus a. 519 die 28 Mart., Romam missus die 22 Apr. (simul cum epp. 160—165, 167, 223) per Pullionem; accepta die 19 Iunii. Edd. Car. I² 491; Bar. ad a. 519, 48; Collect. Concil. iam inde a Merlino; Thiel 852. Praeter Auellanam extat in collectione Hispana (ed. Gonzalez II n. 88 p. 144), unde transiit in Pseudoisidorianam (p. 688 ed. Hinschius, qui tamen, ut solet in epistulis genuinis, non codicum Pseudoisidori textum obfert sed editionis Gonzalezii): Hisp. = consensus editionis Gonzalezii (= Gonz.) et codicum i (i¹ = Uatic. 1341, i² = Uatic. 630, i³ = Uatic. 3791).*
11 *sqq.* Exemplum . . Redditis *V:* Epistola siue libellus fidei Ioannis Constantinopolitani episcopi de graeco in latinum translata directa ad sanctum Hormisdam papam urbis Romae in qua anathematizat Nestorium atque Eutichetem reliquorumque haereticorum blasphemias. Redditis *Hisp.* 16 reuerendissimos *Gonz.* episcopos et Felicem *Hisp.*

traditionem et laceratores rationabilis gregis Christi animo
2 repulsare festinas. certus igitur scito, per omnia sanctissime,
quia secundum quod nobis scripsi tua tecum in ueritate
sentiens omnes a te repudiatos haereticos renuo et ego pacem
diligens. sanctissimas enim dei ecclesias, id est superioris
uestrae et nouellae istius Romae, unam esse accipio; illam
sedem apostoli Petri et istius augustae ciuitatis unam esse
definio; omnibus actis a sanctis istis quattuor synodis, id est
Nicaeae Constantinopoli et Ephesi et Chalcedone, de confirmatione fidei et statu ecclesiae adsentio et nihil titubare de
bene indicatis patior sed et conantes aut enisos usque ad
unum apicem placita <ea>rum perturbare lapsos esse a sancta
dei generali et apostolica ecclesia scio et tuis uerbis recte
3 dictis euidenter utens per praesentia scripta haec dico, quia
prima salus est rectae fidei regulam custodire et a patrum
traditione nullatenus deuiare, quia non potest domini nostri
Iesu Christi praetermitti sententia dicentis: tu es Petrus
et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.
haec quae dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in
sede apostolica inuiolabilis semper catholica custoditur religio.
4 de hac igitur fide non cadere cupientes et patrum sequentes
in omnibus constituta anathematizamus omnes haereses, praecipue Nestorium haereticum, qui quondam Constantinopolitanae
urbis fuit episcopus, damnatum in concilio Epheseno a beato

3 Iohannis Cpolitani ep. 146 § 3 (p. 592, 1) 17 Matth. 16, 18

1 dilaceratores *Hisp.* rationabilis gregis *Vi:* a rationalibus gregibus *Gonz.* animo repulsare *V:* amore pulsare *Hisp.* 3 tua (una *Car.*) tecum cum (in *corr. Coust.*) *V, cf. p. 592, 1:* tecum *Hisp.* 4 rennuo *V* 5 superiori *V* 7 ciuitatis *ex* siuitatis *V* 8 sanctis istis *V:* sanctissimis *Hisp.* $\overset{\text{or}}{\text{IIII}}$ *V* 9 nichenę constantinopolī et ephesi et chalcedone *V*, nicena constantinopoli et ephesi et calcidone *i, correxi:* Nicaena Constantinopolitana Ephesina et Chalcedonensi *Gonz.* 10 fidei et statu *Gonz.:* fidei statu *V*, fidei (fide $i^1$) instituta *i* assentior *Bar.* 12 placita earum *scripsi:* placiturum *V Gonz.*, placitorum *i* 15 recte *V* 21 fidē *V* et *VHisp.:* sed *Thiel* 23 condam *V* 24 fuit *om. V* dammatum *Vi*: damnatus *Gonz.* Ephesino *Hisp.*

Caelestino papa urbis Romae et a uenerabili uiro Cyrillo episcopo Alexandrinae ciuitatis, et una cum illo anathematizamus Eutychen et Dioscorum Alexandrinae ciuitatis episcopum damnatos in sancta synodo Chalcedonensi, quam uenerantes sequimur et amplectimur, quae sequens sanctam synodum Nicaenam apostolicam fidem praedicauit. his coniungentes 5 Timotheum parricidam Elurum cognominatum anathematizamus et huius discipulum et sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum similiter condemnantes. anathematizamus similiter Acacium quondam Constantinopolitanae urbis episcopum complicem eorum et sequacem factum nec non et perseuerantes eorum communioni et participationi: quorum enim quis eorum communionem amplectitur, eorum et similem adiudicationem in condemnatione consequitur. simili modo et Petrum Antiochenum condemnantes anathematizamus cum sequacibus suis et omnibus supra scriptis. unde probamus et amplectimur epi- 6 stolas omnes beati Leonis papae urbis Romae, quas conscripsit de recta fide. quapropter, sicut praediximus, sequentes in omnibus sedem apostolicam et praedicamus omnia, quae ab ipsa decreta sunt, et propterea spero in una communione uobiscum, quam apostolica sedes praedicat, me futurum, in qua est integra Christianae religionis et perfecta soliditas, promittens in sequenti tempore sequestratos a communione ecclesiae catholicae, id est in omnibus non consentientes sedi apostolicae, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. quod si in aliquo a professione mea deuiare tempta-

3 cuticen *V*, Eutichetem *Gonz.* 4 damnatum *Hisp.* synodñ *V* 6 nichemam *V* 7 Ellurum *Gonz.* 8 disscipulum *V* 9 anathematyzamus *V* similiter *Vi*: similiter et *Gonz.* 10 condam *V* 11 perseuerantem *Hisp.* 12 eorum *om. i Bar.* 13 communione *V* 16 omibus *V* suprascriptis *i*: suis *V*, suis et omnibus suprascriptis *Gonz.* 17 conscripscit *V* 20 in *Hisp.*: ut *V* communione *V et 'codex bibliothecae regiae' Gonzalezii*: communicatione *ceteri eiusdem codd. et* $i^1i^2$ 23 insequenti *V* 26 Quidsi *V* deuiare *Coust. (cf. aliud huius libelli exemplum ex scrinio ecclesiae Romanae editum: Thiel p. 796, 6)*: dubitare *VHisp. (om.* $i^1i^2$)

uero, his quos condemnaui et per condemnationem propriam
7 consortem me esse profiteor. huic uero professioni subscripsi mea manu et direxi per rescripta tibi Hormisdae sancto et beatissimo fratri et papae magnae Romae per supra scriptos Germanum et Iohannem uenerabiles episcopos et Felicem et
8 Dioscorum diaconos et Blandum presbyterum. ET ALIA MANU: Iohannes misericordia dei episcopus Constantinopolitanae nouellae Romae hac mea professione consentiens omnibus supra dictis subscripsi sanus in domino. ora pro nobis, sanctissime et beatissime frater. Data mense Martio die XXVIII. indict. XII. Constantinopoli domno Iustino perpetuo Augusto et Eutharico u. c. conss.

## (160.)

IUSTINUS AUGUSTUS HORMISDAE.

UICTOR IUSTINUS PIUS FELIX INCLITUS TRIUMPHATOR SEMPER AUGUSTUS HORMISDAE SANCTISSIMO AC BEATISSIMO ARCHIEPISCOPO ET PATRIARCHAE. Scias effectum nobis, pater religiosissime,

4 supradictos *Hisp.* 9 ora . . frater *om. V* 10 nicesimo et octauo *Hisp. (cf. Beiträge p. 22)*: xxvii *V* 11 ind *V i*, indictionis *Gonz.* Constantinopoli domno Iustino perpetuo Augusto et Eutharico u. c. conss. *scripsi*: consensu domni Iustini pp. aug. et Eutharici ug cons *V*, consulibus domino Iustino principe (imperatore *i*) augusto et Heraclio uiris clarissimis era DLVII *Hisp.*

**160.** *Dat. (simul cum epp. 161—165, 167, 223) a. 519 die 22 Apr. per Pullionem; accept. die 19 Iunii. Haec quoque epistula praeter Auellanam extat in collectione Hispana (ed. Gonzalez II n. 87 p. 143), unde satis interpolata transiit in Pseudoisidorianam (p. 687 ed. Hinschius; cum textu Pseudoisidori consentit fere is, quem praebet Gregorius in Polycarpi c. 19 lib. VII tit. 5, cf. Hüffer, Beitr. z. Gesch. der Quellen des Kirchenrechts p. 108): Hisp. = consensus editionis Gonzalezii (= Gonz.) et codicum i (i*[1] *= Uatic. 1341, i*[2] *= Uatic. 630, i*[3] *= Uatic. 3791). Ex Auellana epistulam edidit Car. I*[2] *495, quem secuti sunt Bar. ad a. 519. 58; Collect. Concil.; Thiel 861.*
14 *Auellanae titulo omisso* Epistola (sacra *i*) Iustini imperatoris ad Hormisdam papam. Sanctissimo (sacratissimo *i*) ac beatissimo archiepiscopo almae urbis Romae et patriarchae Hormisdae Iustinus imperator *praefigit Hisp.* 16 ac *o*: hac *V* 17 reliosissime *V*

quod diu summis studiis quaerebatur: noueris patefactum et antequam aduenerint, qui a uobis destinati sunt, quod Iohannes uir beatissimus antistes nouae Romae nostrae una cum clero eius uobiscum sentiunt nullis uariantes ambiguitatibus, nullis diuisi discordiis: scias libellum ab eo subscriptum, quem offerendum indicaueras sanctissimorum patrum concilio congruentem. omnes concurrunt alacri opere ad suscipienda 2 uota tam uestrae quam Constantinopolitanae sedis, quos ueritatis coruscus fulgor illuminat; omnes accelerant libentissime, quos oblectat uia dilucida, sequuntur scita patrum sanctissima, leges probatissimas, et consiliis quorundam firmatis, qui rectum tenebant tramitem, aliorum correctis, qui uagabantur incerti, in eo res colligitur, ut unitatem indiuiduae trinitatis ipsi quoque unitate colant mentium. negatum est inter diuina mysteria memoriam in posterum 3 fieri pro tenore libelli, quem diximus, Acacii praeuaricatoris quondam regiae huius urbis episcopi nec non et aliorum sacerdotum, qui uel primi contra constituta uenerunt apostolica uel successores erroris facti sunt nulla usque ad ultimum diem suum paenitentia correcti. et quoniam omnes nostrae 4 regiones admonendae sunt, ut exemplum imitentur ciuitatis regiae, destinanda ubique principalia praecepta duximus: tanto flagramus religionis officio, tanto affectamus studio pacem catholicae fidei pro remuneranda caelitus pace nostrae rei publicae, pro conciliando subiectis meis superno praesidio. quid enim gratius reperiri potest, quid iustius, quid illustrius, quam quos idem regnum continet eiusdemque fidei cultus irradiat, eos non diuersa contendere sed collectis in eodem sensibus instituta uenerari non humana mente lata sed diuini prudentia spiritus? oret igitur uestrae religionis sanctitas, ut 5

3 antisstes *V* 4 nulli *V* 6 que *V* indicaueras *Hisp.* 7 oms *V* 9 corruscus *V* illūminat *V* 10 delucida *V* 11 consiliis *Vi:* conciliis *Gonz.* 17 regiae *Hisp.*: *om. V* et *Hisp.*: *om. V* 25 subgiectis *V* 26 repperiri *V* 28 irradiet *V* 29 *sq.* diuinae prouidentiae spiritu *Hisp.*

quod peruigili studio pro concordia ecclesiarum catholicae fidei procuratur, diuini muneris opitulatio iugi perpetuitate seruari annuat. Dat. X. Kal. Maias Constantinopoli.

## (161.)

EXEMPLUM RELATIONIS IOHANNIS EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

DOMINO MEO PER OMNIA SANCTO ET DEO AMABILI FRATRI ET
COMMINISTRO HORMISDAE IOHANNES IN DOMINO SALUTEM. Quando
deus propria mirabilia in suis operatur, tunc oportet ea, quae
diuinis litteris continentur, ipsis scripturae uocibus fiducialiter
exclamare: quis loquetur potentias domini aut
auditas faciet omnes laudes eius in omni tempore?
2 ecce enim talem pium principem Romanae rei publicae sus-
citauit, quali multo ante et catholica indigebat ecclesia et
omne genus hominum uidere cupiebat, ideoque ita etiam cornu
gratiae super eum caelitus declinauit, ut affluenter in sacrum
eius caput misericordia funderetur, omnesque annuntiationis
eius tempore cum magna uoce deum omnium principem
glorificauerunt, quoniam talem uerticem meis manibus tali
3 corona decorauit. is ergo maximus imperator primam suo-
rum certaminum palmam deuicto inimico euidenter ostendit;
secundum uirtutis eius meritum: adunationem sanctissimis
ecclesiis sapientissime comparauit; regni eius tertium bonum:
dissipata coniunxit et pacem mundi sapientissime procurauit.
4 idcirco in omnibus deo magno gratiam referens cuncta sapien-

10 Psalm. 105, 2 sq.

1 concordiae ccłarum *(sic!)* *V* 2 diuinis *V* 3 annuet *V* Dat. x.. Constantinopoli *om. V* Datum *Hisp.*

**161.** *Dat. ut ep. 160. Edd. Car. I² 496; Bar. ad a. 519. 60; Collect. Concil.; Thiel 862.* 9 ipsi *V, corr.* ρ²: ipsius *Car.* 10 loquitur *V, corr. α secundum Vulgatam* 13 catholicę *V, corr.* ο (catholicae indigebant ecclesiae *α man. post.*) 16 omnisque *V, corr. Thiel:* omnique *cod. Angelic.* annunciacionis *V:* inunctionis *Thiel* 19 is *cod. Angelic.*: his *V*, hic ρ² ergo *V*: uero *α* imperator ο²: impr̄m *V* 23 pace *V, corr.* ο² 24 grā (*pro* gr̄ā) *V, correxi*: gratias ο²

tissime gubernanti annuntiare tibi pacem pacis filio non cunctaui,
in omnibus deo amantissime, ut illud gaudium salias, quo
Dauid quidem secundum legem in arcae dei reuocatione figu-
raliter exultabat, apostoli uero per gratiam ueraciter laeta-
bantur. gaude itaque in domino gaudium tuae conueniens 5
sanctitati et scribe ea, quae uestrum benignum animum decent,
homo dei! nam, quae fuerant diuisa, coniuncta sunt et dispersa
collecta sunt et, quae longe erant, sibi inuicem adunata sunt et,
sicut oportet dicere et olim scripsi, utrasque ecclesias tam senioris
quam nouae Romae unam esse euidenter intellegens et utriusque
earum unam sedem recte esse definiens indiuisibilem adu-
nationem et utriusque nostrum consonam confirmationem cum
iudicii integritate cognosco. unde rogo deum semper eam 6
inseparabilem permanere orationibus sanctorum apostolorum
et tuae precibus sanctitatis, per quas donari nobis et uniuerso
mundo clementissimum et Christianissimum principem Iustinum
et piissimam eius coniugem, nostram autem filiam, Eufimiam
in pace multis temporibus comprecatur, per omnia beatissime
et karissime frater. gauisi igitur de praesentia reuerentis- 7
simorum episcoporum nec non et clericorum uestrorum gratias
agimus, quoniam secundum petitionem nostram tales pacificos
uiros et uestrae dignos sedis apostolicae destinastis regulam
patrum sine confusione seruantes fidemque indiuisam custo-
dientes. quorum amplectentes in omnibus mentem cuncta per
eos ad satisfactionem uestrae egimus sanctitatis. omnem in 8
Christo fraternitatem, quae cum uestra sanctitate, ego quoque
et mei plurimum salutamus.

3 cf. Regn. II 6, 14 4 cf. Act. 2, 46 sq.

1 non cunctaui (= n̄cunctaui) *temptaui:* nunciaui *V*, festinaui *Thiel*
17 autem *a man. post., cod. Angelic.:* aut *V* 22 sedi *V*, *corr. o*
23 indiuisa *V*, *corr. o* 26 uestra <est> *Car.*

## (162.)

EXEMPLUM EPISTOLAE IUSTINIANI.

DOMINO MEO SANCTISSIMO HORMISDAE PRIMAE ARCHIPONTIFICI ET PAPAE URBIS ROMAE IUSTINIANUS COMES. Ueneranddae sanctitatis uestrae praedicatio regularum, quae Christo deo pro ecclesiarum pace et pro plebis concordia iugiter supplicat, quicquid nunc per beatissimos suos sacerdotes annuit peragendum, propitia diuinitate cuncta effectui sociata sunt nulla
2 prorsus quorundam ualente discordia. igitur uestris sacris orationibus ac praeceptionibus orthodoxorum fide muniti supplices petimus, uti pro sanctissimo Augusto nostro, totius fidei fautore, proque eius re publica, pro nobis quoque mandatorum uestrorum custodibus aeterno regi consueti impetrabiles preces offerre dignemini nosque nobis fideliter supplices uestris salutiferis rescriptionibus uisitare.

## (163.)

EXEMPLUM EPISTOLAE POMPEI.

DOMINO MEO BEATISSIMO ET APOSTOLICO PATRI HORMISDAE ARCHIEPISCOPO UNIUERSALI ECCLESIAE POMPEIUS. Sanctis beatitudinis uestrae precibus omnipotentis dei pietas exorata tantae nobis fidei principem condonare dignata est, ut religiosissimis clementiae eius meritis redintegratio pacis ecclesiasticae, quae uotis omnium fidelium poscebatur, iure uideatur esse collata. in cuius rei prouentu solidissima principatus sui fundamenta

**162.** *Dat. ut ep. 160. Edd. Car.* $I^2$ *497; Bar. ad a. 519, 65; Collect. Concil.; Thiel 864.* 3 prime *V*: primo *Car.* archipontifici *o*: arclipontifico *V*, archipontifico *α* 4 comes <salutem> *α* ueneranda *V*, *corr. cod. Angelic.* 9 ualentes *V*, *corr.* $o^2$ 10 horthodoxorum *V* 11 uti *Thiel*: ut hi *V*, ut *Bar.* 13 imperabiles *V*, *corr. Bar.* 15 uisitari *V*, *corr.* $o^2$

**163.** *Dat. ut ep. 160. Edd. Car.* $I^2$ *497; Bar. ad a. 519, 66; Collect. Concil.; Thiel 864.* 19 uniuersalis *temere o, cf.* οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ *in titulis aliquot Iustiniani nouellarum* 22 clencię *V*, *corr. α* 23 posscebatur *V* 24 rei *scripsi*: regi *V*, regis *o*

sancti spiritus operatione constituit. quae tantum robur
obtinent stabilitatis inuictae, quantum actionis excellentia
unica et admirabilis aestimatur. et ideo reuerendam uestri 2
pontificatus beatitudinem cultu reciprocantis alloquii salutantes
quaesumus, ut magis magisque pro clementissimi atque
inuictissimi domni nostri principis prosperitate orare dignemini,
quatenus ineffabilis omnipotentis dei pietas sua dona, in
quibus etiam fructus uestrae agricolationis exuberat, iustis
gratiae opitulatione custodiat. nobis quoque filiis uestris
spiritali uobis conglutinatis affectu, quos huius operis maxime
semper sollicitudo constrinxit, suffragatrix intercessio sancti-
monii pontificalis adsistat.

## (164.)

EXEMPLUM EPISTOLAE IULIANAE ANICIAE.

DOMINO BEATISSIMO PATRI HORMISDAE IULIANA ANICIA. Pre-
cibus uestrae beatitudinis aduentu legatorum principalis sedis
apostolicae elisis erroribus haereticorum unitate fidei catholicae
conuenimus, congr<eg>ati simul ad ubera materna ecclesiae
in die sanctae resurrectionis. quapropter stilo uenerationis 2
alloquentes sanctitatem uestram admonemus, ut intimetis
destinatis a uobis reuerentissimis uiris nullo modo abscedere,
antequam, sicut peruideritis, ut oportet, firmentur ea, quae
bene disposita sunt ab eis, ut amputatis omnibus reliquiis
transiti erroris impendiis uestrae beatitudinis roborata unitas
ad effectum perpetuum deducatur.

3 reuerenda *V* 10 conclutinatos *V, corr. Bar.* 11 sanctimoniae o²

**164.** *Dat. ut ep. 160. Edd. Car. I² 498; Bar. ad a. 519, 68; Collect. Concil.; Thiel 866.* 16 legatum *V, corr. o* 17 heretycorum *V* <in> unitate *Car.*, <in> unitatem *Bar.* 18 congrati *V, corr. o²* 22 praeuideritis *Bar.* firmetur *V, corr. o* 24 transacti *o*

## (165.)

EXEMPLUM EPISTOLAE ANASTASIAE.

DOMINO SANCTO ET BEATISSIMO PATRI PATRUM HORMISDAE ARCHIEPISCOPO UNIUERSALI ECCLESIAE ANASTASIA. Diuini muneris illuxisse nobis gratiam merito profitemur, apostolatus uestri reuerentiam in sancto corde nostri tenere memoriam paginali adsertione noscentes; ueraci namque spe confiditur supernae misericordiae propitiationem de pontificali intercessione subsistere, domine beatissime et apostolico honore suscipiende
2 pater. peruigiles uestrarum orationum excubiae et miranda uictoriosissimi principis fides splendore catholico semper irradians diu expetitam sacrosanctis ecclesiis concordiam pacis restituit. quam omnibus triumphis suis solidissime firmatis inuictum iure exultat praetulisse uexillum, ideoque illibata uestrae paternitatis sanctimonia pro incolomitate atque prosperitate praedicti domni nostri Augusti uota precesque omnipotenti deo offerre indesinenti continuatione persistat, ut ineffabilem tantorum bonorum gratiam, quam ipse piis eius sensibus inspirauit, ad futurae quoque beatitudinis profectum
3 conseruare dignetur. domno etiam iugali filio uestro et mihi peculiari cultrici uestrae cum subole, quam nobis dominus donare dignatus est, a uestro pontificatu oratio benigniter impendatur, cuius suffrag<at>ione diuini fauoris protectio nobis clementer adspiret.

**165.** *Dat. ut ep. 160.* *Edd. Car. I² 498; Bar. ad a. 519, 69; Collect. Concil.; Thiel 865.* 4 uniuersalis *ρ, sed cf. ad p. 614, 19* 6 reuerencia *V, corr. ρ²* 7 confidimus *Bar.* 11 splenderae *V, corr. ρ²* 13 solidissimę *V* 14 praetulisse *scripsi*: praecolisse *V*, praecoluisse *Car., quo recepto* inuicto . . uexillo *Thiel* 18 tatorum *V, corr. α* 23 suffragatione *scripsi*: sufragione *V*, suffragio *ρ* faboris *V*

## (166.)

EXEMPLUM ⟨EPISTOLAE⟩ THEODORITI EPISCOPI LIGNIDENSIS.

DOMINO SANCTO BEATO PRAEDICABILI ET ADORANDO APOSTOLICO
PATRI HORMISDAE PAPAE URBIS ROMAE HUMILIS FAMULUS TUUS
THEODORITUS. Meae quidem exiguitatis non esset tam magna
praesumere et ad uestrum pium et sanctum apostolatum
pusilli sermone praesentes paruulas destinare paginas. sed
quia pro insita uobis humanitate, pio propitiationis animo
omnia nutu diuinitatis protegere constituti, lucidum diem et
totius festiuitatis repletum omni reddidistis mundo et omnia
uestris praedicandis precibus ad pristinum unitatis reuocastis
statum et in unum concordare uel subiugare uestris praedica-
bilibus et adorandis meritis annuistis: ideoque, etsi meis 2
obrutus iniquitatibus et ab eis undique oppressus, ex ipsis
recreatus infernis recurrente ad gloriosa uestigia uestra
confamulo meo uiro religioso Pullione usurpaui me tam per
eum quam etiam his paruulis et exiguis uestris praedicandis
et adorandis repraesentare uestigiis, diuinum omnibus uiribus
exorans fauorem et clara uoce cum omnibus omnino cantans:
gloria in excelsis deo et in terra pax et in hominibus
bonae uoluntatis, qui pro sua incomprehensibili pietate 3
uestris mirificis precibus omnia illuminauit et liberauit et
lucidum et totius festiuitatis repletum diem in toto orbe uestris
deo dignis precibus praestitit et ab omni iniquitate exiguit et
omnem nodum colligationis absoluit et omnem semitam aperuit.

20 Luc. 2, 14

**166.** *Dat. a. 519 mense Maio, per Pullionem; accept. ut ep. 160. Edd. Car. I² 499; Bar. ad a. 519, 40; Collect. Concil.; Thiel 854.* 2 epistolae *add. edit. reg. (cf. Indicem generalem editum in Proleg. cap. I)* LITANIDENSIS *V, corr. Binius* 4 ormisdę *V* 6 et (*ante* sanctum) *supra linea add. V* 9 constituti *V*: constitui *α*, constituistis *Car.*, consueuistis *Bar.* 13 ideoque] *per anacoluthiam, quasi praecessisset sententia primaria* 17 exiguis <chartis> *Bar.* 18 repraesentare *Thiel:* me repraesentare *V* 19 exortans *V, corr. Thiel* faborem *V* canans *V, corr. man. rec. α*: canens *o* 21 incomprehensibile *V* 22 lib̄aū *α*: lib̄ū *V* 24 exiguit *V*: eripuit *o²* 25 collegacionis *V*

4 hanc itaque gratulationis repletam pio uestro precem offerens
apostolatui deprecor, uti pro meae flebilitatis exiguitate
uestris piis precibus memores esse dignemini. domini sancti
beati apostolici patres. Accepta XIII. Kal. Iul. per
<Pullionem> Eutharico cons.

## (167.)

SUGGESTIO DIOSCORI DIACONI. PER PULLIONEM SUBDIACONUM.

Ineffabilis dei omnipotentis misericordia et pietas eius,
quam super humanum genus clementer effundit, humanis
uiribus aestimari non potest nec sermonibus explicari, sed
sufficit eius tantum mirabilia deuotis sensibus admirari et
scire omnia bona de eius tantum gratiae pendere remediis.
2 est ista cottidiana probatio: audacter tamen praesumo dicere,
domine meus beatissime papa, quia praesens causa praeterita
cuncta transcendit, quam deus uestris temporibus et meritis
3 reseruauit. quid in Aulona sit actum, quid Scampis, quid
Lignido fuerit secutum, anteriore significatione suggessi.
ad Thessalonicam peruenimus. quas intentiones habuerimus
cum episcopo Thessalonicensi et quae dicta fuerint uel etiam
constituta, harum portitoris uiua insinuatione discetis: quod
tamen non oportet praeterire silentio, insinuare non differo:
4 post multa certamina praefatus episcopus ratione conuictus
libellum subscribere uoluit; sed quia episcopi, qui sub eius
sunt ordinatione constituti, omnes non aderant, in praesenti
hoc conuenit, hoc promisit, ut post dies sanctos uno ex nobis
a sede Constantinopolitanae urbis directo congregatis episcopis,
qui in eius sunt dioecesi constituti, libellum subscriberent.

1 repletum *V*, *corr.* *o* 4 K Iul *V* per *V*: domino *Car.; ego* Pullionem *inserui*

167. *Dat. ut ep. 160. Edd. Car. I² 493; Bar. ad a. 519, 42; Collect. Concil.; Thiel 858.* 7 PVLLIONEMSSVBDIAC *V* 8 deo *V*, *corr.* *o* 11 deuoti *V*, *corr.* *o* 16 aula nasi tactum *V*. *correxi*: aulone sit actum *Car.* 17 Lignidi *Bar.* 18 ad *o*: a *V* thesalonicam *V* 20 portitotoris *V* 25 unum *V*, *corr.* *o²* 26 constantinopolitana urbe *V*, *corr.* *o* 27 dioeccesi *V*

quod cum dei adiutorio credimus esse complendum. haec
sunt Thessalonicae constituta. uestris orationibus commen- 5
dati ad Constantinopolitanam peruenimus ciuitatem secunda
feria hebdomadis authenticae. decimo ab urbe praedicta
miliario sublimes et magnifici uiri nobis occurrerunt, inter
quos sunt magister militum Uitalianus, Pompeius et Iustini-
anus; secuti sunt et alii senatores multique, <qui> catholicae
fidei calore ac desiderio redintegrandae pacis ardebant. quid
plura? cum summis paene omnium gaudiis ingredimur ciuitatem.
alia die, quod est tertia feria, piissimi principis praesentamur 6
aspectibus. cunctus illic aderat senatus, in quo conuentu
erant et episcopi quattuor, quos episcopus Constantinopolitanus
pro sua persona direxerat. obtulimus beatitudinis uestrae
litteras, quas clementissimus princeps cum grandi reuerentia
suscepit. dicta sunt, quae ante examinationem causae oportuit
intimare: mox causa coepta est. hortabatur nos clementissimus 7
imperator hoc dicens: 'uidete ciuitatis huius episcopum et
inuicem nobis pacifico ordine reddite rationem'. nos e contra
respondimus: 'quid imus ad episcopum certamina facere?
domnus noster beatissimus papa Hormisda, qui nos direxit,
non nobis praecepit certare, sed prae manibus habemus
libellum, quem omnes episcopi uolentes sedi apostolicae
reconciliari fecerunt: si praecipit pietas uestra, legatur, et si
est in ipso, quod ignoretur aut uerum esse non creditur,
dicant et tunc ostendimus nihil extra iudicium ecclesiasticum
in eodem libello esse conscriptum, aut si illi possunt docere,
quia non conuenit religioni catholicae, tunc nobis incumbit
probare'. relectus est libellus sub conspectu principis et 8
senatus. nos statim subiunximus: 'dicant praesentes quattuor

4 fr̄ ebđis *V*, *pro* feria *etiam infra compendium* fr̄ *adhibens* 7 multique <qui> *scripsi*: multique *V*, multi qui $\rho^2$ 8 ac *Bar.*: in *V* 9 pura *V*, *corr.* $\alpha$ summis $\rho^2$: sumus *V* 10 quod *V*: quae $\rho$ 12 IIII^or *V* episcopos *V*, *corr.* $\rho^2$ 13 beatitudini *V*, *corr. cod. Angelic.* 16 caepta *V* 18 racione *V*, *corr.* $\rho$ e *Car.*: et *V* 20 hormida *V* 24 credatur $\rho$ 25 ostendemus $\rho^2$ 29 IIII^or *V*

episcopi, qui adsunt pro persona Constantinopolitani episcopi,
si haec, quae in libello leguntur, gestis ecclesiasticis
9 minime continentur!' responderunt omnia uera esse. post
quae nos subiunximus: 'domne imperator, et nobis grandem
laborem episcopi abstulerunt et sibi conuenientem rem fecerunt
dicere ueritatem'. mox clementissimus imperator his, qui
aderant, dixit episcopis: 'et si uera sunt, quare non facitis?'
similiter et aliquanti de ordine senatorio dixerunt: 'nos laici
sumus. dicitis haec uera esse: facite, et nos sequimur'.
10 intermissa quarta feria episcopus Constantinopolitanus in
palatio consuscepit a nobis libellum et inprimis quasi temptauit epistolam potius facere quam libellum. sed non post
multa certamina hoc conuenit, prooemium modicum facere et
subiungere mox libellum, quemadmodum uestra beatitudo
dictauit. subscriptio ab eodem facta est libello conueniens,
similiter et datarium, cuius exemplaria et graece et latine
11 apostolatui uestro direximus. post factum libellum nomen
Acacii de diptychis est deletum, similiter et Flauitae, Eufimi,
Macedonii et Timothei. et non solum hoc in ipsa sola ecclesia,
in qua episcopus manet, uerum etiam per omnes ecclesias
cum grandi diligentia deo adiutore suggerimus fuisse factum.
similiter deleta sunt de diptychis Zenonis et Anastasii nomina.
12 episcopi diuersarum ciuitatum, quanti inuenti sunt, libellum
similiter obtulerunt et cum grandi cautela suggerimus
custoditum, ne quis nobiscum communicaret episcopus, qui
libellum primitus non dedisset. pari modo et omnes archimandritae fecerunt. apud quos archimandritas et certamina
nos habuisse suggerimus dicentibus illis: 'sufficit, quia archiepiscopus noster fecit: nos factum eius sequimur'. quid
amplius? post multa certamina ipsi quoque ratione conuicti
13 libellos modis omnibus obtulerunt. post haec omnia in

3 contenentur *V* 6 his *o*: is *V* 9 sequemur *Car.* 10 intermissa IIII fr̄ *V* 13 praemium *V*, *corr.* *o*² 18 ded gypciis *V* delectum *V*, *corr.* *o* Phraunitae *Car.* 19 Machedonii *V* 21 grande *V* 22 delata *V*, *corr.* *o* de gipciis *V*, *corr.* *o*² 24 grande *V* 26 dediset *V* 30 coniuncti *V*, *corr.* *ρ*

ecclesia deo iuuante processimus, sed qualia gaudia facta sint unitatis, quemadmodum deus benedictus sit, quae laudes quoque beato Petro apostolo et uobis relatae sint, ipsius actionis consideratione perspicitis, quod mea lingua non ualet explicare. nihil est subsecutum secundum uota inimicorum, 14 non seditio, non effusio sanguinis, non tumultus, quod ueluti terrentes inimici antea praedicabant. ipsi quoque ecclesiastici Constantinopolitani admirantes et deo gratias referentes dicunt numquam se meminisse nullis temporibus tantam populi multitudinem communicasse. his adimpletis etiam clementis- 15 simus imperator ad beatitudinem uestram sua scripta subiunxit ordinem rei gestae significans, similiter et uir reuerentissimus Iohannes Constantinopolitanae ciuitatis antistes. noueris etiam et sacra generalia esse <e>dicta atque credimus deo propitio et uestris sanctis orationibus per uniuersas prouincias quantocius destinari. haec Constantinopoli gesta sunt. est nunc de 16 Antiochena ecclesia tractatus et ideo adhuc laboratur, quia necdum persona congrua est electa. oret ergo beatitudo uestra intentius, ut deus, qui uestris precibus exoratus Constantinopolitanam ecclesiam apostolicae sedi restituit, ipse et dignam personam donet in Antiochia ordinandam et assiduas adunet ecclesias. rescribe<re> episcopo Constantinopolitano si uidetur 17 beatitudini uestrae, facite mentionem damnationum Seueri et illorum, quos nominastis in epistola illa, quam scripsistis ad secundam Syriam per Iohannem et Sergium monachos. hoc ipsum et ad imperatorem rescribentes si feceritis, uidetur mihi necessarium esse * *

1 ecclesiam *Car.* processimiss. & *V*, *correxi:* processimus et *uulgo* 7 praedicebant *edit. regia* 9 ullis ρ² 14 edicta *Thiel:* dicta *V*, edita *Bar.* 16 constantinopolī *V corr. o* est *scripsi*: et *V Car.* 17 tractatur *Car.* 22 rescribere *scripsi*: rescribe *V*, rescribite *Car.* 24 scripsisti *V*, *corr.* ρ 26 ipsum (*uel* ipsud) et *Thiel*: ipsum det *V* *uerba* hoc ipsum et ad imp. rescribentes *seiunxi ab eis quae antecedunt*, *sed post* necessarium esse *aliqua excidisse uidentur*

## (168.)

HORMISDA IUSTINO AUGUSTO. Lectis clementiae uestrae paginis, quae restitutam fidei concordiam nuntiabant, in diuinae laudis canticum mens totius ecclesiae laeta prorupit, quo canitur: *gloria in excelsis deo et in terra pax*
2 *hominibus bonae uoluntatis!* huius igitur hymni fiducia dignam fidelibus meritis gloriam felicitatemque praesumite. neque enim te ita deo placitum principem ad imperii uerticem humanus tantum consensus euexit: te sibi diuinus fauor ante formauerat tradiditque tibi Orientis imperium, ut eius operum fieres instrumentum, atque ideo, ut hoc in te propheticum dictum iure conueniat, efficitis: *constitues eos principes super omnem terram; memores erunt nominis tui in omni progenie et generatione.* etenim cum tibi sit Christianam pacem seruare propositum,
3 quis te dubitet a Christo esse delectum? haec prima sunt uestri fundamina principatus, deum placasse iustitia et asciuisse uobis excellentissimae maiestatis auxilia, dum aduersarios eius uelut proprios comprimitis inimicos. haec nimirum maxima rei publicae fundamenta sunt, hoc solidum inuictumque robur. neque enim humanis ictibus potest esse peruium, quod
4 est diuinae gratiae firmitate uallatum. testis est huic prophetica scriptura. ait enim: *elegi Dauid seruum meum et in oleo sancto unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum.* contra autem frustra arma, frustra sibi copias quaerit, quem gratia

5 Luc. 2, 14 12 Psalm. 44, 17 sq. 23 Psalm. 88, 21 sq.

168. *Dat. (simul cum epp. 169, 170, 174, 176—180) a. 519 die 9 Iulii per Paulinum. Edd. Car. I² 501; Bar. ad a. 519, 73; Collect. Concil; BTA I 422; Thiel 877.* 3 restituta . . concordia *V, corr. ρ* 6 huic *V, corr. ρ²* himni *V* 10 fabor *V* 12 efficis ρ², efficiatis *Car.*, efficias *Bull. Taur.* 13 principē sup *V, corr. α* 16 xpo *V* dilectum *V, corr. Bar.* 18 magiestatis *V* 22 uellatum (a *supra*) *V* 23 et in holeo sancto *V*: holeo sancto meo α *cum Vulgata* 25 confortanit *V, corr. ο*

superna destituit; etenim ueraciter scriptum est: n i s i
d o m i n u s c u s t o d i e r i t c i u i t a t e m, i n u a n o u i g i l a n t
q u i c u s t o d i u n t e a m. bellabis tu quidem diuino tutus 5
auxilio, excellentissime princeps, et tuae rei publicae iugo
ferocissimarum gentium colla submittes, sed nulla uictoria
potest <esse> praestantior, quam quod humani hostem generis
post quaesita tam longi temporis firmamenta subuertis. enim- 6
uero ceterorum natura proeliorum distincta gentibus, regionibus
terminata, cruore polluta: haec omne genus humanum palma
complectitur, hunc omnibus regionibus imputabis triumphum
et, quod diuinae proximum pietati est, qui paulo ante ductu
diaboli grassabantur, nunc ad propriae salutis effectum sine
sanguinis effusione uincuntur. durabit igitur huius Christi- 7
anae uictoriae per aeuum triumphus, neque enim poterunt
labe temporis aboleri, quae in sempiternae fidei stabilitate
fundata sunt; permanebit longe lateque uestrorum fama
factorum et, sicut diuinis designatur eloquiis, i n o m n e m
t e r r a m e x i u i t s o n u s e o r u m e t i n f i n e s o r b i s t e r r a e
u e r b a e o r u m. et ceteris quidem bellis agros urbes oppida 8
uel, quod postremum est, subiectorum libertatem tueris, quae
mor<t>alium usibus comparata simili quondam mortalitate
soluenda sunt: in hoc certamine uita ipsa defenditur et
quodammodo <de> sempiternae beatitudinis arce pugnatur.
quocirca continuam tanti operis apparatus clementiae uestrae 9
intentionem requirit. facite, ut nullum prorsus receptaculum,
ex quo rursus immanissimus hostis emergat, inueniat; cunctis
eum nudate praesidiis et, si quid usquam uestigiorum eius
reliquum est, id omne clementi remedio repurgate. omne
nequitiae germen funditus eruatur, aduersa deo stips ad uiuum

1 Psalm. 126, 1   17 Psalm. 18, 5

2 uanum ρ *cum Vulgata*   6 esse *inseruit* ρ   10 importabis *Bar.*   11 pietatis *V*, *corr.* ρ   12 effectu *V*, *corr.* α   15 sempiterna *Bar.*   16 permanabit $\rho^2$   20 supremum *Bar.*   21 moralium *V*, *corr.* ρ   quadam *Bar.*   23 de *add. Hartel*, pro *Car.*   arche *V*   28 clementi remedio (?) *Car.*: clementis remedia *V*   29 eruatur $\rho^2$: seruatur *V*   de ostips *V*, *correxi*: deo stirps $\rho^2$

usque resecetur, ne minus compressa, quod absit, iniquitatis
10 radix uenenata latius iterum uirgulta diffundat. quorsus
haec? quia superest adhuc nobis Alexandrinae atque Anti-
ochenae <et> aliarum ecclesiarum nullo modo neglegenda
correctio, in quam si se cura clementiae uestrae demiserit,
spes est, quo auctore bona cuncta credimus incipi, eodem
11 celeriter auxiliatore compleri. commendamus praeterea le-
gatos <ab> apostolica sede directos et apud uestram fidem
re<li>gionemque deponimus. quos ita perfectis omnibus pietas
uestra dimittat, ut diuinis uestrisque beneficiis ad apostolicam
sedem plenam referant de ecclesiarum omnium pace laetitiam.
12 quae scripta per Paulinum Romanae ecclesiae defensorem,
famulum uestrae pietatis, ingerenda transmisimus. Data
VII. Id. Iul. Eutharico <cons.>

## (169.)

HORMISDA IOHANNI EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO. Consi-
deranti mihi tuae scripta caritatis, in quibus cum sede beati
apostoli Petri unam tibi fidem esse professus es, prophetica
libet exclamare licentia: e c c e q u a m b o n u m e t q u a m
i o c u n d u m e s t h a b i t a r e f r a t r e s i n u n u m! neque enim
refert, quam longinquis locorum spatiis diuidamur, quando
2 iam deo auctore una fidei cohabitatione coniungimur. nunc
enim misericordia procurante diuina in unius corporis uultum
dissipata olim Christi membra conueniunt et ab iniquissimis
direpta latronibus annuntiata propheticis uocibus domini nostri
redintegratur hereditas et uere in huius petrae fide, id est
apostolorum principis firmitate, Orientalis ecclesiae fundamenta

19 Psalm. 132, 1 26 cf. Matth. 16, 18

3 adhunc *V*, *corr.* ρ² 4 et *add. Car.* 5 quam *V:* qua *Car. Thiel* demiserit ρ: dimiserit *V*, immiserit *Bar.*, <non> demiserit *Thiel* 8 <ab> *add. Car.* 9 regionemque *V*, *corr.* ρ² *Bar.* 13 ingeneranda *V*, *corr. Car.* 14 Iulii *Car.:* fēb *V* Euthorico *V* consule *add. Car.*
**169.** *Dat. ut ep. 168. Edd. Car. I² 502; Collect. Concil.; BTA I 424; Thiel 879; commemorat Bar. ad a. 519, 77.* 20 est *om.* a *cum Vulgata* 21 loquorum *V* 25 annunciat apropheticis *V*

solidantur. quae cum facta tuis litteris indicentur, tempestiua
exultatione dicendum est: q u a m s p e c i o s i p e d e s e u a n-
g e l i z a n t i u m p a c e m , e u a n g e l i z a n t i u m b o n a ! gratias 3
igitur excellentissimae trinitati, quae consentientes in Christum
ecclesiae ac rei publicae dedit esse rectores! enimuero magna
rerum salus est, quotiens in fidei catholicae ueritate sacer-
dotes ac principes mens una conectit. hoc firmum pacis
uinculum est, haec caelitus demissa societas: neque enim fas
est, in quo uident concordare praepositos, aliud sentire sub-
iectos. an dubium est cuncta haec prouidentiam disposuisse 4
diuinam: primum eum principem esse delectum, qui cum
se hominum suscepisse uideret imperium, non se oblitus est
deo esse subiectum: dehinc quod talem fraternitatem tuam
ecclesiae suae praesulem dedit, quem non esset ambiguum
cum sede nostra, id est apostolica, certam mansuramque
fidei subiturum esse concordiam? etenim libello a nobis fidei
libenter accepto, cum redintegrationis in Christo fueris auidus,
numquam in praedestinatione diuina fuisse a nobis cognosceris
alienus. itaque, dilectissime frater, dei nostri sponte currentibus 5
instate beneficiis; sparsi olim gregis plenius membra colligite
et custodite collecta. memento nunc clemen<ter> te adsignatae
a Christo nauis esse rectorem; fac cogites diabolicae contu-
maciae spiritus quieti itineris secura turbantes nec te lateant
fluctus tempestatis incertae, quos euigili mente prospicias et
erecta in deum ratione compescas. nulla tibi commissi negotii 6
neglegentia clauum dominicae ratis extorqueat; illud unicum

2 Rom. 10, 15

1 tempestatiua *V*, *corr.* ρ 3 euangelizanzium *V* 4 *sq.* consenticntes .. ac *edit. reg.*: consencicntis .. hanc *V* 4 Christo *uulgo* 7 ac ρ: hac *V* 8 dimissa *V*, *correxi* neque $\rho^2$: namque *V* 9 quo α: eo *V* concordari *V*, *corr. Coust.* propositos *V*, *corr.* $\rho^2$ 10 *sq.* prouidencia .. diuina *V*, *corr.* $\rho^2$ 11 dilectum *V*, *corr.* $\rho^2$ 12 sussccpissc *V* oblitūs *V* 14 ecclesiam *V*, *corr.* $\rho^2$ 18 diuine *V*, *corr.* ρ 21 clementer te *scripsi:* clemen te *V*, clementer ρ 22 esse ‹te› $\rho^2$ 23 secura $\rho^2$: ct cura *V* turbantis *V*, *corr. Bull. Taur.* (*non* ρ) 25 erecta $\rho^2$: te erecta *V* compesscas *V:* compensas *Car.*, componas *Coust.*

recti itineris signum fixis semper optutibus intuere, quo
certius et reflantis diaboli turbata contemnas et ad promissi
portus tranquilla peruenias. haec est enim Christiani palaestra
certaminis: tali Christi militiae sempiternae uitae palma pro-
7 ponitur. haec tibi rectissime cogitanti non deerit suo militi
praesidium ducis, et quanto hostium multiplicantur insidiae,
tantum summi gratia rectoris aduersantis uenena misericordiae
suae facit esse materiam, sicut sermo apostolicae ueritatis
asseruit dicens: ubi abundauit iniquitas, superabun-
dauit gratia; tu tantum diuinis rectissimisque inhaereas
institutis ecclesiasticam fouendo concordiam, ut ueluti quodam
pacificae uoluntatis signatus indicio illius esse discipulus
adproberis, qui ait: pacem meam do uobis, pacem
8 meam relinquo uobis. hortare etiam quamquam sponte
ad recta tendentem filium nostrum clementissimum principem
Iustinum Christiano saeculo diuinitus comparatum ea perficere,
quae regalibus litteris dignatus est polliceri, ut missis ad eos
edictis, quos ab ecclesiae matris uberibus etiam nunc deuius
error abducit, diabolicam fraudem et auctoritate religionis et
moderata potestate compescat imperii eamque sibi contra
communem totius humanitatis hostem maximam ducat esse
uictoriam, si supernae auxilio diuinitatis uetusti serpentis
9 uenena compresserit. de Antiochenae quoque atque Alexandrinae
ecclesiarum statu non supersedeas esse sollicitus et clementis-
simo subinde principi supplicato, ut in his quoque pacem
religiosa ordinatione restituat, quatenus bonis coeptis plenae
cumulum perfectionis adiungat. frustra enim bonum opus
10 incipitur, si non in totum perfectio subsequatur. commendamus
praeterea legatos a sede apostolica destinatos, quos ita faciat

9 Rom. 5, 20 13 Ioh. 14, 27

2 et reflantis *scripsi:* ereflantis *V*, perflantis $o^2$ 4 praeponitur *V, corr.* $o^2$ 7 tanto *edit. reg.* 9 superhabundauit *V* 10 <et> gratia *Car. cum Vulgata anni 1590* 12 signat̄ *V, corr.* $\rho^2$ dissciplus *V* 19 auctoritatem *V, corr.* $o^2$ 20 eaque *V, corr.* $o^2$ 21 communionem *V, corr.* $o^2$ ostem *V* 25 principis *V, corr.* $\rho^2$: principe $o^2$ pace *V, corr.* $\rho$

ad nos tua dilectio remeare, ut nobis plenam referre queant de restituta uniuersis ecclesiis pace laetitiam. Data VII Id. Iul. cons. ss.

## (170.)

HORMISDA GERMANO ET IOHANNI EPISCOPIS FELICI ET DIOSCORO DIACONIS ET BLANDO PRESBYTERO. De his, quae acta caritatis uestrae relatio comprehendit, gratias deo nostro referimus, qui laborem uestrum iuuare dignatus est, et hortamur, ut clementissimo principi et piissimae Augustae coniugi eius officiis imminere competentibus debeatis et agere auxiliante Christo nostro, ⟨ut⟩ uniuersis sub ecclesiastica obseruatione dispositis omnes ecclesiae, quae in qualibet mundi parte sunt positae, ad communionem sedis apostolicae reuocentur. de Alexandrina uero atque Antiochena ecclesiis elaborate, ut 2
nostrae fidei sub obseruatione rationabili conectantur, quia tantae rei perfectio tam clementissimo principi quam nobis gratiam diuinae propitiationis adquirit. Data ⟨die⟩ quo supra cons. ⟨ss.⟩

## (171.)

HORMISDA IOHANNI EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO ET DIOSCORO DIACONO. Repperimus Thomatem et Nicostratum fratres et coepiscopos nostros Constantinopoli non ita susceptos, sicuti

1 quẹ ant *V* 3 coñs s̄s̄ (*i. e.* consule supra scripto) *V*: Eutharico u. c· cons. *Car.*

**170.** *Dat. ut ep. 168. Edd. Car.* $I^2$ *507; Collect. Concil.*; *BTA I 429; Thiel 884; commemorat Bar. ad a. 519, 77.* 6 DIAC *V* 8 ortamur *V* 9 aguste *V* coniungi *V*, *corr.* o 10 offici *V*, *corr.* o 11 ut *add.* $\rho^2$ 15 sidei *V*, *corr.* α 17 Data q̄f cons. *V*; *ego* die *et* ss. *addidi*

**171.** *Dat. (simul cum ep. 172) a. 519 post diem 3. Decembr. Edd. Car.* $I^2$ *510; Collect. Concil.; BTA I 432; Thiel 907; commemorat Bar. ad a. 519, 134.* 20 Constantinopolitano *del.* $\rho^2$, *om. Car.*; et Dioscoro diac̄ *del. Thiel. contra quos quae monui Beiträge p. 32 sqq., ea etiam nunc mihi constant. quam uero ipse protuli sententiam, ea ita uidetur restringenda, ut epistula a pari quod dicitur et ad Iohannem Cpolitanum et ad Dioscorum missa sit; cf. quae adnotaui ad p. 628, 4* 22 coeps̄ *V*, *corr.* α constantinopolī *V*, *corr. Thiel*

nostra fuere desideria et ipsi semper optabant: non solum enim loca eis debita dicuntur ablata sed a communione quoque
2 eos cognouimus fuisse suspensos. quod quam acerbe fert animus noster, etiam fraternitatem (dilectionem) tuam credimus aestimare et ideo quantam diligentiam causae uidetis magnitudinem poscere, tantam uos efficaciam debetis sine mora praestare et agere, ne nos magis apud quos fuerunt uideamur esse contempti. cum illis contra quam desiderium commune habuit sollicitudinis molestia fuerit indecenter iniecta in tantum, ut nec de facultatibus eorum, quae eis dicuntur inuasae, a fratre et coepiscopo nostro Iohanne dicatur aliquid ordinatum nec litteras nostras, quas per eos misimus, fuisse susceptas.
3 de quibus omnibus ita nos agere desideramus instanter, ut ad nos caritas uestra de effectu huius causae ualeat sub celeritate rescribere. Data <die> quo supra cons. ss.

## (172.)

HORMISDA THOMAE ET NICOSTRATO EPISCOPIS. Animum nostrum pro negotio uestro otiosum aut desidem non putetis. nam non aliter de uestra fatigatione quam de propria cogitamus.
2 Mena siquidem ecclesiae nostrae notario insinuante cognouimus cari<ta>tem uestram adhuc obseruationum molestias sustinere et ideo, ut istis aduersitatibus deus omnipotens dignetur praestare remedium, tam ad Iohannem fratrem et coepiscopum nostrum scripta dreximus quam filio nostro Dioscoro diacono

3 acerue *V* ferat *o*² 4 fraternitatem <et> dilectionem *non recte ρ; ego* dilectionem *uncis inclusi, non quo uocabulum illud delendum esse censerem; immo idem uolui quod rectius fortasse sic edidissem* etiam {dilectionem / fraternitatem, *scilicet ut significarem in exemplari ad Iohannem misso fuisse* fraternitatem, *in exemplari ad Dioscorum dato* dilectionem 6 tantum *V, corr. o*² 7 uidemur *V, corr. o* 9 fuerint *V, corr. o*² 11 aliquod *edd. cum α* 15 <die> quo supra *scripsi:* q̃f *V*

**172.** *Dat. ut ep. 171. Edd. Car. I² 509; Collect. Concil.; BTA I 432; Thiel 908; commemorat Bar. ad. a. 519, 134.* 18 occiosũ *V* puteis *V, corr. α* 21 caritem *V, corr. α* molestia *V, corr. o*² sunt inire *V, corr. o*²

per litteras nostras iniunximus, ut domno et filio nostro Iustino principi necessitatem et causam uestrae dilectionis insinuet et instanter agat, quatenus desideriis uestris dominus noster
congruum praestare dignetur effectum. cum quo Dioscoro 3
diacono debet loqui uestra fraternitas, quia necesse est, ut intentioni uestrae uel intuitu catholicae communi<oni>s uel consideratione nostrae adhortationis studeat. Data <die> quo supra cons. ss.

## (173.)

<HORMISDA DIOSCORO DIACONO.> De laboris tui, quem cum dei omnipotentis iuuamine suscepisti, pro ea parte, quae acta est, gratulamur effectu et indicamus ut, quemadmodum reuocandi sint hi, qui exscripto constituta Chalcedonensis concilii damnauerunt, debeas cogitare, ne forsitan tales non scismatici sed magis haeretici uideantur an certe una sit causa tam eorum qui sermonibus, quam eorum qui conuincuntur scripto damnasse, quia per hanc distantiam filius noster uir illustris Albinus religiosus uidetur facere quaestionem. et cogita, utrum et scribentes contra Chalcedonense concilium per illum generalem libellum tantum suscipi debeant an certe aliquid
amplius adicere. de Alexandrina et Antiochena ecclesiis 2
solatio dei nostri adiutus enitere, ut omnibus recte dispositis
communioni catholicae socientur. Thomae quoque et Nico- 3
strati fratrum et coepiscoporum nostrorum obseruatio nos longa contristat et miramur, cur apud catholicum principem

4 dioscorum *V, corr.* o² 6 intuitẹ *V, corr.* o² communis *V, corr.* ρ 7 <die>quo supra *scripsi:* q̇ſ *V*

**173.** *Haec epistula missa non uidetur, immo ni fallor nihil est nisi uetustior quaedam forma epistulae 175. Edd. Car. I² 508; Collect. Concil.; BTA I 429; Thiel 904; commemorat Bar. ad a. 519, 134.* 10 Hormisda Dioscoro diacono *praefixit Car. (cf. indicem generalem editum in Prolegom. cap. I): om. V* 11 deo *V, corr.* o 13 sunt *Car.* ex scripto *V, correxi* 14 cogitari *V, corr.* o² scismaticis *V, corr.* α 15 uidentur *V, corr.* o 17 per *V*: propter *Coust.* 22 nostri] n̄ri α: n̄n *ut uidetur V* enitire *V, corr.* o

rectae fidei laborare uidentur episcopi. quorum desideria tua
debebit caritas subleuare agendo. quatenus optata consequen-
4 tium maeror conuerti possit in gaudium. Iohannes Nicopoli-
tanus episcopus per Ammonium diaconum nobis scripsit.
quod ei aliqui maliuoli apud principem nitantur generare
calumniam: quem dilectioni tuae commendamus hortantes,
ut elabores, ne eius quieti inimicorum possit nocere subreptio.
5 quem Ammonium diaconum ad nos uenientem in sedis apo-
stolicae noluimus communione suscipere tamdiu, donec habito
cum Sergio diacono tractatu quid ordinari debuerit quaereremus,
et hoc deliberatio nostra supra dicto diacono probabilis inuenit,
ut per testimonium libelli communioni catholicae iungeretur:
quem libellum sollemniter oblatum et nostrae offerentem
communioni significamus adiunctum. Data.

## (174.)

HORMISDA POMPEIO. Ita deuotionis nostrae animum gaudio concordiae fatemur impletum, ut nulla credamus uerba sufficere, quibus fidei uestrae puritatem ualeamus explere. magna profecto memoria felicitatis transibitis ad posteros, quia nos in facienda pace sollicitudine certum est fuisse constrictos. habetis apud diuinitatem meritum, cuius religioni persoluitis affectum. operati quidem estis generalitatis desideria sed et uestra pariter completa sunt uota. et cum animae uestrae paraueritis praemium, uniuersitas sibi beneficium gaudet impensum.

1 uideantur *edit. reg. et sic p. 632, 7* 3 memor *V, corr.* o² pos-scit *V, corr.* ρ 5 aliquid *V (cf. p. 632, 11), corr.* o nituntur ρ, *at cf. p. 632, 11* 6 dilectionis *V, corr.* o 7 posscit *V, corr.* o 10 quid *Thiel (cf. p. 632, 16)*: qui *V* 11 <de> supradicto *edit. reg., at cf. p. 632, 17* 13 solemniter *V* 14 communionis *V, corr.* ρ Data.] *nec diem nec mensem additum non mireris, si quae initio epistulae subnotaui consideraueris*

**174.** *Dat. ut ep. 168. Edd. Car. I² 504; Collect. Concil.; BTA I 427; Thiel 882; commemorat Bar. ad a. 519, 77.* 16 POMPEI *V, corr.* o 17 suficere *V* 20 sollicitudinem *V, corr.* o² 21 persoluistis ρ² 23 complecta *V, corr.* o

quapropter de⟨bita⟩ u⟨o⟩s honorificentia salutantes hortamur et 2
petimus, ut uiuacitate, qua quietis ecclesiasticae coepistis initium, procuretis effectum et. quocumque contentionis alicuius uideritis remansisse uestigia, curetis modis omnibus insequenda. adeste ecclesiarum dei plenissimae tranquillitati, insistite labori quem fidei uestrae munere domino curastis offerre. facitis enim, ut maiore a uobis fiducia exigamus plenitudinem. quos gratulamur desideratae diutissime adunationis initia notiua fundasse. Data die quo ⟨supra⟩ cons. ss.

## (175.)

HORMISDA DIOSCORO DIACONO. De laboris tui quidem, quem dei omnipotentis iuuamine suscepisti, pro ea parte, quae acta est, gratulamur effectu indicantes omnibus Italiae populis, quae auctore deo per te acta sunt, placuisse et gratias deo nostro sine cessatione persoluimus. qui te fecit agnoscere, quia non pro odio sed pro causae magis fueris amplitudine
destinatus. unde quoniam supplicem et puram cogitationem 2
nostram per te misericordia diuinae propitiationis adiuuit, necesse est, ut de industriae uel fatigationis tuae praemio et uicissitudine cogitemus. nam sequenti tempore scribere domno et filio nostro imperatori disponimus, ut te Alexandrinum episcopum debeat ordinare. iustum est enim, ut ea doctrina uel moderatione tua corrigatur ecclesia, in qua praecipue
ab istis aetatis tuae principiis militasti. nam displicuit nobis, 3
quod caritatem tuam clementissimus imperator Antiochenae

1 de⟨bita⟩ u⟨o⟩s *temptaui.* debita *Car.*: dſ (= deus) *V* 2 cepistis *V* 5 plenissime *V* 6 insisstite *V* curasti *V*, *corr.* $\rho^2$ 8 diustissime *V*, *corr.* *α* 9 data dq̄ cons. ss. *V*; *ego* supra *inserui*

**175.** *Dat. (simul cum ep. 227) a. 519 die 3 Dec.; per Paulinum. Edd. Car.* $I^1$ *508; Collect. Concil.; BTA I 431; Thiel 905; commemorat Bar. ad a. 519, 134. De similitudine epistulae 173 cf. quae illius initio subnotaui.* 17 simplicem *Thiel* pura *V*, *corr. o* 21 alexandrinam *V*, *corr. o* 22 ea *V*: tua $o^2$ 23 uel *scripsi:* ut *V*, et *ρ* 24 istis *V*: ipsis *Car.* militati *V*, *corr.* $o^2$

praeponere nitebatur ecclesiae; melius enim in solo patriae
tanti accipis sacerdotii dignitatem, ut Aegyptios populos
doceas quam inter Syros nouos et incognitos homines in alia
4 orbis parte progenitus errare uidearis. Thomae quoque et
Nicostrati fratrum et coepiscoporum nostrorum obseruatio
longa nos contristat et miramur, cur apud catholicum principem
rectae fidei laborare uideantur episcopi. quorum desideria tua
debebit caritas subleuare agendo, quatenus optata conse-
5 quentium maeror conuerti possit in gaudium. Iohannes Nico-
politanus episcopus per Ammonium diaconum nobis scripsit,
quod ei aliqui maliuoli apud principem nitantur generare
calumniam: quem dilectioni tuae commendamus hortantes, ut
elabores, ne eius quieti inimicorum possit nocere subreptio.
6 quem Ammonium diaconum ad nos uenientem in sedis apo-
stolicae noluimus communione suscipere tamdiu, donec habito
cum Sergio diacono tractatu quid ordinari debuerit quaere-
remus, et hoc deliberatio nostra supra dicto diacono probabilis
inuenit, ut per testimonium libelli communioni catholicae iun-
geretur: quo libello sollemniter oblato nostrae offerentem com-
7 munioni significamus adiunctum. Paulinum ecclesiae Romanae
defensorem commendamus et hortamur, ut nihil indispositum
pro festinatione uestri reditus relinquatis, quia melius cuncta
sub prolixitate temporis cum dei nostri iuuamine disponuntur
et gratius est, <si> sub mora omnium ecclesiarum ordinetur
status quam cum per festinationem aliquid imperfectum rema-
neat, unde iterum et labor nobis generetur et nostris afferatur
ordinationibus difficultas. Data die <quo> supra cons. ss.

2 accipies *Car.* egypcios *V* 3 homine *V*, *corr.* *o* 4 urbis *V*, *corr.* $o^2$ 5 fratrum *Car.*: et fratrum *V* 9 memor *V*, *corr.* $o^2$ con uerti *V*, *corr.* *α* 11 aliquid *V* (*cf. p. 630. 5*), *corr.* $o^2$ nituntur *Car.* 15 noluisti *V*, *corr.* *α man. post.* (*cf. p. 630. 9*) 17 <de> supradicto $o^2$ 23 temporibus *V*, *corr.* $o^2$ 24 si *addidi*, ut ρ 25 festinacione *V*, *corr.* *α* 27 die <quo> supra *scripsi* (*i. c. 3 Dec. a. 519*): dif *V*

## (176.)

HORMISDA IUSTINIANO ILLUSTRI. Benedicimus ineffabile diuinitatis auxilium, quia de ecclesiarum pace uniuersitatis desiderium sub tranquillitate agnouimus fuisse completum. quod quidem non praeter opinionem nostram contigit fieri, quia religiosissimi Augusti praesumpti genere spem semper gessimus de quiete et credidimus faciendum sub principe Christiano,
<quod> de adunatione erat in uoto. quare habebit gloriosus 2
imperator de hac causa triumphorum titulos, non quibus se obliuio mortalitatis interserat, sed quos diuinitatis gratia sub perpetuitate confirmat, et nobis quoque caelestis remunerationis non deerit praemium, qui adiuuistis boni principis institutum atque obsequio conuenienti desiderio horrorem segregationis fecistis excludi. benedictus dominus deus noster, qui uisitauit et fecit redemptionem plebis suae!
superest nunc ut, quia uobis huiusmodi officium certum est 3
prouidentia diuinitatis iniunctum, adcingatis,' ut ait, lumbos et pacificae adhortationis uiribus persequamini. a quibus pacem non uidetis agnosci, maxime quia gloriae uestrae detrahitur, si quid in hac causa fuerit minus impletum. circuminspicite omnia fide qua uiuitis et diligentia qua uigetis occurrite omnibus incursibus, quibus religionis Christianae reuerentiam uidetis esse uexatam, ut instantiae uestrae boni possimus cum exultatione dicere: reminiscentur et con-

14 Luc. 1, 68    17 cf. Esai. 32, 11    24 Psalm. 21, 28

**176.** *Dat. ut ep. 168. Edd. Car.* $I^2$ *503; Collect. Concil.; BTA I 426; Thiel 881.*  6 agusti p̄sumti *V*  7 et <quod> *Car.*  8 quod *inserui* uotum *V, correxi; id quod restitui, requiritur etiam exeuntium syllabarum consonantia* (auxilium . . desiderium . . completum, genere . . quiete, Christiano . . uoto *etc.*)  10 *sq.* super petuitate *V, corr.* α *man. rec.*  11 confirmet *edit. reg. euersa syllabarum consonantia* (interserat . . confirmat)  12 deserit *V, corr.* $o^2$  adiuuisti *V, corr. Car.*  13 conuenientis *V, corr. edit. reg.*  16 huiuscemodi *uulgo cum* α  19 gā *quod ante* gloriae *exhibet V del. Hartel:* gr̄a (= gratia) α, gratiae *Car.*  22 hoc currite *V, corr.* o  23 boni *V*: bene $o^2$

uertentur ad dominum omnes fines terrae. quae cum ita sint, uos qui ecclesiae catholicae tranquillitatis fecistis initium, procurare decet effectum: non deerit saluatoris nostri fauor in perfectione, qui uobis hoc opus inspirauit incipere. Data die quo ⟨supra⟩ cons. ss.

## (177.)

HORMISDA * * Cum necesse fuerit scripta domno filio nostro clementissimo principi destinari, amplitudinem uestram silentio praeterire nequiuimus et ideo salutationis honorificentiam praeloquentes eos, qui in rem destinati sunt, commendamus, postulantes, ut domino nostro auctore sub uestra dispositione celeriter ad destinata perueniant, ut sacratissimus et religiosissimus imperator meritorum suorum gloriam possit sine dilatione cognoscere.

## (178.)

HORMISDA GRATO U. S. Contristauit nos amplitudinis uestrae silentium, quia inter quaslibet occupationes nostri esse non debuistis immemores, et ideo, ne quod nobis reprehendimus, incurrere uideamur, necesse fuit operam stili praesentis adsumere, per quam nobilitatem tuam ho⟨no⟩rifice salutamus postulantes, ut sollicitudinem nostram de bono uestrae prosperitatis non desinatis efficere certiorem, quia incolomitatis uestrae bona quibuslibet indiciis deo nostro cupimus propitiante cognoscere.

2 tranquillitatem V, *correxi*: tranquillitati *Car.* 3 procuraret V, *corr.* o 4 fabor V 5 Data dq̄ V supra *addidi*

177. *Dat. ut ep. 168. Edd. Ballerinii in Appendice ad S. Leonis opera (Venet. 1757) p.* CLXVI; *BTA I 426; Thiel 882. 7 lacuna in V non est notata; excidit nomen notabilis cuiusdam aulae imperialis personae.* 12 ad o² *Baller.*: ut V

178. *Dat. ut ep. 168. Edd. Car. I² 505; Collect. Concil.; BTA I 428; Thiel 884.* 18 debuistis o: debuisti V, *quo seruato* immemor *a man. post.* ⟨in⟩ uobis o² 20 horifice V, *corr.*

## (179.)

HORMISDA IULIANAE ANICIAE. Litteris amplitudinis uestrae perceptis gratias deo nostro de catholicae fidei redintegratione persoluimus optantes, ut ipse uestris sensibus pro religione sua, quod concessit, longa aetate conseruare dignetur studium, ut sicut personam uestram imperialis sanguinis uena nobilitat, ita conscientia bonorum meritorum luce praefulgeat. unde 2 salutantes cultu atque honorificentia competenti poscimus, ut in eo, quo coepistis, permanere proposito debeatis et dare operam, ut ad effectum conatus tantae causae perueniat, ne aliquod in posterum semen huius mali remaneat, unde posthac sub qualibet occasione inimicus quilibet fidei reuirescat.

## (180.)

HORMISDA ANASTASIAE. Postquam deus noster ecclesiae suae membra in pacem pristinam redeuntis solidauit, diu uos desiderasse testamini, quod prouenisse gaudentes et nos quidem indesinenter diuinam clementiam deprecamur ut, sicut has regni primitias grataliter accepit, ita fidem boni principis omni semper adiuuet prosperitatis effectu et tam ipsum quam uos omnes in sacrosancto religionis amore custodiat, ut, quorum fides errorem pessimae dissensionis abiecit, et uita in terris floreat et aeternae salutis remuneratio subsequatur. nunc igitur uos quoque uota nobiscum coniungite et omnibus 2 a deo uiribus implorate, ut huius correctionis exemplum

**179.** *Dat. ut ep. 168. Edd. Car.* $I^2$ *504; Collect. Concil.; BTA I 427; Thiel 883; commemorat Bar. ad a. 519, 77.* 3 praeceptis *V, corr.* ρ 4 scensibus *V* 5 quod *edit. reg.*: quem *V* 7 conscientia *ex* conscientiae (*sic* α) *corr.* $\rho^2$: consientiae *V* 8 possimus *V, corr.* $o^2$ 9 praeposito *V, corr.* ρ

**180.** *Dat. ut ep. 168. Edd. Car.* $I^2$ *505; Collect. Concil.; BTA I 428; Thiel 883; commemorat Bar. ad a. 519, 77.* 14 HORMISDAE *V, corr.* o 16 testamini *Bull. Taur.*: certamini *V* gaudetis *Bull. Taur.* 19 effectum *V, corr.* o 21 abiectit *V, corr.* o uita $\rho^2$: tu ita *V* 23 nobiscum $o^2$: nobilium *V* 24 utribus *V, corr.* $o^2$

omnes sequantur ecclesiae, ut nihil sibi diabolus remansisse gaudeat, quem in totum paene iam nostra concordia gratulatur exclusum.

## (181.)

IUSTINUS AUGUSTUS HORMISDAE PAPAE. Quanto flagramus
studio pro colligendis concordia sacratissimis ecclesiis iam-
dudum planum fecisse dinoscimur, qui et ab ineunte nostro
imperio sanctitudinem uestram admonendam duximus, quo
certos dirigeret, ut interuentu eorum remedium aliquod his
rebus inueniri possit. et, antequam aduenerint qui destinati
sunt, cuncta praeparauimus, quo facilius transigerentur, quae
2 per hanc florentissimam urbem disponenda fuerant. uerum
quoniam preces nostro numi<ni>porrectae sunt ex diuersis Eois
prouinciis certa quaedam disserentibus pro fide catholica
secretaque suae mentis declarantibus, quae apud se pro
indiuidua trinitate constituta testantur quaeque firmiter sese
retenturos ostendunt, hisque relectis Dioscorus aliqua asseruit
non conuenienti ordine inserta fuisse: merito duximus aperienda
3 nobis ea, quae sumus edocti. non multo itaque post a nobis
quidam destinabitur ad certiorem faciendam beatitudinem
tuam super omnibus et insinuandas nobis supplicationes,
quae nobis oblatae sunt, et responsum pietatis uestrae referendum,
quo possint resecari tandem dubitationes incongruae. securi
igitur de nostro consilio sollicitis orationibus placare nobis

1 diaboli *V*, *corr.* $\rho^2$

**181.** *Dat. (simul cum epp. 182 183 185) a. 520 die 19 Ian.; per Eulogium. Edd. Car. I² 529; Bar. ad a. 520, 3; Collect. Concil.; Thiel 908.* 6 concordiā *V*, *corr.* ρ 7 <nos> planum *Car.* dinoscitur *V*, *correxi (cf. ep. 232 § 1)* 9 interuentum *V*, *corr.* ρ aliquid *V*, *corr.* ρ 11 transigentur *V*, *corr.* $\rho^2$ 13 numi *V*, *corr.* ρ 14 disscerentibus *V* 15 secreta quę *V* menti *V*, *corr. Car.* 17 recenturos *V*, *corr.* ρ aseruit *V* 20 ad ρ: a *V* 22 nostrę *V*, *corr. α man. 1* 23 dubitacionis *V*, *corr.* ρ incongrue *V*, *corr.* $\rho^2$

diuinitatem summam dignemini. Data XIIII. Kal. Febr. Constantinopoli Uitaliano et Rusticio conss.

## (182.)

EXEMPLAR RELATIONIS IOHANNIS EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

DOMINO PER OMNIA AMABILI DEO SANCTISSIMOQUE FRATRI COMMINISTRATORI HORMISDAE ⟨IOHANNES⟩ IN DOMINO SALUTEM.

Quemadmodum puro corde et caritate spiritali apud nosmet ipsos habemus te, frater karissime. et quemadmodum te per omnia ducimus uenerandum, ex operibus his satisfactum esse uestrae reuerentiae iudicamus dominicae obsequentes uoci manifeste clamanti: q u a e u u l t i s u t f a c i a n t u o b i s h o m i n e s, s i c e t u o s f a c i t e e i s, et apostolicam doctrinam amplectentes docentem nos: i n u i c e m h o n o r e p r a e u e n i e n t e s. haec operibus ostendere festinamus uinculum insolubile spiritali 2
caritate adunationem sanctarum ecclesiarum continentes. quo nec contrariorum spirituum ictibus nec fluctuationibus malorum principis uel ueritatis inimici titubare possimus auxiliante nobis sancta et consubstantiali trinitate intercessione gloriosae et uere dei genitricis Mariae. per quae praecipue, domine 3
nobis atque sanctissime, immobilem permanere oremus nostrarum uestrarumque ecclesiarum statum. nihilominus et inseparabilem custodiri fidei unitionem; potens est enim deus uictoriae palmam sperantibus in eum sine certamine

11 Matth. 7, 12  13 Rom. 12, 10

1 IIIIX $\bar{\text{K}}$ feb̄ constantinopolī *V*  2 Rustico *V*, *correxi*  coñs *V*
**182.** *Dat. ut ep. 181; respondet epistulae deperditae datae ab Hormisda sub finem a. 519.  Edd. Car. I² 529; Collect. Concil.; Thiel 909; commemorat Bar. ad a. 520, 3.*  4 EXEMPLA *V*, *corr. a man. post.*  IOÑIS CONSANTINOPOLIT̄ *V*  6 Iohannes *inserui*  7 quę ammodum *V*  8 que ammodum *V*  9 his '*interpretis esse qui . . articulum graecum* τοῖς *reticere timuit*' *putat Thiel*  11 manifestare *V*, *corr.* o²  13 uos *Car. coniungens cum eis quae sequuntur*  15 ad unitionem *edit. reg.* quo *edit. reg.*: que *V*  17 principi . . inimico *V*, *corr. edit. reg.*  18 sancte et consubstancialis trinitatis *V*, *corr. edit. reg.*  19 uerae *uulgo*  20 nobis domine *trsp.* a  21 oramus *Car.*  22 custodire *V*, *correxi*

4 condonare. instantis autem dominicae passionis numerum,
qui nestris continetur litteris, ex repositis apud nos diei
paschalis annalibus recte habere significamus et ante quidem
scientes et nunc scrupulosius requirentes: sine dubitatione
mundi festiuitatem incolumes nos celebrare XIII. Kalendarum
Maiarum die optamus, qui est proprie nonus decimus dies
5 futuri mensis Aprilis. orate igitur et circa nostram memoriam
nullam obliuionem nester animus, sanctissime, habere dignetur.
omnem, quae cum uestra est sanctitate, in Christo fraternitatem
ego quoque et mei plurimum salutamus. ET ALIA MANU:
Incolomes in domino orate pro nobis, amabilis deo et sanctissime
frater. Data Constantinopoli XIIII. Kal. Febr. Uitaliano et
Rusticio uu. cc. conss.

## (183.)

EXEMPLUM RELATIONIS IOHANNIS EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

DOMINO MEO PER OMNIA AMABILI DEO SANCTISSIMOQUE FRATRI ET COMMINISTRATORI HORMISDAE IOHANNES IN DOMINO SALUTEM.

Quantam alacritatem aut quale desiderium piissimus et Christianissimus imperator circa perfectam unitionem uniuersarum ecclesiarum habeat, non uoluntate tantum sed operibus ipsis habitantibus in hac regia urbe uel ante quam ad regnum

1 condonarae *V* 3 pascalis *V* 4 sientes *V*, *corr.* α 5 mundi *V*: omni *Thiel* 6 ñnus Xmus *V* 9 sanctitatē *V* *corr.* ρ² 12 k̄ feb̄ *V* 13 Rustico *V*, *correxi* cons̄ *V*

**183.** *Dat. ut ep. 181. Edd. Car. I² 552; Collect. Concil.; Thiel 958.* 17 Iohannes *V*: 'alias Epiphanius' *manus recentissima adscripsit in marg. codicis Angelicani, ni fallor rationem habens codicis Ottoboniani 474 (saec. 16) complectentis permultas paparum epistulas cum ex aliis fontibus tum ex Auellanae codice α desumptas. in quo codice Ottoboniano cum et hic et in ep. 184 primo recte Iohannis nomen scriptum esset, postea tamen is qui collectionem illam composuit ei deleto ex coniectura substituit nomen Epiphanii a Carafa ceterisque editoribus receptum. qua coniectura nihil esse falsius demonstraui Beiträge p. 41 sqq.* 18 qualē *V*, *corr.* ο 19 circa *Thiel*: cari *V*, caram *Car.* 20 uoluntatē *V*, *corr.* ο 21 uel *scripsi*: ut *V*, et *cod. Angelic.*

a deo sibi datum perueniret ostendit. sanctitati autem uestrae
ex correctis ab initio regni eius et usque nunc laboribus
maxime manifestauit, per quos omnia catholicae ecclesiae
membra in unum domini et saluatoris nostri Iesu Christi
corpus cum prompto nititur animo coniungere. et quid opus 2
est uerbis uti prolixis, quia rebus ipsis, quamquam nos ueri
testes existere ualeamus, habet tamen et uestra sanctitas
experimentum, quod et per se ipsa cognouit? confirmat quidem
haec, quod et nunc additur. nam quidam, qui sub potentissima 3
eius manu sunt, religiosissimorum sacerdotum ex Orientalium
partium regionibus preces porrexerunt docentes de his, quae
uoluerunt. nec hoc latere uestram uolens sanctitatem bene
deliberauit ut, quod iam factum est, in praesenti denuntiaret
uestrae sanctitati paulo post de eo his manifestius significare,
ut communi consilio praecedente omnium domino et saluatore
nostro Iesu Christo ea, quae ad utilitatem communem conueniunt et undique sunt inreprehensibilia, catholicae fidei
correctionibus clarescant. oportune igitur existimantes fraternis 4
litteris uestram sanctitatem et carissimis alloquiis rogamus,
ut maius et instantius pro piissimo principe nostro omnium
dominum deum orare dignemini. omnem in Christo fraternitatem, quae cum uestra est sanctitate, ego quoque et qui
mei plurimum salutamus. ET ALIA MANU: Incolomis in domino
ora pro nobis, amabilis deo et sanctissime frater.

6 uerbi *V*, *corr.* o quia *temptaui:* qui *V; fortasse post* rebus ipsis *aliqua exciderunt, neque enim uereor ne adsentiaris Thielio arbitranti* '*pro* quamquam *interpretem dictasse* tamquam *ex Graeco* ὡς' 10 manus *V*. *corr.* o 11 quae] *hoc uocabulo desinit codicis V fol. 137, quaternio XIX; cui quod adiunxerat librarius folium unicum, excidit suppletumque est folio chartaceo saeculi XVII (cf. Proleg. cap. I). quare in hac parte sequimur codicem* α 14 ea α, *correxi* 18 correctionis α, *corr. edit. reg.* 19 clarissimis α, *corr. edit. reg.* alloquiis α *ante rasuram:* alloqui o *et post rasuram* α 22 qui *om. Car.* 23 incolomes α

## (184.)

EXEMPLUM RELATIONIS IOHANNIS EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

DOMINO MEO PER OMNIA AMABILI DEO SANCTISSIMOQUE FRATRI ET COMMINISTRATORI HORMISDAE IOHANNES IN DOMINO SALUTEM.

Paulinus uir honestus defensor, qui uestram retulit epistolam uestraeque sanctitatis uirtutes in se ostendens cum gaudio nobiscum conuersatus, suam solli<ci>tudinem communibus consiliis actibusque contulit. sed quoniam ad nos festinantem non oportebat eum prolixiore tempore remorari, ideoque reciprocis alloquentes uestram sanctitatem protegi praefatum uirum et uestri dignum amoris fidelem seruum subsistentem

2 commendamus. erit autem de his, quae a nobis gesta sunt pro uestro animo, et circa sanctas ecclesias sollicitudine, quam gerimus uigilanter, nobis dignus fidei enarrator. nam nos orationibus uestrae sanctitatis et naturalem bonitatem huius rei respicientes uigilantissimum habemus studium et deo cooperante in plurimis uerbum gratiae discurrens sine

3 aliqua obsistentia ad effectum nostram ducit intentionem. sed quia difficultates aliquae accesserunt. gubernatione utique et miti dispositione ea, quae hinc mouentur, oportet competenter exponi. sicut et uestra cognoscit super omnia sanctitas, et, quemadmodum oportet eos, qui greges dei pascere sortiti sunt, uniuersa ad gloriam dei et agere et moliri spem salutis

184. *Dat. a. 520 sub finem mensis Ianuarii, per Paulinum: respondet Hormisdae epistulae cuidam deperditae datae (simul cum epp. 175 et 227) die 3 Dec. a. 519. Edd. Car. I² 552; Collect. Concil.; Thiel 985.* 2 Iohannis α: Epiphanii *Car.; cf. ea, quae epistulae 183 subnotaui, et Beiträge p. 41 sqq.* 5 uir honestus *scripsi:* un α, uestrae sedis *Car.*, uenerabilis *Thiel* 7 nobiscum] nob α *fort.* conuersatus est 8 sollitudinem α, *corr.* ρ² communis α, *corr. Car.* 8 ad α *sed* a *in ras.* 9 tpr α *sed* pr *in ras.* ideo *Thiel* 13 sollicitudine *ras. ex* sollicitudine α 14 uigilarer α, *correxi:* uigilare ο nobis ο ennarrator α 16 habemus *scripsi:* habentem α 17 im α 19 gubernacine α, *corr. cod. Angelic.* 20 mitti α, *corr. Thiel:* imiti ο hic *Car.* cõpetur (te *superscr.*) α, *corr.* ο 21 sanctitatis α, *corr.* ο 22 quemamodum α

in eum habentes et sicut scriptum est: diligentibus
deum omnia cooperantur in bonum. ea enim, quae
uobis placeant, sicut dictum est, sentire quoque et agere
nitimur, sanctissime. omnem in Christo fraternitatem, quae 4
cum uestra est sanctitate, ego quoque et mei plurimum
salutamus.

## (185.)

SUGGESTIO GERMANI EPISCOPI FELICIS ET DIOSCORI DIACONORUM ET BLANDI PRESBYTERI.

Reuerenda uestri apostolatus alloquia per filios uestros
Leonem atque Eulogium desiderabili hilaritate suscepimus.
quorum prius praeceptum, cur quae Thessalonicae contigerunt
non insinuauimus, arguebat. sed longe ante eius aduentum
occasione comparata curauimus significare, quaecumque uel
rumore uenientium uel eorum, qui pertulerunt, scriptis
(quorum exemplaria subter adiunximus) uel piissimi principis
narratione comperimus. secuta est uindictae promissio, adeo 2
ut Dorotheus Thessalonicensis episcopus ad Heracliam deduce-
retur ciuitatem, donec causa terminum reperiret. inter haec 3
secundum ea, quae praecepistis, auctoritatem apostolatus
uestri principi insinuare curauimus, ut ad percipiendam
doctrinam catholicae puritatis Romam praefatus Dorotheus
una cum Aristide mitteretur. qui respondit causam non esse,
pro qua Romam dirigerentur audiendi, ubi sine accusatorum
controuersia sese possent liberius excusare. sed repente, dum
haec geruntur, ab Heracliensi, quantum agnouimus, in qua

1 Rom. 8, 28

1 diligetib; *α* 4 nititimur *α*, *corr.* *o*
**185.** *Dat. ut ep. 181; respondet epistulae deperditae datae ab Hormisda sub finem a. 519. Edd. Car. I² 530; Bar. ad a. 519, 141; Collect. Concil.; Thiel 910.* 8 Suggestio] *incipit rursus uetus scriptura codicis V* DIAC *V* 11 hylaritate *V* 12 thesalonicę *V* 18 thesalonicensis *V* 19 repperiret *V* 22 romanam *V*, *corr.* *ρ²* 23 aristi-dimitteretur *V*, *corr.* *o* 24 diligerentur *V*, *corr.* *ρ²*: delegarentur *o²*

tenebatur, dimissus est ciuitate: quam ob causam uel qua
4 ratione aut conditione uel quibus agentibus, ignoramus. de paschali die uestra beatitudo cognoscat concordare Orientalium cum apostolica sede sententiam, ut XIII. Kal. Maiarum die festiuitas celebranda speretur, sicut Iohannis quoque Constan-
5 tinopolitani antistitis relatione clarebit. superest, ut orationis beatitudinis uestrae adminiculo celeriter, sicut cupimus, uestris mereamur praesentari uestigiis.

## (186.)

### INDICULUS QUI DIRECTUS EST A IOHANNE EPISCOPO UEL AB EPIPHANIO PRESBYTERO DE THESSALONICA.

Si pro peccatis nostris isti, qui hinc adducti sunt, episcopi Constantinopolim fuerint ingressi, non dicamus, quod imperatorem uisuri sunt modis omnibus et suis locis restituentur (tantas enim pecunias secum detulerunt, ut non homines sed possint angelos excaecare) — si ergo, quod absit, ingressi fuerint, tanta falsa per nostram absentiam dicturi sunt, quanta potest diabolus inuenire. nam si hinc in conspectu nostro plura temptauerunt et domino nobiscum stante confusi sunt,
2 quanta facient per absentiam nostri? ut ergo eorum possit dissipari malignitas, iubete nobis praesentibus, si ad audientiam pro peccatis uentum fuerit, ut constet apud omnes nos immerite mortuos esse et illos patrocinio pecuniae laborare; nos enim eos in omnibus in conspectu senatus conuincere possumus, quod haeretici perfecti sint. tunc demum eorum potest
3 monstrari fallacia. item dicendum: si haeretici non sunt, quomodo ante duas hebdomadas, quam nos uenissemus, statu-

3 pascali *V* 5 io$\bar{\text{n}}$s *V, corr.* o[2] 6 orationibus *V, corr. Bar.:* orationum ρ[2]
**186.** *Indiculus Thessalonica Constantinopolim missus a. 519 initio mensis Octobris. Edd. Car. I[2] 530; Bar. ad a. 519, 136; Collect. Concil.; Thiel 901.* 10 INDICULUM *V, corr.* o[2] 11 THESALONICA *V* 12 abducti *Bar.* 14 suis] ss *V* 17 abscentiam *V* 18 hic *cod. Angelic., sed cf. p. 643, 2* 20 abscentiam *V* 21 iubete nobis praesentibus] '*supple* eos audiri' *Thiel* 22 immeritę *V:* immerito *Car.* 23 peccunię *V* 27 ebdomadas *V*

erunt omnes in unum episcopi, ne quis missas foras ciuitate teneret sed hinc omnes, ut et multitudo esset seditioni futurae congregata et doceri possit secundum errores eorum? qui postquam senserunt nos uenire, publice praedicauerunt festinandum esse cum paruulis, ne persecutione ueniente pagani morerentur infantes, et tunc uelut <ad> alterum pascha tantos baptizauerunt, ut consuetam festiuitatem superarent. item 4
dicendum: si haeretici non sunt, quomodo tanta sacramenta confecerunt, ut canistra plena omnibus erogarent, ne imminente, sicut dicebant, persecutione communicare non possint? item: si haeretici non sunt, posteaquam accusati sunt gestis a Candido u. s. uicario magistri militum praetorianorum in iudicio praefectorum et sibi maturum periculum cognoscerent adfuturum, quare denuo tamquam damnandi, uelut subuenire iterum paruulis cupientes, tanta rursum et confutati exercuerunt baptismata, ut uere cunctis se haereticos ostendissent? ad quam rem satis et magnifica potestas praefectorum grauissime indignata est. item: si haeretici non sunt, quomodo, cum in 5
baptisterio absconsi essemus, consilio inter se habito per noctem uelut de periculo liberare nos uolentes in naue mittere uoluerunt, ut hac occasione mari praecipites darent, cumque nos respondissemus per Demetrium et Andream diacones 'omnes nos apud uos esse cognoscunt: quomodo per noctem nauigare possumus? sed si uere pro nostra salute consuletis, crastina die secrete quinque uel sex senatores, qui periculum substantiae uel salutis suae metuunt, una cum magistri militum uicario Candido comite iubeatur aduocare: cognoscant et ipsi, ubi transferimur, et facimus quod iubent; sin autem soli secretim, hoc non facimus', tunc illi non inuenientes effectum

1 ciuitatem ρ  2 hic *Thiel, sed cf. supra p. 642, 18*  3 *fort.* posset  6 morerentur $o^2$: memorantur *V*  ad *add.* $o^2$  pasca *V*  9 conficerunt *V*  9 *sq.* imminens . . persecutio *V*, *corr.* $o^2$  10 possent *cod. Angelic.*  11 acusati *V*  12 praetorianorum *Bar.*: pr̄ (= praeter) *V*  19 absconditi *o*  consilium . . habitum *V*, *corr. Thiel*  20 naui *o*  24 consulitis *Car.*  27 iubeat *V*, *correxi:* iubete $o^2$  28 iubetis *Thiel*  29 effectu *V*, *corr. Car.*

ad horam tacuerunt et alia die iterum seditionem populi commouerunt, unde uix deo uolente euasimus?

## (187.)

EXEMPLUM EPISTOLAE IUSTINIANI.

DOMINO SANCTO MERITIS BEATISSIMO ET APOSTOLICO DOMNO
PATRI PAPAE HORMISDAE IUSTINIANUS. Propitia diuinitate, quae
semper ecclesiam catholicam per incrementa fidei instituit,
unitas sanctarum ecclesiarum pro doctrina et auctoritate
2 apostolatus uestri prouenit. sed quoniam comperimus quosdam
nomine monachos, quibus magis discordia studio est quam
caritas et pax dei, cupientes quaedam perturbare ad angelum
uestrum hinc descendentes iter arripuisse: quos beatitudo
uestra praesentibus scriptis causam liuoris eorum cognoscens
ita, ut merentur, suscipere et a se longe pellere dignetur,
quoniam uaniloquia ipsorum festinantium nouitates introducere
in ecclesia, quod neque quattuor synodi uenerabiles neque
sancti papae Leonis epistolae continere noscuntur, in omni
3 loco turbas excitare uidentur: quam etiam ob rem et a uiris
reuerentissimis episcopis et diaconibus directis ab apostulatu
uestro * * ad nos angelus uester destinare dignetur et ipsos
digna correctione perculsos, ut superius dictum est, pellere
iubeat. ergo hoc petimus, ut, sicut supra dictum est, ipsas
huiusmodi litteras per eundem portitorem ad nos dirigere
magnopere praecipiat. sunt autem nomina eorum Achilles,

1 hora *V*, *corr.* $o^2$

**187.** *Dat. (simul cum epp. 216—218) a. 519 die 29 Iunii, per Eulogium. Edd. Car. I*[2] *524; Bar. ad a. 519, 96; Collect. Concil.; Thiel 875.* 8 per doctrinam et auctoritatem *Bar.* 9 apostolatus $o^2$: et apostolatus *V* 10 discrodia *V*, *corr. α* istudio *V*, *corr. cod. Angelic.:* in studio *o* 12 discedentes *Car.* 13 liboris *V* 15 uanę ẹloquia *V*, *corr. ρ* 20 *lacunam indicauit Thiel, qui addi iubet* scripta de iisdem missa sunt. quae autem rescripserit beatitudo uestra, haec per eumdem portitorem; *sed etiam nomen portitoris Eulogii agentis in rebus excidisse putandum est. cf. Beiträge p. 24 adn. 2*

Iohannes, Leontius et Mauritius. haec nostra est maxima 4
sollicitudinis causa, ne unitas, quam uester labor oratioque
perfecit, per inquietos homines dissipetur, sperantes in deo,
quia, si quid est quod adhuc a totius orbis pace dissentiat,
hoc quoque orationibus uestris apostolicae sedis comunioni
societur. praesumentes autem de beatitudinis uestrae beni- 5
uolentia paternam dilectionem nimium petimus, quatenus
reliquiis sanctorum apostolorum tam nos quam basilicam eorum
hic in domo nostra sub nomine praedictorum uenerabilium
constructam illustrare et illuminare large dignemini, cogno-
scentes, quod nullum nobis maius nec munus nec beneficium
praestare potestis, domine beatissime pater, quam si hanc
nostram petitionem adimpleueritis. subito autem iter arripiente 6
praedicto agente in rebus etiam duo pallios holosericos ad
ornamentum altaris sanctorum apostolorum direximus, quos
suscipientes efficacissimis precibus uestris nostri iubete iugiter
memoriam facere.

## (188.)

### ITEM EXEMPLUM EPISTOLAE IUSTINIANI.

Ut plenissima fidei perfectio doctrina beatitudinis uestrae
nobis proueniat, iterum Eulogium uirum strenuum agentem
in rebus iuxta alias causas etiam hacpropter direximus, per
quem ualde petimus, ut per omnia responso apostolatus uestri
circuminspecto et cautissimo in confessione catholicae fidei
confirmetur. post semel enim diuina misericordia donatam 2
catholicae ecclesiae unitatem quidam asserunt Christum filium

1 mauricius *V*: Maxentius *Bar.*, *cf. Thiel p. 876 adn. 6; Loofs, Leontius v. Byzanz (= Texte u. Untersuchungen . . v. O. v. Gebhardt u. A. Harnack III 1, 2) p. 233* *fort.* nostrae 3 ⟨domino⟩ deo *o* 8 basilica *V*, *corr.* $o^2$ 11 munus $\rho^2$: minus *V* 12 *sq.* hac nostra peticione *V*, *corr. o* 14 pallio solosericos *V*, *correxi:* pallia sericia *Car.*, pallia holoserica $\rho^2$ *Thiel* 14 *sq.* ad ornamento *V*, *corr.* $\rho^2$ *Bar.:* adornamento *o*, adornamentum *Car.* 15 quae *Car.* 16 nostri $o^2$: nostris *V*
188. *Dat. (simul cum ep. 224) a. 519 die 15 Oct., per Eulogium; accepta die 17 Nou. Edd. Car. I² 526; Collect. Concil.; Thiel 897.*
22 hanc propter *ρ* 24 circumspecto *o*

dei dominum nostrum pro nostra salute carne crucifixum unum de trinitate debere praedicari. quod si suscipiendum sit, paterna prouisione reuerentia uestra cautissimo suo rescripto quid sequi quidue super hoc euitare debeamus nos certiorare dignetur; quoniam uerba uidentur facere dissensionem: nam sensus inter catholicos omnes unus esse probatur.
3 imponite igitur nobis semel susceptum laborem, sancte ac uenerabilis pater, etiam in hoc decessores uestros sequentes, quorum memoriam et amplectimini et consortio pontificatus ornatis, et de hac intentione liberos nos properate reddere et securos. hoc enim credimus esse catholicum, quod uestro
4 religioso responso nobis fuerit intimatum. quia uero dictum est Scythicos monachos hac ratione ad sedem uestram accessisse, pro traditione patrum et ordine regularum praebito eis responso nihil formidantes ad nos cum litteris uestris iubete remittere; quarum etiam exemplaria consignata praedicto uiro strenuo Eulogio dari praecipite. haec enim omnia ideo petimus nos disponere cautius, ut ne locus mendacio uel insidiis detur, quoniam summo cum desiderio fidem catholicam amplectentes uestra doctrina unitatem uniuerso orbi petimus condonari.

## (189.)

HORMISDA IUSTINIANO ILLUSTRI. Eulogio u. c. filio nostro deferente litteras celsitudinis uestrae suscepimus eoque remeante debitum persoluentes salutationis officium significamus Scyth<ic>os monachos allegasse plurima, quae nos relinquere indiscussa non possumus: sed legatorum nostrorum deo iuuante
2 sustinemus aduentum. pro qua re eos in urbe credimus retinendos, a qua nec ipsi ordinatione dissentiunt. amplitudinem tamen uestram retinere confidimus, quod de ipsis nobis

13 schyticos *V*

**189.** *Dat. (simul cum epp. 190 202 203 207 210 211) a. 519 die 2 Sept., per Eulogium. Edd. Car. I² 527; Bar. ad a. 519, 117; Collect. Concil.; BTA I 439; Thiel 887.* 23 c.] cl' *uel* đ (= deuoto?) *V* 25 significantes *V*, *corr. Bar.* 26 schytos *V*, *correxi:* scythos ϱ², scythas ϱ² alligasse *V*

praeterito tempore litteris destinatis scripserit. in quorum allegationibus, cum legatis remeantibus competenter fuerimus instructi, si quid reprehensione dignum cognitio nostra reppe-r<er>it, necesse est, ut circa eos teneamus ecclesiasticam disciplinam. Uictorem praeterea, qui diaconis habere perhibetur 3 officium, cuius fidem hi ipsi monachi uehementer accusant, uel alios, qui peruersas forsitan obiciunt quaestiones, ordinatione domni filii nostri clementissimi imperatoris ad urbem uobis suggerentibus dirigantur, ut uniuersas allegationes, de quibus contendunt, nos possimus agnoscere.

## (190.)

HORMISDA IUSTINIANO ILLUSTRI. Ita magnificentiae uestrae animum uigere nouimus religionis affectu, ut beneficium a uobis in perfectione pacis ecclesiae uelitis magis exigi quam rogari, iudicantes meritis excellentiae uestrae proficere, quod uos generalitatis desiderio contingit offerre. unde et nos a uobis praesumpte quaerimus tamquam debitum, quod 2 meritis uestris nouimus esse profuturum, et ideo, domine fili, sub omni caritate salutantes speramus, ut immineatis operi, quod domino adiuuante fundastis, memores diuini testimonii: q u i p e r s e u e r a u e r i t i n f i n e, s a l u u s e r i t. praeterea monachos, quos uenisse Romam significastis lit- 3 teris uestris, ad propria mox uoluimus reuerti; sed quia sub testificatione potentiae diuinae dicebant per insidias in itinere paratas uitae sese sustinere posse discrimen, nolentes redire Constantinopolim passi non sumus uiolenter expelli.

21 Matth. 10, 22

3 repperit *V*, *corr.* $\rho^2$ 7 *sqq.* ordinatione . . dirigantur *per anacoluthiam quasi praecessisset id quod* $\rho^2$ *restituit* Uictor . . uel alii 10 possumus *V*, *corr.* $\rho$

**190.** *Dat. ut ep. 189. Edd. Car.* $I^2$ *526; Collect. Concil.; BTA I 436; Thiel 886; ex parte Bar. ad a. 519, 18.* 17 praesumptę *V* 21 finem $\rho^2$, finem <hic> *Car. secundum Vulg.* 22 roma *V*, *corr. a* 25 sese $\rho^2$: esse *V*

quapropter necesse habebimus uenientibus legatis nostris
inquirere, qua re uera faciente causa inter eos fuerit commota
4 discordia. beatissimorum uero apostolorum Petri et Pauli
sanctuaria, sicut religiosissimo quaesistis affectu, per harum
portitorem sub omni ueneratione transmisimus, optantes, oratio-
nibus eorum mentis nestrae oblatio et desideria gratiae sint
5 diuinitatis accepta. petimus quoque, ut tam de his, quae
geruntur pro concordia, quam de incolomitatis uestrae bono
nuntietis sollicitudini nostrae gaudium currente pagina litte-
rarum. Data IIII. Nonas Septb. Eutharico cons.

## (191.)

EXEMPLUM EPISTOLAE IUSTINIANI, PER FRATREM PROEMPTORIS.

Quicquid est cautius, quicquid firmius, ut pro sancta fide
et concordia sacrarum ecclesiarum geratur, optamus. unde ad
beatitudinem uestram et frater noster gloriosissimus Uitalianus
per Paulinum u. s. defensorem uestrae ecclesiae rescripsit et
nos per eundem significare curanimus illa debere beatitudinem
uestram perficere, quae pacem et concordiam sanctis concedant
2 ecclesiis. subinde tamen, qui certius responsum ad sancti-
tatem nestram referat, cum litteris piissimi nostri imperatoris
destinauimus; nam quanta quaestio in partibus nostris orta
est, potest etiam antefatus uir religiosus defensor sanctitatem
3 nestram instruere. unde petimus ut, si est possibile, celerrimo
dato responso et satisfactis religiosis monachis Iohannem et
Leontium ad nos remittatis. nisi enim precibus et diligentia
uestra ista quaestio soluta fuerit, ueremur, ne non possit pax
4 sanctarum ecclesiarum prouenire. ergo cognoscentes, quia et

6 <ut> mentis nestrae *Bar.*, et meritis uestra $\rho^2$ 9 sollicitudinis *V*, *corr. Bar.* 10 euticharico *V*, *corr. Bar.*

**191.** *Dat. a. 519 mense Iulio ineunte, per fratrem Proemptoris. Edd. Car. I² 525; Collect. Concil.; Thiel 885.* 12 per fratrem Proemptoris *V man. 1 in marg.* 14 sanctarum *Thiel* 18 concedat *V*, *corr. edit. reg.* 21 horta *V* 22 antelatus *V*, *corr. Thiel* 23 instrueret *V*, *corr.* $\rho$ 24 Iohanni et Leontio *V*, *corr.* $\rho$ 27 cognoscente *V*, *corr.* $\rho$

merces et periculum istius rei nobis seruatur, diligenter tractate et firmissimum responsum per antefatos religiosos monachos, si est possibile, antequam legatus noster ad beatitudinem uestram perueniat, nobis remittite; in hoc enim solo omnis pendet intentio.

## (192.)

IUSTINUS AUGUSTUS HORMISDAE PAPAE. NOSTROS PER LEGATOS ID EST GERMANUM IOHANNEM EPISCOPOS FELICEM DIOSCORUM DIACONOS ET BLANDUM PRESBYTERUM. Summa quidem habenda
uobis est gratia, quod alacrem operam non dubitatis impendere
ad colligendas adunandasque uenerabiles ecclesias, uerum in
ea praelucet maxime perfecta sollertia, quod homines adoptatis,
qui uoto beniuolo tuae sanctitudinis sincero ac integro possint
animo deseruire. Germanus siquidem reuerentissimus epi- 2
scopus nec non Felix et Dioscorus et Blandus uiri religiosissimi
tanta semet praebuerunt adtentos industria ac in tanta
sapientia uersati sunt, ut, quantum ad officium eorum
pertinet, transactis in plenum et elaboratis omnibus nihil
altercationis superesset ulterius. sed cum ea conditione sit 3
mortalis fragilitas, ut remissius circa se agi desideret et
interrogationibus suis planum praeberi responsum, maxime
cum aliqua causa in immensam hominum multitudinem fuerit
deuoluta, factum est, ut in hac quidem urbe florentissima,
quicquid ordinatum est de causa religionis deque unitate

2 antelatos V, *corr. Thiel*

**192.** *Dat. (simul cum epp. 194—198) a. 520 die 9 Iulii, per Germanum etc.; accepta die 17 Sept. Edd. Car. I² 534; Collect. Concil.; Thiel 918; commemorat Bar. ad a. 520, 28.* 7 *sqq.* nostros .. presbyterum *V minutiore charactere in margine* 8 Iohannem] *Iohannis nomen hic per errorem (notarii apostolici ut uidetur) additum est, quippe qui aegritudine retentus (cf. ep. 200 § 2) demum die 9 Sept. cum ep. 232 Constantinopoli profectus sit. tacetur nimirum Iohannis nomen et in huius epistulae § 2 et in ep. 195 § 7* 8 diac V 13 possit V, *corr.* ο² 16 ac ο²: hac *V* 18 im *V* 22 immensam *scripsi:* immensa *V, quo seruato* multitudine ο

celebranda cum apostolica sede sub temporibus Iohannis
religiosissimae memoriae, cum in sacerdotio regiae huius esset
urbis, id fauente deo seruetur immobile, quin et in aliis
compluribus ciuitatibus probata sit uestra ordinatio atque
suscepta. ceterae uero clementiore quodam indigeant moderamine
in nominibus antistitum, non eorum qui specialiter enumerati
sunt in epistola, quam sanctitudo tua nobis destinasse noscitur,
sed aliorum quorum memoriam maxim<e e>ae ciuitates diligunt,
4 in quibus floruisse noscuntur superstites. quam ob rem legatis
quidem tuae sanctitudinis nulla fuit licentia mandati tenorem
egrediendi, cum quo directi sunt; omnis autem finis negotii
uestro iam tantum pendet arbitrio, ut solus pacem concludere
5 debeat, qui prima rei commouit exordia. sed ea quidem nec
non quaedam commemorabuntur apertius per legatum nostrum,
qui paulo post destinabitur; in praesenti uero redeuntibus
uiris religiosissimis tam appellandam uestram reuerentiam
credidimus quam commonendam, ut suis orationibus pro
nostro utatur imperio proque incolomi statu rei publicae.
Data VII. Idus Iul. Constantinopoli Uitaliano et Rusticio
conss.

## (193.)

IUSTINUS AUGUSTUS HORMISDAE PAPAE. Cum in animo nobis sit, pater religiosissime, ut in omni re nostra inter se concurrant consilia, tum et in Helia uiro reuerentissimo episcopo id constituendum credimus legatis admonentibus uestris, quod inter uarias utrasque rationes expeditius esse perspectum est. nam et in praesenti pontificem Caesariensium urbis fauor tutatur omnium, quem ob instituta pulcherrima non solum incolae ualidissime retinendum arbitrantur sed prope cunctus

5 caetera V. *correxi* 8 maxime eae *scripsi:* maximȩ *V,* maximae *uulgo* 19 constatinop̄ *V* rustitio cons̄ *V*

**193.** *Dat. a. 520 die 7 Iun. Edd. Car. I² 534; Collect. Concil.; Thiel 914.* 22 Iustinianus *typothetae errore Car.* 26 utrimque *Thiel* perspectum *cod. Angelic.:* prospectum *V* 27 fabor *V* 29 incollȩ *V*

Oriens sine dubio ueneratur, et qui prior in eodem fuit sacer-
dotio iniuria se esse remotum queritur. uisum est itaque 2
conuenire, ut nec faciamus impetum contra infinitarum uota
multitudinum aut homo integritate nobilis sede deiciatur,
qua se dignum exhibet, nec anteriori spem prorsus adimi
patiamur repetendi locum denuo, quo se spoliatum sine causa
confirmat. sed in re dubia temperatius uersemur, ita ut
interim quidem hic idem Helias uir reuerentissimus episcopus
in quiete permaneat, uerum postquam successor eius uitam
deposuerit, tum demum ad sedem reuertatur qua destitit,
adhibendis prius omnibus, quae ad impetrandam reditionis
licentiam sacratissimarum regularum postulant definita, inter-
ponendo etiam consensu tam tuae sedis apostolicae quam
florentissimae huius urbis nec non aliarum, quarum hoc interest.
de Thoma etiam et Nicostrato uiris religiosissimis episcopis 3
omnia mancipabuntur effectui, postquam ceterae etiam nobis
copulatae fuerint ad unitatem uenerabiles ecclesiae, quae
praecedente superno praesidio statuenda duxerimus pro
sacratissimarum regularum itidem ordine. quoniam itaque 4
uestrae quoque sanctitudini deliberationem nostram oportuerat
declarari, ut ex hac etiam patefiat desiderium, in quo omnem
operam intendimus ad compescendas atque temperandas contro-
uersias et optatam inter omnes concordiam prorogandam,
praesentes quoque litteras duximus destinandas, monentes
praecipue, ut pro incolomi statu rei publicae numen supernum
uestris exoretur precibus. Data VII. Idus Iunias Constantino-
poli Uitaliano et Rusticio conss.

2 iniurias esse *V*, *corr.* ρ   6 quo se spoliatum *Car.*: quos expoliatum *V*, *id quod in* quo se expoliatum *correxit* ρ   7 temperantius ρ   10 qua *Thiel:* quia *V*   16 mantipabuntur *V*   17 ad unitatem *Hartel:* et ad unitatem *V*, et adunatae *Thiel*   18 superio *V*, *corr.* ρ²   23 optata *V*, *corr.* ρ   26 constantinopoli *V*   27 cons̄ *V*

## (194.)

EVFIMIA AUGUSTA HORMISDAE PAPAE. Beatitudinis tuae litteras
grato iocundoque suscepimus animo. quem etenim non solum
apostolicae sedis auctoritas celebrat sed uitae quoque com-
mendat integritas et studiosa rectae fidei sollertia. huius uerba
2 quis non libentissimis suscipiet auribus? igitur poscimus ac
monemus, ut orationibus uestris numquam excedat nomen
meum ac praecipue serenissimi coniugis nostri sed tam utrique
nostrum quam rei publicae supernum precibus uestris placetur
praesidium.

## (195.)

EXEMPLUM RELATIONIS EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO DOMNO FRATRI ET COMMINISTRATORI
HORMISDAE EPIPHANIUS IN DOMINO SALUTEM. Deus, qui in alto
habitat et humilia respicit et omnia pro salute hominum
affluenter prouidet, pro sua bonitate et misericordia meam
respexit paruitatem et post obitum sanctae memoriae quondam
archiepiscopi et patriarchae Iohannis sedem sacerdotalem
sanctae ecclesiae catholicae regiae urbis mihi conferre dignatus
est sententia et electione Christianissimi et iustissimi principis
nostri Iustini et piissimae reginae. quae ei ad omne studium
communicat diuinum, sequentiumque eorum. his, quibus est
bona conuersatio et qui regiis honoribus sunt sublimiores,
simul et sacerdotum et monachorum et fidelissimae plebis
2 consensus accessit quapropter necessarium duxi hoc primum
iudicium meis litteris inserere, ut ostendam quam circa ue-
3 stram apostolicam sedem habeo uoluntatem. est mihi oratio
magnopere, beatissime, uniri me uobis et diuina amplecti

14 Psalm. 137, 6

**194.** *Dat. ut ep. 192. Edd. Car. I² 535; Collect. Concil.; Thiel 919.* 2 AUG V 4 caelebrat V 9 nostrorum V, *corr. Thiel*

**195.** *Dat. ut ep. 192. Edd. Car. I² 541; Bar. ad a. 520, 30; Collect. Concil.; Thiel 923.* 12 RELATIONIS α: RELATIONIS EPLAE V 15 humiliat V, *corr.* o 20 sententię V, *corr.* o 26 ut o²: et V 27 ratio *Bar. reiecto* oratio *in marginem*

dogmata, quae ex beatis et sanctis discipulis et apostolis dei, praecipue Petri summi apostolorum, sedi sanctae uestrae sunt tradita, et nihil eis pretiosius existimare. neque enim extra aliunde ueniens sanctae ecclesiae constituta ignoro sed nutritus per dei uoluntatem ex teneris unguibus in sancta catholica ecclesia parui per tempora sanctissimis sacerdotibus et patriarchis. nam saepius praepositus his, qui per sacratissimum et ineffabile baptisma sua exuunt peccata, rectam et ueram unius essentiae trinitatis docui fidem, quam, sicut praefatus sum, ex discipulis magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi procedentem omnium sacerdotum et omnium patrum amplectitur coetus. diuinum enim re uera sanctum et a deo datum 4 symbolum trecentorum decem et octo sanctorum patrum in Nicaena congregantium adoro et praedico et Christiani splendoris manifestum indicium esse annuntio et quinquaginta et centum sanctorum sacerdotum in hac urbe regia factam uenerabilem synodum, similiter et ducentorum dei amatorum patrum conuentum in Ephesena factum, triginta et sexcentorum reuerentissimorum patrum et sacerdotum synodum factam Chalcedone unam esse et conuenientem et compaginatam praedictis sanctis conciliis ipse ego didici aliosque docere cognoui. in his ergo 5 quattuor sanctis et sacris synodis magnum pietatis praedicatum mysterium et omnium hominum est reposita salus. eos enim, qui fuerunt uel sunt eiusdem sententiae, et suscipio et amplector et uniri me eis diligo; e contra autem eos, qui praeter istas quid sentiunt aut praedicant uel praeterito tempore aliquid conati sunt, a coetu orthodoxorum extorres esse existimo. similiter rectas re uera et religiosissimas epistolas uenerabilis papae Leonis pro recta fide conscriptas circumamplector et suscipio. habeat igitur hanc sententiam circa 6 me uestrae beatitudinis sancta fraternitas; uobis enim mani-

6 docuit *V*, *corr.* v² 11 patrum *temptauit Hartel:* quam *V*, laicorum *Bar.*, catholicorum *Thiel* 14 nicaena *V (sc. synodo, cf. p. 591, 17; 653, 18)*: Nicaea *Car.* congregatorum *Car.* christianę *V*, *corr.* v² 15 iudicium *edit. reg.* 20 unam *V:* ueram *Bar.* 25 unire *Bar.* 26 p̄to *V* 31 manifestum *Bar.*

festam feci et sub me ecclesiis haec praedico festinans per
omnia eas mihique et uestrae beatitudini uinculo caritatis
adunari. quas omnino oportet unitas esse et inuiolabiles et
corpus unum communis apostolicae ecclesiae eundemque
7 perpetue custodire. quantus enim circa uestram uenerabilem
fraternitatem in omnibus sit amor, iubete perpendere, quia quos
uestra apostolica sedes condemnans in sacris diptychis recitare
non iussit, eos nec ego inter sacra facio nominari mysteria.
hoc autem et his notum est, qui a nobis sunt directi uiri
reuerentissimi, id est Germano sanctissimo episcopo, Felici et
Dioscoro diaconibus et Blando presbytero, qui efficaciter exse-
8 cuti sunt ea, quae eis sunt a nobis iniuncta. oret igitur uestra
sanctitas tam pro me quam pro subiectis meis sacerdotibus,
ut perpetue custodiamur rectam dei tenentes confessionem,
similiter et pro serenissimo principe nostro et pro Christianis-
sima Augusta, quia eorum salus communis sanctarum ubique
9 est ecclesiarum profuturum fir<ma>mentum. istam igitur nobis
habentibus intentionem nullo modo iam licebit sanctam dei
dilacerari ecclesiam per gratiam sancti spiritus et intercessiones
10 sanctae ac gloriosae dei genetricis uirginis Mariae. omnem
quae cum uestra est <sanctitate> fraternitatem ego quoque
et mei plurimum salutamus. ET ALIA MANU: Incolomis in
domino ora pro nobis, dei amator sanctissime frater. Accepta
XV. Kal. Octobr. Rusticio u. c. cons.

4 idemque *edit. reg., sed qui e graeco hanc uertit epistulam, tam multa peccauit, ut nihil mutauerim* 5 perpetuę *V:* perpetuo o² 7 dypticiis *V* recitari *Thiel* 14 perpetuę *V* 17 firmentum *V, corr. o* 18 habentibus o²: absentibus *V* 21 quae cum *scripsi:* quicumque *V,* quamcumque *Car.* uestra est <sanctitate> fraternitatem *scripsi:* ura e fraternitate *V,* uestrę fraternitate α, uestram fraternitatem *Car.* 22 incolomes *V* 24 octub̄ *V*

## (196.)

EXEMPLUM EPISTOLAE IUSTINIANI ILLUSTRIS.

Domino nostro Iesu Christo fauente regnat in saeculo, qui
sacra religione suum fundat imperium, quoniam bene gubernat
humana, qui prius diuina plac<a>uerit. quod praesentibus euenisse
temporibus gratulamur. filius etenim uester clementissimus 2
imperator aeternitatis beneficio sceptra sortitus fidei causas
arripuit explicandas et ad tuam sanctitatem missa legatione
sedis apostolicae promeruimus sacerdotes, quorum aduentu
non mediocriter adoleuit ecclesiarum concordia sacrosanctarum
nobis instantibus, ut decebat. Acacii namque, quod discidium
generabat, nomine stirpitus amputato pro tenore libellorum,
quos direxistis, in hac urbe regia multisque ciuitatibus unitas
optata prouenit, quam summis inuentam laboribus uenerari
conuenit in perpetuum custodirique necesse est nec quibuslibet
argumentis retractari quispiam patietur, quae sempiterna
maiestas rite composuit. sed quia prosperos cursus frequenter 3
impedire festinat humani generis inimicus, pars Orientalium
non exiliis nec ferro flammisque compelli potest, ut condemnet
episcoporum nomina post Acacium defunctorum; quae difficultas
generali concordiae moras innectit. sanctitas itaque uestra 4
caelitus inspirata rerum temporumque qualitatem consideret
et condemnatis huius erroris auctoribus, id est Acacio Constantinopolitano, Petro ac Timotheo Eluro et Dioscoro Alexandrinis
Petroque Antiocheno, finire dignetur inueteratum certamen de
ceterorum nominibus quaestione sopita, ut redimatis plebem
de sanguine, quam deus noster regendam commisit, ac non
persecutionibus et cruore sed patientia sacerdotali populum
domino nostro concilietis, ne, dum uolumus animas lucrari,
et corpora multorum perdamus et animas. errores etenim 5

**196.** *Dat. ut ep. 192. Edd. Car. $I^2$ 542; Bar. ad a. 520, 35; Collect. Concil.; Thiel 920.* 5 qui *V:* cui *o* placuerit *V, correxi:* placuerint *o* 7 causa *V, corr. $o^2$* 11 uobis *Car.* 14 obtata *V* 15 perpetuumque custodiri *trsp. p* nec *V:* haec *Car.* 23 acatio *V* 30 p̄damus *V, corr. $o^2$*

diuturnos lenitate clementiaque conuenit emendari, praecipue quia uestrae beatitudinis praecessores saepissime uoluerunt rei publicae nostrae antistites ad suam reuocare communionem, si tantummodo taceretur Acacius ceterique praedicti. non est
6 ergo graue, quod suasit uestra sedes, ut praestet. illud etiam magis magisque deposcimus, ut tua sanctitas concepta gratia caelesti, quae praetendunt Orientales episcopi, tractare dignetur eorumque fidei competentem praebere consensum. nobis etenim uidetur, quoniam filius dei uiui dominus noster Iesus Christus ex uirgine Maria natus, quem praedicat summus apostolorum carne passum, recte dicitur unus in trinitate cum patre spirituque sancto regnare. sicut enim uidetur ambiguum dicere simpliciter 'unum de trinitate' non praemisso nomine domini nostri Iesu Christi, sic eius personam in trinitate cum patris spiritusque sancti personis esse non dubitamus. sine Christi namque persona nec credi trinitas religiose potest nec adorari fideliter, quemadmodum sanctus Augustinus ait: an aliqua ex trinitate persona, et alio loco: solus in trinitate
7 corpus accepit, et iterum: unus trium. rogamus igitur reuerentissime salutantes, ut futuri iudicii memores causam taliter ordinetis, ne quid dubitationis relinquatur in posterum, quatenus omni scrupulo discordiarum sublato pacis desideratae per orbem totum uincula renouentur et uenerandarum floreat ecclesiarum concordia corporisque unius in proprium statum membra recolligantur. ille namque medicus iure laudatur, qui ueteres aegritudines ita sanare deproperat, ut ex eis noua uulnera non nascantur. specialiter ergo cognoscat uester apostolatus compositis eisdem duobus capitulis uniuersos sacerdotes istius rei publicae libenter amplecti nostram communionem. Accepta XV. Kal. Octobr. Rusticio u. c. cons.

4 cf. Anastasii II papae ep. 1 (Thiel p. 617 cap. III) 10 Petr. I 4, 1 17 August. de trinit. II 16 18 August.? 19 August. Enchirid. de fide c. 12

7 quae *V:* quod *Thiel* 8 competens *V, corr.* $o^2$ 14 persona *V, corr. o* 24 proprium *V:* pristinum *Bar.* 27 nascuntur *V, corr. o* 29 uestram *Car.* 30 kl octub̄ *V*

## (197.)

EXEMPLUM EPISTOLAE CELERIS ILLUSTRIS.

DOMINO BEATISSIMO ET APOSTOLICO PATRI PAPAE HORMISDAE
CELER. Maxima nobis gratulationis causa praestatur, quotiens
ad apostolatum uestrum scribendi tempus emerserit. nunc 2
igitur remeante beatissimo Germano episcopo uel reuerentissimis
uiris, qui a uobis pro coniungendis sanctis ecclesiis fuerunt
destinati, necessarium duximus sanctitatem uestram debite
uenerari, indicantes ante dictos habuisse quidem studium, ut
uoluntatem uestram plenus sequeretur effectus; sed quia
totum corpus erat infirmum, interim caput, quod prius
necessarium iudicatur, adhibito medicamine uestro sanatum
est et dissensio, quae erat inter uenerabiles ecclesias Romanam
et Constantinopolitanam, unitate interueniente sepulta est et
alia non parua membra simili sunt diuinitatis gratia purgata
atque coniuncta. hanc etiam spem gerimus uniuersi, quod 3
gratia dei, quae semper sedi uestrae permansit et permanet, huiusmodi uobis inspirationem bonitatis praebeat, ut
mansuetudine et dispensatione uestra reliquum adhuc corpus,
quod habetur infirmum, sicut superius a nobis dictum est,
uestro medicamine unitate recepta iungatur. specialiter autem 4
deprecamur pontificium uestrum, ut pro nobis benigno patris
animo orare iubeatis.

## (198.)

EXEMPLUM EPISTOLAE IULIANAE ANICIAE.

DOMINO BEATISSIMO ATQUE APOSTOLICAE SEDIS PROBATISSIMO PONTIFICI HORMISDAE PAPAE PATRI IULIANA ANICIA. Quae prima sunt, tuae beatitudini salutationis obsequium persoluimus, optantes ut hanc paginam tuis uenerandis optutibus diuinitas faciat recenseri et pro suae ecclesiae uigore aug-

**197.** *Dat. ut ep. 192. Edd. Car.* $I^2$ *535; Collect. Concil; Thiel 919.* 11 capud *V* 15 simili s̄ *V:* similis *o*, simili *Thiel*

**198.** *Dat. ut ep. 192. Edd. Car.* $I^2$ *536; Collect. Concil.; Thiel 920.*

menta salutaria uestrae uitae suffragare dignetur, quatenus te peruigili poterit contra aduersos et rabidos canes status ecclesiae uindicari. etenim, uenerabilis pater, quod de nostrae fidei integritate curam geris, uicariis gloriosi Petri apostoli ista conueniunt, cui dominus pascendarum ouium iniunxit
2 officium. cognoscat ergo tua pro nobis sancta sollicitudo nos firmius tenere rectae fidei firmitatem immobilem, pro qua, ne eius uiolaremus sanctimoniam, hactenus repugnauimus. quod uero tuus apostolatus pro tantae pietatis causa curam ferre praecepit, in quantum potuimus, pro nostris uiribus non desiuimus spiritu lenitatis aduersos admonere dei nobis gratia cooperante.

## (199.)

EXEMPLUM SACRAE IUSTINI AUGUSTI.

IUSTINUS AUGUSTUS HORMISDAE PAPAE. Dum beatissimum Germanum episcopum uel eos, qui cum eo a uobis fuerant destinati, de hac dimitteremus regia ciuitate, huiusmodi illis mandata tradidimus, quod capitula, quae ad perfectam unitatem ecclesiarum pertinebant, apostolatui uestro per reuerentissimum Iohannem episcopum sequenter manifesta faceremus. quae
2 tamen ipsis hic praesentibus fuerant declarata. sed euenit praefatum Iohannem antistitem longa aegritudine detineri. ne qua igitur uestram reuerentiam ingrediatur aduersa sententia quasi nobis promissa nostra desidia quadam ultronea minus ad effectum perducentibus, necessarium esse perspeximus dilationis causam uobis exponere per Eulogium u. s. tribunum et notarium, quem ad praecelsum regem Theodoricum super negotiis quibusdam transmisimus, hoc quoque adicientes quod,

5 cf. Ioh. 21, 17

1 suffragari *Car.* 2 possit $o^2$ 5 iniuncxit *V* 8 uiolaretur $o^2$ sanctimonia *Vo, correxi* 11 <et> dei *inepte Car. subiungens deinde 'deest reliquum'*

**199.** *Dat. (simul cum ep. 200) a. 520 die 31 Aug., per Eulogium; accepta die 1 Octobr. Edd. Car. $I^2$ 545; Collect. Concil.; Thiel 938.*
24 desidiā *V, corr. o* 25 perspecximus *V*

dum propitia domini et dei nostri maiestas eundem uirum
religiosissimum Iohannem pristinae uoluerit reddere sanitati,
sicut semel promiseramus, statim illum ad tuam sanctitatem
transmittimus. superest, ut sanctitudo tua diuinum nobis 3
praesidium orationibus suis dignetur acquirere. Data pridie
Kal. Septemb. Constantinopoli. Accepta Romae Kal. Octob.
Rusticio u. c. cons.

## (200.)

EXEMPLUM EPISTOLAE IUSTINIANI.

DOMINO BEATISSIMO ATQUE APOSTOLICO PATRI HORMISDAE PAPAE
URBIS ROMAE IUSTINIANUS. Quanta reuerentia uestram beati-
tudinem ueneremur, multis epistolis, ex quo serenissimus
imperator filius uester regnauit, cognoscitis. in praesenti 2
quoque debito pudore salutantes tuam sanctitatem postulamus
enixius, ut assiduis precibus et frequentissimis orationibus
pro concordia laboretis ecclesiarum uenerandarum nobisque,
sicut per legatos etiam uestros post omnia scripsimus, tam
de sermone, quo uertitur controuersia, quam de nominibus
episcoporum sub Acacio defunctorum per Eulogium u. s.
tribunum et notarium dignetur apostolatus uester integrum
indubitatumque destinare responsum, omnibus uidelicet, quae
praesentibus legatis uestris ordinata sunt, in perpetuo firmiter
duraturis. uir namque religiosus Iohannes episcopus, qui
uenturus est Romam, detinetur aegritudine corporali. nihil 3
enim prohibet ante eius quoque aduentum concordiam proue-
nire sublata dubitatione re<li>gionis (et eum tamen mox dimit-
timus fauente diuinitate, quia iam melius habet), quoniam
nec difficilia sunt, quae ceciderunt in ambiguitatem, nec
expedit diutius causam uitae protrahi sempiternae, ne dilatis

4 transmittemus $\rho^2$ 6 roma *V* octub̄ *V*

**200.** *Data et accepta ut ep. 199. Edd. Car.* $I^2$ *553; Bar. ad a. 520, 40; Collect. Concil.; Thiel 939.* 18 <de> quo *Bar., at cf. ep. 243 § 2* 25 concordia *V, corr.* $\rho^2$ 26 regionis *V, corr. Car.* dimittemus *Car.*

4 temporibus aliquid nascatur incertius. aeternitatis igitur supernae tremendique iudicii non immemor sanctitas uestra, quae sibi commissa sunt, efficaciae tradi deproperet, ut intellegant cuncti recte nos apostolicae sedis esse primatum sortitos. haec igitur, quae nobis scribuntur a filiis, affectu paterno iubete quantocius adimpleri. scitis namque, quam sit admirabilis gloria tantorum errores annorum uestri pontificatus tempore stirpitus aboleri.

## (201.)

HORMISDA IUSTINO AUGUSTO. Benedicta trinitas deus noster, qui nobis gubernacula mundani commisit imperii, quibus non solum pro iure regni ueneratio deberetur uerum etiam pro
2 gloriosi modestia et integritate propositi! uere enim glorificauimus deum lectis uestrae pietatis apicibus. quibus promissae legationis moram pro infirmitate eius, qui dirigendus fuerat, excusando luce clarius reddidistis, quam curam fidei et pudoris haberetis, ostendentes rerum summam regentibus non sufficere ad dominationis apicem, quam obtinent, potestatem, nisi ornamenta morum pretiosiorem faciant principatum. seruet circa nos, clementissime imperator, deus noster beneficia sua et
3 respiciens bona uestra largiatur aeterna! nec nos tamen momordit ulla suspicio aut implendi tarditatem promissi de mutatione credidimus euenisse consilii. nefas enim erat de eius uerbis qualibet sollicitudine dubitari, cuius fidem in
4 magnis rebus datum est tam euidenter agnosci. redeunte igitur filio nostro spectabili uiro Eulogio tribuno et notario cultum debitae salutationis exsoluimus deo magno continuis precibus supplicantes ut, qui uestro studio per infideles uulnera impacta

4 recte V 8 strirpitus V
**201.** *Data (simul cum ep. 209) a. 520 die 29 Oct., per Eulogium; respondet epistulae 199. Edd. Car. I² 547; Collect. Concil.; BTA I 445; Thiel 956.* 12 debetur *cod. Angelic.* 15 *fort.* per infirmitatem 16 reddidisti *V, corr.* ρ 17 haberetis ο²: ab hereticis *V* 19 printipatum *V*

curauit, aeuo nobis per longiora tempora propagato unitatem ecclesiae redditam ex omni quoque faciat parte securam. Data IIII. Kal. Nouembr. Rusticio cons.

## (202.)

HORMISDA IUSTINO AUGUSTO. Gloriosis clementiae uestrae
laboribus ecclesiasticae prima concordiae et orbis pacati uotiua
tranquillitas generali praedicatione respondent, quae res nostri
parcum red< d >it ac retinet ad agendas gratias sermonis officium.
illud tamen, quod pro uobis indesinenter domino nostro preces
effundimus, non tacemus: quia in uotis infinitus affectus est.
finitum esse potest in praedicatione iudicium. uerum inter 2
haec pietatis uestrae beneficia una nos, quae etiam uehementer
affecit, cura non deserit, quod Heliam Thomatem atque
Nicostratum fratres et coepiscopos meos, qui primi ecclesia-
sticam festina secuti sunt deuotione concordiam, non solum
magni frustratur palma principii uerum etiam mali miseria
comitatur exempli. quare clementiam uestram mixto etiam 3
precibus fletu deposcimus, ne gaudia nostra, quae de haereti-
corum cotidie conuersione praestatis, praefatorum abiectio
intoleranda conturbet, quia non sola personarum nos causa
sollicitat, quibus et boni facti simul sufficere gloria posset
et meriti, sed quod uenerabilium constituta canonum contem-
nuntur et quod non paruam eorum abiectio apostolicae sedis
tangit iniuriam: ne christianitatis uestrae sinceritas, qua et
magnum patrocinium ueteribus constitutis impenditis et sedis
apostolicae principatum acta nouiter ueneratione sancitis, in
uno inexplicabilem relinquat posteris negotio quaestionem.

2 secura *V, corr. o* 3 nouenb *V*

**202.** *Dat. (simul cum epp. 189 190 203 207 210 211) a. 519 die 2 Sept. per Eulogium. Edd. Car.* $I^2$ *510; Collect. Concil.; BTA I 433; Thiel 889; commemorat Bar. ad a. 519, 134.* 6 prima *V:* palma *edit. reg.* 8 redit *V, corr. o* 13 afficit *Car.* 19 conuersatione *V, corr. Car.* 20 intolleranda *V*

## (203.)

HORMISDA EUFIMIAE AUGUSTAE. Orare nos et pro uestra incolo-
mitate deo nostro uota persoluere cum catholicorum etiam
coetu sine cessatione pontificum non nestrae studium exorati-
onis inuitat sed deuotum atque persistens in ecclesiastica
2 stimulat conciliatione propositum. quis enim ab haeretica
segregatus conspiratione se teneat, quis aliis in sua utatur
deprecatione principiis, nisi ut uobis serenissimoque principi
iugali uestro et uita sit longior et ad prosperitatis augmentum
gratia diuina proximior, qui ini<ti>a felicis imperii plectendi
execrationibus consecrastis erroris et amicam diabolo pacifica
3 expulistis intentione discordiam? unde nunc decet uos
laudabilibus coeptis insistere et per totum orbem perfectam
spargere medicinam, quia Christo maior numerus gregis oblatus
mercedem confidenter exigit largiorem. inter quae curae
uestrae sit, ut nullum sanatas iamdudum personas uulnus
afficiat sed communionis unitas magnum sit iustitiae im-
4 petrandae suffragium. quaesumus namque, ut tandem de
uenerabilibus fratribus et coepiscopis nostris Helia Thomate
atque Nicostrato, quod sacrissimorum canonum dictat aucto-
ritas, uobis decernentibus impleatur, ne uideantur ut auctores
alicuius mali, quod primi ad unitatem sedis apostolicae
festinarunt, in communi omnium gaudio soli meruisse percelli
et in facto laudabili uictam personali odio cessisse iustitiam.
5 nostris ergo precibus apud clementissimum Augustum uestras
adiungite, ut fructum, quem illis patrum regulae tribui et
conseruari praecipiunt, inimica tergiuersatio auferre non possit.

**203.** *Dat. ut ep. 202. Edd. Car. I² 511; Collect. Concil.; BTA I 434; Thiel 890; commemorat Bar. ad a. 519, 134.* 2 AUG *V* 5 inuite *V*, *corr.* *o*² 6 reconciliatione *Car.* 7 segragatus *V*, *corr.* *a* 10 initia *o*²: inia *V* 11 consecratis *V*, *corr. Car.* 16 Satanas iamdudum prostratus uulnus afficiat (efficiat *edit. reg.*) *Car.* 17 imperandę *V*, *corr.* *ρ*² 20 sacratissimorum *α* 23 commoni *V*

## (204.)

HORMISDA EPIPHANIO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO. Oportuerat quidem fraternitatem tuam diuini contemplatione iudicii atque caritatis nostrae respectu Heliam Thomam atque Nicostratum fratres et coepiscopos nostros, postquam in consortium communionis nostrae recepimus, ad diuina tecum mysteria incunctanter admittere atque ad ecclesias suas, a quibus eos discordiae error excluserat, pro pacis nostrae plenitudine reuocare, ut unitas. quam post annorum multa curricula per totum orbem suis deus restaurauit ecclesiis, nulla uoluntatum nostrarum distantia laederetur. sed quia 2
rem tam gratam et patrum statutis uenerabilibus congruentem quibusdam tarditatibus contigit nunc usque differri, unde etiam ad decessorem fraternitatis tuae nos scripsisse meminimus, hortamur ut laetitiam, quam de damnata praeterita dissensione percipimus, in nullo iterum discrepantium animorum causa contristet. etenim nulli uidetur uos nobiscum pleno communicare mentis affectu, si eos qui nobiscum communicant a uestro consortio segregetis. incassum certe uidentur pacem 3
recipere, qui pacis differunt praecepta complere. quicquid enim in illorum suscipienda communione moramini, de nostra quodammodo reconciliatione detrahitis et prouidendum est, frater karissime, ne si ecclesiarum nostrarum tandem desuper indulta concordia ab his exordium sumat exemplis, et religionis ueneranda regula et apostolicae sedis auctoritas imminuta, quod absit, per Orientem potius quam restituta uideatur.

**204.** *Dat. a. 521 post diem 26 Mart.* *Edd. Car.* $I^2$ *541; Bar. ad a. 520, 65; Collect. Concil.; BTA I 444; Thiel 982.* 6 recipimus *V, corr. cod. Angelic.* 15 damnata praeterita dissensione *scripsi:* damnato praeteritae dissensione *V*, damnato praeteritae dissentionis errore *Car.* 16 nulla *V, corr. Bar.* 17 uobiscum *V, corr.* $o^2$ 19 segregetis *ex* segregatis *corr. V:* segregatis *o* 20 qui *leui rasura ex* quia *corr. V*

## (205.)

HORMISDA EPIPHANIO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO. Diu nos nuntiata tuae primordia dignitatis tenuere suspensos et in ipsa communis gratulatione laetitiae mirati admodum sumus morem pristinum fuisse neglectum, quia reparata ecclesiarum deo annuente concordia plenum fraternae pacis flagitabat officium, praesertim quod sibi non arrogantia personalis sed regularum obseruantia uindicabat. decuerat siquidem, frater karissime, te legatos ad apostolicam sedem inter ipsa tui pontificatus initia destinasse, ut et quem tibi debeamus affectum bene cognosceres et uetustae consuetudinis
2 formam rite compleres. sed licet his omissis paginalia tantum sufficere iudicasses ex occasione colloquia, nos tamen gratia stimulante compulsi interim iustae constantiam expectationis abrupimus reciproca mutuae caritatis uerba reddentes, quia et noster animus amoris impatiens et legatorum nostrorum uotiua relatio exclusum, quod imperabat causa, silentium ad officia benigna traxerunt, quibus ad praesens gaudii nostri signa monstramus et priuatae quodammodo amicitiae uotiua persol-
3 uimus. legationem autem tuam et ea, qua dudum, gratia sustinemus et fulti ueteribus constitutis exigimus, ut quantum gaudii fructum uel de tui pontificatus honore capiamus uel quas tibi gratias referri conueniat pro impensis in negotio propagandae unitatis officiis, sicut nostrorum multipliciter adstruxit legatorum narratio, euidentius exprimamus.

**205.** *Data a. 520 post diem 17 Sept.* *Edd. Car.* $I^2$ *540; Bar. ad a. 520, 9; Collect. Concil.; BTA I 443; Thiel 913.* 3 nos <non> *Car.* 7 <id> flagitabat *Bar.* 11 cognosceris *V, corr.* o 14 iuste *V, corr. Thiel* 15 abrumpimus *α* 17 excluso . . silentio *Bull. Taur.* 21 et fulti $o^2$: effulti *V* 23 in negocio *α*: inegotio *V*

## (206.)

HORMISDA IUSTINIANO ILLUSTRI. Quos celsitudo uestra animi
circa me sui beniuolentiam dignatur ostendere, facitis rem
deo placitam et rectae conscientiae congruentem. sed non
parua uobis sunt huius emolumenta propositi: maior in uos
fructus de tali bonitate reuertitur; neque enim uacua honori-
ficentia est, quae defertur antistiti. indubitatum siquidem est, 2
quia honor ministri cultus est domini, et qui personam sacer-
dotis magni habet, maiorem remunerationem ab eo, cui sacer-
dos famulatur, accipiet dicente domino Iesu. qui prophetas in
honore susceperint, suam mercedem esse reddendam. et apud
me quidem magni est gratia uestra momenti, eo tamen
pretiosior, quia, quicquid mihi gratiae dignanter impenditis,
in ecclesiarum defensione monstratis. sed ut ad id, quod 3
celsitudo uestra desiderat, noster sermo dirigatur, quamquam
et clementissimus imperator et uos promittatis legationem
esse uenturam et id cum ratione conuenerit, ut eorum, qui
dirigendi sunt, super omnibus nos decuerit expectare praesentiam,
tamen, quia gratum nobis est studium, quod circa religionem
uos habere declarastis, non grauat praelibare dicendo non
opus, ut stabilitatem fidei uestrae intentionis potius quam
rationis sequaces procaci uerborum nouitate confundant. sancta 4
trinitas pater et filius et spiritus sanctus deus unus est.
hanc Israel iussus adorare, cuius inseparabilis et indiscreta
substantia non potest diuidi, non potest sacrilega distinctione
separari, seruata tamen proprietate sua unicuique personae.
haec interim commenda<nda> fidei uestrae epistolaris stili 5
terminum cogitantes congrua credimus breuitate sufficere,

10 Matth. 10, 41

**206.** *Dat. a. 520 mense Febr. uel Mart.; respondet Iustiniani epistulae deperditae datae (simul cum epp. 181 182 183 185) die 19 Ian. eiusdem anni. Edd. Car. I² 554; Bar. ad a. 520, 5; Collect. Concil.; BTA I 446; Thiel 912.* 10 <iis> qui *Car.* 11 susciperint *V:* suscipiunt *o* 17 conueneris *V, corr. Car.* 23 unus est deus *trsp. Car.* 27 commenda *V, corr. o²*

plenius disserenda. cum florente imperio clementissimi principis promissam legationem et suscipere nos deo propitiante contigerit et cognitis omnibus cum adiutorio dei nostri responso reddito pro uniuersitatis informatione remittere.

## (207.)

HORMISDA IUSTINIANO ILLUSTRI. Studium uestrum erga
ecclesiasticam pacem et damnatos haereticae contentionis
errores ipsis rerum effectibus approbamus: cuius nos operis
2 magna immensaque sine dubio merces expectat. hinc est quod,
quicquid pro canonum firmitate et pro apostolicae sedis reue-
rentia necessarium duxerimus, magnitudini uestrae secura
peragendum protinus praesumptione mandamus. quia cum
magno nos gaudio pro causis talibus sperata suscipere multi-
plicia huiusmodi exempla testantur. quare omissis in longa
circuitione principiis ad rem ipsam praesentis paginae uerba
3 conuertimus. maeret ecclesia et in magno uotiuae unitatis
exordio frui praestita non potest pro unius causae afflictione
laetitia: hanc ut nobis sollicitudinem beneficia uestra sub-
moueant, non paruis precibus exoramus. augit nos enim et
praesens dolor et futurorum occasio procurata certaminum,
per quam et uenerabilium patrum regulae neglegantur et
4 apostolicae sedis putatur auctoritas posse contemni. nam cum
diuino clementissimique principis beneficio sed et uestro
simul adnisu hi soli credantur esse pontifices et iure ecclesias
continere, qui ad communionem nostram damnatis erroribus
redire consentiunt. Heliae Thomati atque Nicostrato fratribus
et coepiscopis nostris, qui bonum causae etiam sub aduerso
imperatore dedere principium, non solum nihil ad prouectum

1 printipis V

**207.** *Dat. (simul cum epp. 189 190 202 203 210 211) a. 519 die 2 Sept. per Eulogium. Edd. Car. I² 511; Collect. Concil.; BTA I 434; Thiel 891; commemorat Bar. ad a. 519, 134.* 9 hic *V, corr. o* 13 suscipere patrocinia *o²* 15 printipiis *V* 16 meret *V* 17 petest *V, corr. α* 19 anget *V, corr. o²* 21 negliguntur *Car.* 26 helia thomate *V, corr. o²*

bona studia profuerunt uerum etiam collatae sibi a domino obtinere nequeunt officia dignitatis et extorres a commissis sibi gregibus subire coguntur miserias damnatorum. quapropter 5 quaesumus et per diuinam uos misericordiam obtestamur, ut eorum causae, quae iusta est, summum patrocinium et probatae uiuacitatis impendatis affectum piissimi principis haerendo uestigiis, quatenus eos tandem suis ecclesiis et pietatis intuitu et iustitiae contemplatione restituat, quia in illorum contumelia ab inimicis asseritur optatum nostrae communionis displicuisse consortium.

## (208.)

EXEMPLUM RELATIONIS DOROTHEI EPISCOPI THESSALONICENSIS.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO PATRI ET COMMINISTRATORI HORMISDAE DOROTHEUS IN DOMINO SALUTEM. Propositi nostri et orationis est summum studium, per omnia beatissime et ter beate pater, et scribere frequenter ad uos sanctissimos et mutua mereri colloquia et nullo tempore exortem me ab huiusmodi laetitia esse condecet. quoniam igitur manifeste 2 cognoui quosdam sanctas aures uestras perturbare et scio procul dubio, uos in omnibus esse perfectos et quia nihil sine iudicio audire possitis nec ulli penitus uestrum animum accommodare, et ut non amplius per taciturnitatem largiri tempus uidear illis, qui nihil quidem a nobis laesi sunt sed sine causa et superflue aduersus nos armati sunt: deo tamen 3 et uestrae satisfacio sanctitati, quia pro Iohanne uiro reuerentissimo episcopo, qui paulo ante a uestra uenerabili corona directus est, praedestinaui me periculis et mortem sustinui et meam pro eius scio me obiecisse animam et hoc ostenditur gestis et ex his, qui quamquam per meam absentiam acerrime

8 contumeliam *edit. reg.*

**208.** *Dat. a. 520 mense Aug. ut uidetur. Edd. Car.* $I^2$ *546; Bar. ad a. 520, 61: Collect. Concil.; Thiel 940.* 12 THESSALONICENSES *V* 18 laeticię *V, corr. cod. Angelic.* 22 acōmodare *V* et *om. a* 29 abscentiam *V*

4 uideantur esse discussi. et quid longo sermone opus est uti, cum nobis omnia dominus deus noster Iesus Christus patefacere et satisfacere possit? quia et, quando cognoui uos ad apostolicae sedis praesulatum euocari, commune gaudium totius mundi esse iudicaui. ab illo enim tempore hoc ipsum scribens ad uos, quantum ad me, quicquid ad honorem et satisfactionem nobis et apostolicae sedi pertinet, nihil prae-
5 termisi sed nec praetermitto. paulo post autem scietis, peruenerabiles, annuente domino Iesu Christo, quia haec ab exordio mihi sunt excogitata et, quando dominus deus tempus dedit, ad effectum haec sunt perducta. omnem cum uestra sanctitate in Christo fraternitatem ego quoque et mei plurimum salutamus.

## (209.)

HORMISDA DOROTHEO EPISCOPO THESSALONICENSI. Considerantes tuae fraternitatis ecclesiam ante praetereuntis mala discordiae olim cum sede apostolica praecipua fuisse caritate coniunctam te nuper pacis desuper redditae esse credebamus auctorem: sed quia, quos praeuenire debueras, sequi etiam remoraris, non leniter pro fraternitate tua dilatae correctionis ingemiscimus
2 tarditatem. scribis enim aures nostras cuiusdam sceleris atrocitate turbatas: utinam usque ad nos tantum tam detestabilis fama percurreret ac non toto orbe Christianis mentibus tam dolendum quam execrabile facinus nuntiaret, ut qui te innocentem nesciunt, a christianitatis simul credant tramite deuiasse! in qua enim mundi parte immanitatis huius inuidia non et catholicas contristat ecclesias et haereticorum praua
3 uota laetificat? quae nos a dilectionis tuae conscientia, sicut litteris intimas, ostendi cupimus aliena: quid enim uotis nostris magis conuenit, nisi ut redire ad pacem catholicam

9 per uenerabiles *V, corr. Thiel*

**209.** *Data (simul cum ep. 201) a. 520 die 29 Oct., per Eulogium; respondet epistulae 208. Edd. Car. I² 546; Bar. ad a. 520, 63; BTA I 445; Thiel 956.* 18 reditę *V* 28 loetificat *V*

uolentes episcopos a crudelitate et criminibus contingat semper innoxios comprobari? expectamus igitur, si non desunt fraternitati tuae ueritatis deo notae praesidia, ut et tanti sceleris a te repellas inuidiam et in reconciliatione fidei tandem eorum, qui reuersi sunt, sequaris exempla. Data IIII. Kal. Nouemb. Rusticio u. c. cons.

## (210.)

HORMISDA HELIAE THOMAE ET NICOSTRATO EPISCOPIS. Quanto mens nostra doloris uestri participio fatigetur, superuacuum est apud probantes mutuam caritatem uerbis adstruere: sed ille, qui et nostrum animum et uestros labores scrutator praescius intuetur, maerorem nostrum uestra in gaudium prosperitate conuertat. uerum ne umquam pro uestro negotio 2
sub allegatione iustissima et blanda intercessione cessemus, noueritis nos tam ad clementissimum principem quam ad praecellentissimam Augustam nec non ad illustres et magnificos uiros Iustinianum atque Germanum filios nostros litteras destinasse uestrum specialiter negotium continentes, quas uiro sublimi Eulogio ita tradidimus, ut in uestro primum ponat arbitrio, utrum per uos eas eligatis offerre an per ipsum potius perlatorem tam principi porrigantur quam ceteris, quas designauimus supra, personis.

## (211.)

HORMISDA GERMANO ILLUSTRISSIMO. Excubantibus uobis probabili pro ecclesiastica pace proposito et tanto fidei calore

3 nota *V, correxi*

**210.** *Dat. (simul cum epp. 189 190 202 203 207 211) a. 519 die 2 Sept. per Eulogium. Edd. Car.* $I^2$ *513; Collect. Concil.; BTA I 435; Thiel 888; commemorat Bar. ad a. 519, 134.* 9 participatio *a, unde* participatione $a^2$ 20 arbitrio *ex* arbitriū *corr. V* elegatis *V, corr. a*

**211.** *Dat. ut ep. 210. Edd. Car.* $I^2$ *512; Collect. Concil.; BTA I 435; Thiel 892; commemorat Bar. ad a. 519, 134.* 24 illustri *Thiel.* <uiro> illustrissimo *Car.*

feruentibus gratiarum actio sola non sufficit, quia nec nos humanae laudis praerogatiua sollicitat sed diuinae expectatio
2 retributionis inflammat. quod igitur maxime debemus, exoluimus et deum nostrum, cuius nos causis inpenditis, pro incolomitate uestra cotidie deprecamur, rogantes, ut studium uestrum in omni pro ecclesiasticae unitatis affectu parte sic ferueat, ut nullus boni relinquatur locus officii, ubi non paternis regulis uestrae patrocinium defensionis adsistat.
3 praecipue tamen Heliae Thomae atque Nicostrati fratrum et coepiscoporum nostrorum causa nos commouet, qui primi mundo necessariam secuti concordiam ecclesiarum suarum priuatione perculsi cum uenerabilium quoque canonum contumelia deprimuntur fitque illis propriae reconciliationis gloria causa difficilis, quasi ipsi magis pertinaci mente restiterint et aliis ad sedis apostolicae redeuntibus unitatem ipsi ecclesiae
4 magis membra discerpserint. quod quam nobis durum sit quamque clementissimi temporibus imperatoris indignum, prudentiam uestram conuenit aestimare et tandem praestare remedium, quod et illorum labores et nostram grato possit solamine auferre maestitiam.

## (212.)

IUSTINUS AUGUSTUS HORMISDAE PAPAE. Illustrem uirum reuerentissimum episcopum grato suscepimus animo non pro honore tantum, qui debetur sacerdotibus, uerum etiam pro affectu uestrae sanctitudinis. nam quicumque tuo comprobatus iudicio fuerit, est apud nos etiam iudicatus probatissimus. de opera

6 nostrum *V*, *corr.* ρ² 10 commonet *V*, *corr. Car.* 16 quod quam *edit. reg.:* quam quod *V*

212. *Dat. a. 519 die 17 Nou. (per Illustrem?); accepta die 22 Maii a. 520. Edd. Ballerinii in Appendice ad S. Leonis opera p.* CLXVII; *Thiel 900.* 22 IUSTUS *V* epm reuerentissimum *trsp. a, unde fortasse factum est, ut fugeret editores* Illustrem *nomen esse proprium. distinguendus tamen uidetur hic Illustris ab Illustri Epiphanii germano, cuius nomen debemus uerbis ep. 225 § 3 e codice V restitutis; cf. Beiträge 35 adn. 3* 26 est *Baller.:* es *V* (et apud . . iudicatur ρ²)

tamen et fauore. qui sacrosanctis inferendus est eorum ecclesiis, tunc demum oportunius statuetur, cum legati, quos nuper ad regem magnificum Transamundum destinasse noscimur, reuersi propitia diuinitate responsum nobis retulerint. uestra autem 2
beatitudo supernum nobis praesidium indefessis orationibus postulare dignetur. Data XV. Kal. Decemb. Constantinopoli domno Iustino perpetuo Augusto <cons.> Accepta XI. Kal. Iun. Rusticio cons.

## (213.)

EXEMPLUM SUGGESTIONIS GERMANI ET IOHANNIS EPISCOPORUM FELICIS ET DIOSCORI DIACONORUM ET BLANDI PRESBYTERI.

In ciuitate Aulonitana quo ordine cum dei adiutorio peruenimus et quomodo sumus suscepti ab episcopo ciuitatis ipsius et quid est actum uel qualem responsum dederunt et quia hoc promisit, ut cum metropolitanum suum faceret libellum, in alia epistola beatitudini uestrae significauimus. nam quod 2
in Scampina ciuitate factum est, uestris orationibus tacere non omisimus. antequam nos ingrederemur in ciuitatem ipsam, uenerabilis Troius episcopus cum suo clero uel plebe in occursum nobis egressus est, et quomodo deus in ipsa die benedictus est et quae festiuitas per ipsius pietatem est subsecuta, ad notitiam apostolatus uestri referimus. nobis 3
praesentibus uel suo clero et nobilibus uiris ipsius ciuitatis

1 fabore *V* 2 statucretur *V*, *corr.* $o^2$ 4 detulerint *α* 6 constantinopolī *V*, *corr. o* 8 cons. *add. Baller.*

**213.** *Dat. a. 519 exeunte mense Febr. uel ineunte Mart. Edd. Car.* $I^2$ *489; Bar. ad a. 519, 34; Collect. Concil.; Thiel 850. De suggestionibus 213 et 214 earumque auctore uide quae adnotaui Beiträge p. 22 adn. 1; utraque tam inconcinno sententiarum nexu tamque agresti incultaque dicendi ratione insignis est, ut non temere mihi fecisse uidear, quod multa quae in aliorum epistulis minime tulissem contra priorum editionum morem hic non codici deprauato sed ipsi attribui auctori.* 10 EPI *V*, *corr. Bar.* 11 DIAC *V* 14 quale *o* 15 metropolitano suo *Car.* 18 omisimus *V*: permisimus *Bar.*, admisimus *uel* commisimus *Thiel; ego etiam hanc dicendi peruersitatem auctori adtribuerim*

libellum scripsit. porrigit: suscepimus et praesenti omni clero
uel plebe in gradu a seruo uestro Petro notario sanctae ecclesiae
4 Romanae est relectus. erat conuentus in basilica sancti Petri.
confitemur beatitudini uestrae: tantam deuotionem, tantas
deo laudes, tantas lacrimas, tanta gaudia difficile in alio populo
uidemus. prope omnes cum cereis uiri cum mulieribus, milites
cum crucibus in ciuitate nos susceperunt. celebratae sunt
missae, nullius nomen obnoxium religionis est recitatum nisi
tantum beatitudinis uestrae. noster episcopus uenerabilis
Germanus missam celebrauit et promiserunt nec postea recitari
nisi quos sedes apostolica suscepit. quanta uobis operata sunt,
5 deus propitius in nobis conseruet. istam epistolam ante
triginta milia de Lignido fecimus sperantes ipsa die in eadem
ciuitate cum dei adiutorio peruenire et, quomodo ad nos peruenit,
speramus et ipsius ciuitatis episcopum similia facere. quod
6 si factum fuerit, data occasione rescribimus. Scampis nos
positos post missas hora cenatoria Stephanus et Leontius
uu. ss. ab imperatore missi in occursum nobis uenerunt adhuc
nescientes nos in partibus Graeciarum positos, quia talia mandata
fuerunt comiti Stephano data, ut ad partes Italiae transiret
in occursum nostrum. (est Stephanus iste, quomodo dicitur,
7 de parentela filii uestri magistri militum Uitaliani.) qui nobis
nuntiauerunt Patricium senatorem proscriptum et in exilio
missum; pro qua tamen causa, nisi quo modo ad nos peruenerit,
non possumus dicere, quia non est de talibus rebus facile
deliberare. dicitur tamen et apocrisiarios Thessalonicensis
ecclesiae teneri, apud quos dicuntur et epistolas inuentas:
pro qua causa, nescimus. cum ipsis et Filuminum et Deme-

1 subscripsit porrexit *Car.* pracsente *Bar.* 4 tanta deuotione *V, corr. Bar.* 6 uidimus *Car.* 7 susciperunt *V, corr.* α 10 nec $\rho^2$: ne *V* potea *V, corr.* α 11 uobis *V:* nobis α, *unde* <a> nobis *Car.* 14 peruenit <Scampinus episcopus> . . ciuitatis <Lignidi> episcopum *Bar.* 16 rescribemus *Bar.* campis *V, corr. Car.* nobis positis *Bar.* 20 ad *Car.:* et *V* transirent *Bar.* 23 proscriptum $\rho^2$: post scriptum *V* exilium ρ 26 apocrisiarius *V, corr. edit. reg.* 28 filuminus *V, corr.* ρ

trium magistriarum et alias personas, quarum nomina ignoramus.
ista sunt, quomodo praediximus, quae audiuimus. de causa 8
tamen ecclesiastica cum dei misericordia prospera nuntiantur.
Cosmatem tamen medicum, pro qua causa in Italia uenit,
penitus intellegere non potuimus, nisi hoc, quia forte queritur.
de quo debetis esse solliciti, ut sciatis, pro qua causa ibidem
uenit.

## (214.)

ITEM SUGGESTIO QUORUM SUPRA.

In alia epistola significamus beatitudini uestrae de Scampina
ciuitate de uenerabili Troio episcopo, quo ordine libellum
dedit et qualis festiuitas est celebrata in ipsa ciuitate. cum 2
dei misericordia uenimus ad Lignidum. Theodoritus episcopus
uenerabilis uir ipsius ciuitatis similiter libellum dedit. qui
libellus in ecclesia est relectus et omnia secundum constituti-
onem uestram sunt facta. rogate deum, sperate ab apostolis 3
eius beatissimo Petro et Paulo, ut deus, qui initia talia
donauit orationibus uestris, similiter sequantur et prospera,
ut tempora coronae uestrae in correctione ecclesiarum semper
praedicentur. quam epistolam ad apostolatum uestrum direximus
die Nonarum Martiarum.

## (215.)

EXEMPLUM RELATIONIS ANDREAE EPISCOPI PRAEUALITANI.

DOMINO SEMPER MEO BEATISSIMO ET APOSTOLICA SEDE INTIMA UENERATIONE PRAEFERENDO ATQUE ANGELICIS MERITIS COAEQUANDO PATRI PATRUM PAPAE HORMISDAE ANDREAS. Commendans me

4 Italiam uenerit ϱ  5 poenitus V  queritur ϱ *Car.*  6 debetis ο: debitis V

**214.** *Dat. a. 519 die 7 Mart.* *Edd. Car. I² 490; Bar. ad a. 519, 38; Collect. Concil.; Thiel 851.*  10 significauimus *Bar.*  11 uenerabile *V, corr.* ο  17 *sq.* ut deus . . similiter sequantur] '*anacolutha oratio quasi legatur* deo auctore . . sequantur *uel* deus . . exsequatur' *Thiel*

**215.** *Data a. 519 mense Maio, per Pullionem; accepta (simul cum epp. 159—167 et 223) die 19 Iunii.* *Edd. Car. I² 490; Bar. ad a. 519, 64; Collect. Concil.; Thiel 855.*

humilissime uestigiis uestris piissimis indico propter synodum Epiri noui, quoniam finxerunt anathematizare infra semet ipsos aliquas personas. hoc tantummodo ingenio usi sunt, ut nos in sua malitia caperent. quibus restitit diuina trinitas per uestras sanctas preces. et cum deprehensi fuissent in sua malitia, numquam potuimus archiepiscopo suorum suadere, ut
2 ad uiam ueritatis et ad uestra praecepta flecteretur. sed modo cum aduenerunt beatissimi atque sanctissimi domni episcopi uel diacones directi a sancta corona uestra, occurrerunt illis Scampinus episcopus uir beatissimus Troius cum omni gaudio et luminaribus et porrecto libello secundum uestram praeceptionem statim recepti sunt in pace Christi et missas celebrauerunt cum ipso in Scampina ciuitate. et uidentes Lychnidenses,
3 quod fecit Scampinus, simili modo et ipsi secuti sunt. nam dum istas litteras ordinaremus, superuenit magistrianus de urbe Constantinopolitana, qui nuntiauit, quia deo propitio precibus sanctis uestris et Constantinopolitani miserunt anathema Acacio et cum pace pascha celebrauerunt. iam quid sequatur, uestra intercessio apud deum laboret, ut ad perfectum
4 serui sedis apostolicae inueniamur. epistolas uero, quas destinauerunt ad meam humilitatem supra memorati uiri beatissimi episcopi, pietati uestrae iunctas transmisi. Accepta die quo supra.

1 humillime *Car.* 2 epyri *V* infra *V*: inter ϱ, intra *Bar.* 3 uisi *V*, *corr. Car.* 6 suorum *V* (*graece ut mea coniectura est ferebatur* ἑαυτῶν *hoc est „nostro"* *Thiel*): *om. Bar.* 7 plecteretur *V*, *corr. Thiel* 13 scampinam ciuitatem *V*, *corr. Car.* Lychidinenses *V*, *correxi*: Lignidonenses *Car.* 14 nam *V*: nunc *Bar.* 17 miserunt *V*: dixerunt *Bar. in marg.* 18 pasca *V* quod *Bar.* 22 iuncta *V*, *corr.* ϱ[2] 23 quo supra (*i. e. quo cp. 167*): $\overline{\text{qf}}$ *V*

## (216.)

SUGGESTIO DIOSCORI DIACONI.

Uerum est nulla esse gaudia, magnopere spiritalia, a quibus
ex toto tribulatio possit esse <se>parata. gaudemus de unitate 2
Constantinopolitanae ecclesiae, quae facta est cum sede apo-
stolica; laetamur cotidie diuersorum episcoporum libellos
nobis satisfactionis offerri. modicum in Ephesena ciuitate 3
contigit scandalum, ubi contempta est et iniuriata synodus
Chalcedonensis: est inuocato clementissimo imperatori hoc
corrigere, quod et sperate cum dei adiutorio fieri. nunc, 4
etsi post labores, etsi post intentiones plures, Antiochena
ecclesia ordinata est: electus quidam Paulus est nomine
presbyter Constantinopolitanae ecclesiae, quem huic honori
aptissimum imperatoris testimonio comprobatum est. uoluerunt
et temptauerunt hic eum ordinare: ego iussionis uestrae non
immemor contradixi dicens 'iussit domnus noster beatissimus
papa secundum antiquam consuetudinem ibi eum episcopum
ordinari'. hoc obtinuit, quod praecepistis. orate, ut deus
precibus apostoli Petri et ipsam ciuitatem cum pace faciat
electum suscipere sacerdotem. et quia ista aguntur et in 5
his cotidie proficit ecclesia catholica, insidiator antiquus
excitauit monachos de Scythia, qui de domo magistri militum
Uitaliani sunt, omnium Christianorum uotis aduersarios,
quorum inquietudo non paruas moras generauit unitati
ecclesiarum et magnopere de praedictae ecclesiae Antiochenae
ordinatione. isti monachi, inter quos est et Leontius, qui se 6
dicit parentem esse magistri militum, Romam festinant
sperantes aliquanta capitula a beatitudine uestra confirmari.
est in ipsis inter cetera, ubi uolunt dicere unum de trinitate

**216.** *Dat. (simul cum epp. 187 et 217—218) a. 519 die 29 Iunii per Eulogium. Edd. Car.* $I^2$ *521; Bar. ad a. 519, 78; Collect. Concil.; Thiel 868.* 4 separata $o^2$: parata *V* 6 loetamur *V* 9 inuocato clementissimo imperatori *V:* inuocatus clementissimus imperator *Car.* 10 sperate *V:* sperat $o^2$ 24 unitate *V, corr.* $o^2$

crucifixum. quod est nec in sanctis synodis dictum nec in
epistolis sancti papae Leonis nec in consuetudine ecclesiastica.
quod si permittitur fieri. mihi uidetur dissensiones aut scandala
7 non mediocria nasci inter ecclesias. istud Anastasius imperator
magnopere catholicis imponere festinauit. istud et Eutychetis
discipuli in synodo Calcedonensi proposuerunt. quia quotiens-
cumque patres de dei filio domino nostro Iesu Christo
disputauerunt. filium dei uerbum consubstantialem patri,
homousion patri dixerunt. iste autem sermo ideo numquam est
in synodis a patribus introductus. quia procul dubio catholicae
8 fidei minime poterat conuenire. cuius sermonis si subtiliter
adtendatur intentio, ad quantas haereses pateat et quae mala
per eum possint disputationibus ecclesiasticis introduci,
quoniam longum est, praesentes insinuare poterimus. unde
sanum mihi uidetur et utile et ad pacem ecclesiarum
conueniens nihil aliud responsum dare nisi 'sufficit sanctum
Calcedonense concilium. in quo et aliae synodi continentur:
sufficiunt epistolae papae Leonis, quas synodus confirmauit:
nouitatem in ecclesiam introducere nec uolumus nec debemus'.
9 est in propositione eorum callida et hoc dicere 'nos synodum
Calcedonensem suscepimus: hoc speramus. ut iubeatis nobis
eam exponere. quia non sufficit sic, quomodo est exposita.
contra haeresim Nestorianam'. non. quasi non intellegentes,
nisi conantes per subtilitatem ad hoc nos adducere, ut
disputetur de synodo Calcedonensi. quod si factum fuerit.
dubia et infirma ostenditur et haereticorum omnium patuit
10 errori. inter alia si post synodum Calcedonensem, si post
epistolas papae Leonis. si post libellos, quos dederunt et
dant episcopi et per ipsos satisfecerunt sedi apostolicae,
iterum aliquid nouum addatur. sic mihi uidetur, quia quicquid
factum est destruitur. Data III. Kal. Iul. Constantinopoli.

5 acatholicis *V*, *corr. Car.*: a catholicis *o* 9 omousion *V* nu$\overset{a}{q}$m *V* 10 introductum *V*, *corr. Car.* 14 <per> praesentes *Car. Bar.* īnsinuare *V* poterimus *V*: praeterimus *Bar.* 29 satisfeče̅r *V* 31 Iul. *scripsi ex coniectura Thielii ab ipso celerius abiecta* (*cf. Beiträge 24 sqq.; Loofs in Harnackii 'Texte und Untersuchungen . .' III 1 2 p. 232*): Iun̄ *V*

## (217.)

ITEM SUGGESTIO GERMANI ET IOHANNIS EPISCOPORUM FELICIS ET DIOSCORI DIACONORUM ET BLANDI PRESBYTERI.

Cum dei misericordia quo ordine et qua cautela communi-
cauimus in ecclesia Constantinopolitana, iam in aliis litteris
per seruum nestrum Pullionem directis uestra beatitudo
cognouit et similiter in aliis litteris non semel sed secundo,
qualia aemuli religionis homines temptant, significare curauimus,
ut nihil sit aut actum aut cogitatum fieri, quod lateat beati-
tudinem uestram: stat nobiscum cum dei adiutorio, quidquid
in Constantinopolitana ecclesia est ordinatum; non titubant
gaudia spiritalia, quae celebrauerunt et celebrant catholici.
causa Antiochenae ecclesiae ordinationis non nobis solos 2
labores fecit sed grandes tribulationes, quia homines festinantes
impedimentum facere generali unitati diuersis modis diuersa
impedimenta fecerunt. nostra erat propositio de his, qui se 3
suspenderant de anathemate, in praedicta ecclesia ordinare
sacerdotem: non posuerunt ante oculos suos futurum iudicium
palam dicentes 'omnes, qui sedi apostolicae communicabant,
Nestoriani sunt' et magis illis non debere credere, qui modo
uidentur ad communionem sedis apostolicae reuocati. post 4
multas afflictiones et paene in tres menses a partibus protracta
certamina piissimus imperator sua auctoritate Paulum nomine
presbyterum de ecclesia Constantinopolitana elegit episcopum
fieri in ecclesia Antiochena. dicens inter alia et hoc testimo-
nium de ipso, quia duobus annis in Antiochia positus non
mediocriter resistebat Seuero haeretico. similia et omnes
catholici consonabant. omnia tamen ista de persona praedicti
imperator se promisit ad uestram beatitudinem relaturum.
harum tamen tribulationum prouisores et socii et unitatis 5
ecclesiarum impedimenta monachi de Scythia fuerunt: qui

**217.** *Dat. ut ep. 216.* *Edd. Car. I² 522; Bar. ad a. 519, 85; Collect. Concil.; Thiel 871.* 2 EPI *V, corr. α* 3 DIAC *V* 9 cogitandum fieri *α*, cogitatum faciendum *Bar.* 13 antiocenę *V* solus laboris *V, corr. ο²*: solum labores *ρ* 20 credi *mauult Thiel* 25 antiocena *V* 31 scytia *V*

postea<quam> hic defecerunt adsignati ab omnibus nihil pacificum cogitare, ad beatitudinem uestram cucurrerunt sperantes subripere et per litteras uestrae sedis suas intentiones
6 confirmare. isti de sua prouincia episcopos accusant, inter quos est Paternus Tomitanae ciuitatis antistes. petitiones obtulerunt et coacti piissimi principis et domni Uitaliani magistri militum iussione frequenter ad audientiam causae conuenimus, non quasi uolentes in his negotiis nos occupare, quia nobis sunt ante oculos beatitudinis uestrae praecepta, quibus praecepistis, ut causae tantum, ubi ueneramus, intenti nullis aliis negotiis misceremur, sed sperantes posse intenti-
7 ones eorum pacari ad hoc descendimus. et quia nobis diu laborantibus et illis nullam suscipientibus rationem nihil proficiebat, in quo tendebamus, clementissimus imperator in conuentu publico, ubi et nos interesse iussit, Paternum praedictum episcopum et magnificum uirum Uitalianum reduxit ad gratiam; accusatores quoque eius suo praecepit episcopo supplicare. monachi uero cum similiter ad concordiam quaererentur, fuga lapsi maluerunt de ciuitate disce<de>re quam ad
8 concordiam peruenire. magnopere praedicti monachi ad Italiam uenientes aliquanta capitula proponere habent, inter quae et 'unum de trinitate crucifixum' continetur, sperantes ita confirmari ex auctoritate beatitudinis uestrae, sicut et in aliis litteris significauimus, et modo hoc dicimus, ut nulla nouitas a sede apostolica scribatur, quia et nos ante impera-
9 torem et ante senatum hoc indicauimus dicentes: 'extra synodos quattuor, extra epistolas papae Leonis nec dicimus nec admittimus: quicquid non continetur in praedictis synodis aut quod non est scriptum a papa Leone, non suscipimus, quia si uoluerit domnus noster qualemuis nouitatem scribere, peius erit istud initium quam illud, quod factum est per

1 quam *addidi* hinc discesserunt *Bar.* 3 subrepere ρ 5 thomitane V 10 ubi *V:* cui *Bar.* 12 paccari V 15 interesse iussit *scripsi:* interiussit esse *V*, interfuimus *Car.* 19 discere V, *corr.* ρ 25 imp V 27 IIII (or *superscr.*) V 31 initium *V:* uitium *Bar.*

Eutychetem. sufficere debet ecclesiae, quod per LX annos ab
Eutychete usque modo sustinuit'. nobis quod uisum est, 10
scripsimus; in uestra potestate est deliberare, quod uobis
deus imperauerit, quoniam hoc illi nituntur asserere eo modo
sibi satisfacere cupientes, ut ita profiteamur et dicamus
unum de trinitate passum esse, quod nec patres nec synodi
dixerunt. ista ideo per singula exposuimus, ne illorum 11
subtilitas glorietur in nostra simplicitate: propter istas nouas
suas intentiones Uitaliano magnifico uiro subripuerunt et
talia uindicare et pro talibus rebus contra nos, quaecumque
potuit, impedimenta afferre, cuius immutationem omnis nobiscum
deflet ecclesia. quapropter rogamus, ut consueta cautela et 12
qua solet domnus noster uigilantia cogitetis. et quomodo
suscipiendi sint, qui a nobis taliter recesserunt et a nostra
fuerunt communione seiuncti, et quid eis respondeatur uel
quomodo eorum capitula repellantur. quia eos omnes Constantinopolitana catholica exhorret ecclesia. Data III. Kal. Iulias
Constantinopoli.

## (218.)

ITEM SUGGESTIO QUORUM SUPRA.

Filius uester magnificus uir Iustinianus res conuenientes
fidei suae faciens basilicam sanctorum apostolorum. in qua
desiderat et beati Laurentii martyris reliquias esse, constituit:
sperat per paruitatem nostram, ut praedictorum sanctorum
reliquias celeriter concedatis. habuit quidem petitio praedicti 2
uiri secundum morem Graecorum et nos e contra consuetudinem sedis apostolicae exposuimus. accepit rationem. et
quia talis feruor est fidei eius. qui mereatur quicquid de
apostolica sede depoposcerit. et tale est, quod sperat. unde

1 euthichetem *V* 2 eutichete *V* 4 impauerit *V. corr. a* 9 subrepserunt *edit. reg.* 14 suspendi *a, unde* suspendendi *a*[2] 16 *fort.* omnis 18 Constantinopolim *V*

**218.** *Dat. ut ep. 216. Edd. Car. I² 524; Bar. ad a. 519. 93; Collect. Concil.; Thiel 873.* 28 meretur *V. correxi* 29 ūde *ex* ūre *corr. V*

et salus animae et fidei affectus accrescat, talibus desideriis
3 postulata competit non negare. unde si et beatitudini uestrae
uidetur, sanctuaria beatorum Petri et Pauli secundum morem
ei largiri praecipite. et, si fieri potest ad secundam cataractam
ipsa sanctuaria deponere, uestrum est deliberare. petit et de
catenis sanctorum apostolorum, si possibile est, et de craticula
4 beati Laurentii martyris. ista sunt desideria praedicti uiri,
in haec fides ipsius est incitata. propter hoc in urbem uestram
uirum spectabilem Eulogium magistrianum direxit, hoc sibi
satisfacere iudicans, si de ipso fonte, de quo per omnem
terram sanctuaria apostolorum sunt data, inde et ipse reliquias
suscipere mereatur. et bene facitis causam ecclesiasticam,
magnopere in contestatione dei, tali homini commendare,
cuius sinceritas et integritas circa religionem catholicam nota
5 est omnibus hominibus. hinc uoluerunt capsellas argenteas
facere et dirigere, sed postea cogitauerunt, ut hoc quoque a
uestra sede pro benedictione suscipiat. singulas tamen capsellas
per singulorum apostolorum reliquias fieri debere suggerimus.
Data III. Kal. Iul. Constantinopoli.

## (219.)

HORMISDA GERMANO ET IOHANNI EPISCOPIS FELICI ET DIOSCORO
DIACONIS ET BLANDO PRESBYTERO. Opinionum diuersitas diu
nos facit de prosperitate uestra uel de susceptae actionis
qualitate sollicitos, praecipue cum nihil certum tam diuturno
tempore uestrae dilectionis potuissemus rescriptione cognoscere.
nos tamen reperta latoris occasione haec ipsa significare
maluimus. quapropter salutantes, cum dei omnipotentis auxilio
incolomes nos esse cognoscite, quod et de uobis audire
2 desideramus. sed ut de omnibus, quae gesta sunt, nostram

6 graticula *V, corr. α* 9 hoc *α*: *in V compendium ita pictum est, ut utrum* hoc *an* haec *sit difficile distinguas* 18 deberi *V, corr. cod. Angelic.*

**219.** *Dat. a. 519 die 25 Apr. Edd. Car.* $I^2$ *499; Collect. Concil.; BTA I 421; Thiel 866; commemorat Bar. ad a. 519, 71.* 21 ORMISDA *V* 22 DIAC *V* 25 rescriptiones *V, corr.* $v^2$

plenius possitis instruere notionem, a quibus personis uel in quibus locis bene, sicut credimus, suscepti fueritis uel ubi aut sub qua festiuitate resurrectionis dominicae caritas uestra tenuerit diem et quid deinceps egeritis, per omnia rescriptis currentibus declarate. quatenus cogitationem nostram de uestra et actuum prosperitate releuare possitis et, si quid instructioni, quam suscepistis, causae defuerit, subiungere cum dei nostri solatio ualeamus. Data VII. Kal. Maias Eutharico cons.

## (220.)

HORMISDA QUIBUS SUPRA. Animus noster diuturna redditur
expectatione sollicitus: praecipue ad tantum principem destinati
sub celeritate nos certiores debuissetis efficere. nam ante diem
ascensionis dominicae litteras uestras credebamus nos posse
suscipere. idcirco tam uestrae sospitatis indicia quam 2
profectum causae, quam peragendam cum dei nostri iuuamine
suscepistis, desiderantes agnoscere Paulinum ecclesiae Romanae
defensorem cum scriptis praesentibus destinare curauimus,
tam principi litteras quam singulis, quibus oportuit, dirigentes.
quapropter deum nostrum congruis precibus oramus, ut ipse 3
salutem uestram sua propitiatione custodiat et causae qualem
desideramus concedere dignetur effectum, quia nihil maius
inter titulos imperatoris optimi adscribitur, quam si eum
ecclesiae gratia praesens et futura praedicare mereatur pacis
auctorem. Data III. Kal. Maias Eutharico cons.

## (221.)

HORMISDA LEGATIS NOSTRIS QUIBUS SUPRA. Necesse est, ut uel de iniunctae actionis statu uel de uestrae dilectionis

5 nostram *Coust.*: uestram *V* 6 instuctioni *V*, *corr.* *α*

**220.** *Dat. a. 519 die 29 Apr., per Paulinum. Edd. Car.* $I^2$ *500; Bar. ad a. 519, 71; BTA I 422; Collect. Concil.; Thiel 867.* 10 ORMISDA *V* 16 desiderantes *scripsi:* designant *V*, desideramus $o^2$ 23 ecclesiae gratia *scripsi:* ecclastice gre (= gratie) *V*, ecclesia graeca $o^2$

**221.** *Dat. a. 519 die 29 Apr. per Stephanum negotiatorem. Edd. Car.* $I^2$ *500 ; Collect. Concil.; BTA I 422; Thiel 868; obiter commemorat Bar. ad a. 519, 70.*

cogitemus absentia, et pro his rebus sollicitudo nostra non
2 patitur scribendi quaslibet occasiones omittere. antehac per
magistrianum, qui in patricii Symmachi remeauit obsequium,
litteras karitati uestrae direximus, hortantes, ut nos de uni-
uersis, quae in causa ecclesiastica gesta sunt uel geruntur,
non omitteretis instruere: quod et facere pro nostrae cogitati-
onis releuatione debebitis. nostri enim uoti est, ut labori
uestro deus omnipotens desideratum concedere dignetur
3 effectum. Stephanum negotiatorem, per quem uobis nostra
contradentur alloquia, in quo ratio poposcerit, competentibus
solatiis adiuuate, quia hunc semper nostrum fuisse recolitis.
Data eodem die.

## (222.)

### ITEM SUGGESTIO DIOSCORI DIACONI.

Erat optabile et uoto nostro conueniens consonantia praeteri-
tis nuntiare, scilicet pontificem Constantinopolitanae ecclesiae
Iohannem esse superstitem et confessionem libello editam,
cuius merita non est dubium deo placere, qui inter catholicos
et communicatores sedis apostolicae meruit ad aliam ex hac
2 uita discedere. in cuius locum Epiphanius quidam presbyter
quondam syncellus eius accessit. cuius initia bona uidentur,
nam rationabilia loquitur et promittit patrum se regulas
seruaturum pacem unitatemque ordinatam non dissipare sed
3 magis augere. ista sunt quae promittit: quid tamen opere
possit implere, adhuc ignoramus: has siquidem litteras
quartum post ordinationem eius diem reperta occasione
transmisimus necdum cum eo communicauimus, non quasi
4 resistentes sed quia adhuc ab eo non sumus inuitati. superest

1 n̄ra *ex* ūra *corr. V* 4 ortantes *V* 6 obmitteretis *V* 12 eodem die] *scil. quo ep. 220*

**222.** *Dat. a. 520 ineunte fere mense Martio; acc. die 7 Apr. Edd. Car. I² 531; Bar. ad a. 520, 7; Collect. Concil.; Thiel 911.* 14 DIAC *V* 21 sincellus *V* successit *Car.* 26 quarta . . eiusdem reperta *ρ*, quarta . . eiusdem die reperta *Car.*

ut beatitudinis uestrae insistat oratio, quatenus diuinae gratiae adiutorio talis erumpat, per quem de perfecta possimus unitate gaudere. Accepta VII. Idus Apriles Rusticio cons.

## (223.)

ITEM SUGGESTIO GERMANI ET IOHANNIS EPISCOPORUM FELICIS ET DIOSCORI DIACONORUM ET BLANDI PRESBYTERI.

Non miramur apostolatus uestri precibus cuncta nobis
prospera successisse, scientes, quod amplius nostro ministerio
uestra pro nobis elaboret oratio. ita enim totus se ecclesiastici
negotii tulit euentus, ut dubitari non possit beati Petri per
singula prouenisse miraculum: primum, quod tantum in ipsis,
qui dignitate funguntur, inuenimus religionis ardorem, ut
Uitalianus, Pompeius et Iustinianus nobis occurrerent in
decem milibus et de aduentu nostro cum uestra gratiarum
actione gloriari non arbitrarentur indignum; deinde, quod
tanta fuit etiam in plebe deuotio, ut pars maxima populorum
cum cereis simul et laudibus uestris nostrum praestolaretur
aduentum. sub hac itaque celebritate secunda feria hebdomadae 2
maioris Constantinopolim sospites hilaresque peruenimus
posteroque die piissimo principi praesentati tanto eius releuati
sumus affectu, ut, si alia minime praecederent, sola nobis ad
solatium piissimi principis gratia suffecisset. sed orationibus 3
uestris maiora secuta sunt; nam eo die sub senatus cuncti
praesentia episcopi quoque quattuor affuerunt, quos Iohannes
Constantinopolitanus antistes pro partis suae defensione transmiserat: quibus libellum apostolicae sedis ostendimus omniaque
in eo recte canonica esse probauimus. postremo quinta feria, 4
hoc <est> cena domini, ad palatium in generali conuentu

1 quatinus *V* 3 ids aprilis *V*

**223.** *Data (simul cum epp. 159—165 et 167) a. 519 die 22 Apr. per Puilionem; accepta die 19 Iunii. Edd. Car. I² 492; Collect. Concil.; Thiel 856.* 5 EPI *V, corr. α* 6 DIAC *V* 18 ebdomade *V* 22 sufficisset *V, corr. α* 26 omnia que *V* 27 recta canonica<que> *Car.* 28 est *add. ρ,* <est in> *Car.*

uenit episcopus et perlecto libello consentiens cum summa deuotione subscripsit. quis explicet, quanta illic principis pariter ac senatus laetitia fuerit, quas ibi lacrimas gaudia pepererint, quas uoces uel in laudem principis uel in sedis uestrae totius coetus et cleri fauor emisit? explicari haec relatione non possunt sed considerationi uestrae portitorique
5 relinquimus, quod eloqui non ualemus. a palatio in ecclesia summa cum celebritate peruenimus, ut fidei animorumque concordiam communionis quoque roboraret. credi uix potest, quis fletus laetantium, quae inmensitas fuerit exundatioque populorum: ipsa suam laetitiam turba mirabatur nec dubitari poterat manum affuisse caelestem, quae talem mundo contulit
6 unitatem. Acacii praeuaricatoris anathematizati nomen de diptychis ecclesiasticis sed et ceterorum episcoporum, qui eum in communione secuti sunt, sub nostro conspectu significamus erasa; Anastasii quoque ac Zenonis nomina similiter ab altaris recitatione summota. pax est orationibus uestris Christianorum mentibus reddita; una totius est ecclesiae anima, una laetitia; solus luget humani generis inimicus
7 uestrae precis expugnatione collisus. orate, ut Antiochenam quoque similis felicitas inlustret ecclesiam. de cuius antistite adhuc tractatus nutare conspicitur, quoniam inter diuersa uota populorum de personae electione non constat. credimus tamen, quod precibus beatitudinis uestrae de ipsa quoque uelociter ordinatio digna proueniat, ut coepta pax temporibus uestris per omnem mundum pariter dirigatur et cunctis partibus in apostolicam communionem fidemque conuenientibus perfecta, sicut pridem fuerat, omnibus membris capiti suo connectatur ecclesia. Accepta * *

5 clerici *V*, *corr. cod. Angelic.* fabor *V* 6 considerationi *ex* consideratione *V* 7 ecclesiam *ϱ*, *sed cf. p. 683, 28* in generali conuentu 9 communionis <solemnis> quoque ‹celebritas› roboraret *interpolauit Car.* 11 sua letįcia *V*, *corr. ϱ* 14 dyp$^{ci}$tus *V* 16 erasa *scripsi:* erasos *V* tenonis *V*, *corr. ο²* 18 est *Thiel:* et *V* 21 ecclesia *V*, *corr. α* 27 perfecte *Car.* 29 *fort.* accepta (die quo supra) *i. e. die 19 Iun. anni 519*

## (224.)

ITEM SUGGESTIO DIOSCORI DIACONI.

Per Eulogium u. c. litteras beatitudinis uestrae suscepimus, in quibus significastis intentionem monachorum Scythicorum et quomodo uisum fuerat apostolatui uestro episcopo Constantinopolitano causam delegare, ut ipse inter eos et qui ab eis impetuntur audiret. mihi quidem non displicuerat, quia ubi conscientia cum dei adiutorio nulla formidine terretur, a nullo debet declinare, immo magis festinare, ut per examen quod uerum est omnibus manifestetur. significastis mihi ab illis 2
contestationem datam, ut non mihi haeretici iungerentur. quos dicunt haereticos, ego ignoro, nisi illos forte, qui synodum Calcedonensem suscipiunt, quos ego catholicos dico. Uictor diaconus dicitur: quidam cum isto, antequam nos Constantino- 3
polim ingrederemur, habuerunt intentionem de uno de trinitate crucifixo et de Christo composito et de aliis capitulis. nobis hic positis obtulerunt contra ipsum libellum tam nobis quam episcopo Constantinopolitano: conuenimus in domum episcopi ut, inter eos intentio quae uertebatur, agnosceremus. praedictus 4
episcopus synodum Calcedonensem protulit; legit ante omnes omnia, quae sunt in eodem concilio constituta, dicens 'praeter ista nihil mihi aliud dicatur: qui sequitur ista, potest inter catholicos esse'. praedictus Uictor respondit 'suscipio similiter et epistolas papae Leonis et sancti Cyrilli epistolas synodales, quae sunt in Calcedonensi concilio allegatae, et manu mea subscribo et sacramentis confirmo ista me suscipere et praeter ista nihil aliud praedicare, et si inuentus fuero aliquando

224. *Dat. (simul cum ep. 188) a. 519 die 15 Oct., per Eulogium; accepta die 17 Nou. Edd. Car. I² 527; Bar. ad a. 519, 122; Collect. Concil.; Thiel 894.* 4 scytiarum *V, correxi:* Scytharum ρ 5 fuerit *Car.* 6 causa *V, corr.* ρ 7 audirer *perperam Thiel* 8 terreretur *V, corr. Thiel* 10 manifestatur *V, corr.* ρ 17 hinc *V, corr. Bar.* 19 intentionem *Car.* 24 cisilli *V, corr.* ρ² 27 inuentur *V, corr.* ρ

extra ista aliud praedicans, nullam circa me peto misericordiam'.
Scythae e contra inchoauerunt dicere 'addatur et unus de
trinitate!' nos e contra diximus 'quod non est in quattuor
conciliis definitum nec in epistolis beati papae Leonis, nos
5 nec dicere possumus nec addere'. displicuit hoc dictum.
Uictor tamen utrum sinceri animo haec diceret an doloso,
quis nosse potest, nisi qui corda cognoscit? uerba ista nos
6 audiuimus: dei est animum iudicare. postea sine nobis
magnificus uir Uitalianus magister militum inter se et
episcopum Constantinopolitanum uocauerunt praedictum Uic-
torem: locuti sunt cum eo: quid definierunt inter se, nescimus.
7 postea nec Uictor ad nos uenit nec est causa dicta. isti
tamen Scythae sciat beatitudo uestra quia omnes accipientes
synodum Calcedonensem Nestorianos dicunt dicentes 'non
sufficit synodus contra Nestorium' et sic debere synodum
suscipere, quomodo ipsi exposuerint. qui homines quales sunt
aut quales intentiones habent et quid uolunt in fide catholica
introducere, cum dei adiutorio manifestatum est omnibus
catholicis nec indiget causa meo labore, quam deus pro sua
8 misericordia produxit ad lucem. ego, quod a patribus didici,
quod semper ecclesia catholica seruauit, non tacui, non
abscondi. unus est deus, de quo Moyses loquitur dicens:
*audi, Israel, dominus deus tuus deus unus est*, et
in alio loco ait: *dominus solus ducebat eos*. unius
substantiae credimus trinitatem, quomodo praedixi, unam
deitatem, tres personas, quia nec plures deos dicimus credentes
unum deum esse, id est patrem et filium et spiritum sanctum,
nec tres personas negamus, ne Sabellii dogma uideamur sequi.
9 uerum est personam filii, id est uerbi dei, consubstantialem
patri: ipsa caro facta est, ipsa in utero Mariae habitauit,

23 Deuteron. 6, 4 24 ibid. 32, 12

2 scyte *V* 6 sincero o² 7 cognoscet *V*, *corr.* ρ 11 definierint *Car.* 12 ista *V*, *corr.* o² 24 docebat *V*, *corr. Thiel* 28 uideamus *V*, *corr. cod. Angelic.*

ipsa naturam humanam suscepit sine peccato, unde filius dei
homo factus natus est de uirgine Maria. propter quod eam 9
dei genitricem dicimus et credimus, quia unitas diuinitatis
et humanitatis, quae fieri coepta est ex quo Mariae angelus
Gabrihel annuntiauit dicens: aue Maria gratia plena,
spiritus sanctus superueniet in te uel cetera, non
tantum in utero non est diuisa sed nec in partu nec in
nutrimentis nec in passione nec in sepulchro nec in resurrecti-
one nec in caelo separata est, quia unus est filius dei dominus
noster Iesus Christus, non in personis diuisus, non in naturis
separatus neque in potentia diuersus. idem est namque et 10
sustinens passionem, quia omnes haereses aut diuidens
quomodo Nestorius aut negans quomodo Eutyches aut minus
incarnationem credens quomodo Apollinarius aut fantasiam
introducens quomodo Manes a fide catholica sunt incisae:
homines operarii iniquitatis et hostes doctrinae apostolorum.
ista didici, ista audiui a maioribus nostris et, si forte citra
ista quid debeamus sequi ignoro, exponente beatitudine uestra
necesse est me sequi. Maxentius tamen quod sub abbatis 11
uocabulo dixit se congregationem habere, si interrogetur aut
cum quibus monachis uixit aut in quo monasterio aut sub
quo abbate monachus factus est, dicere non potest. similiter
et si de Achille dicere uoluero, rem facio superuacuam: cui
hoc sufficit: semper latere propter conscientiam suam ab
omnibus catholicis damnatam. Data Id. Octobr. Eutharico
cons. Accepta XV. Kal. Decembr. cons. ss.

5 Luc. 1, 28 6 Luc. 1, 35

1 uñ (= unde) *V:* unus *α*, ipse *Car.* 5 gabri$^{h}$el *V* 12 hes (= hereses) *V:* homines *o* 13 euticles *V* 14 Apollinaris *o* fantasia *V*, *corr. Car.* 15 a fide *o*²: a fides a fide *V* *Thielius totum locum* 11 *sqq. sic putat interpolandum:* idem est namque <et creans mundum> et sustinens passionem. ideo omnes hominem aut diuidentes . . negantes . . credentes . . introducentes . . sunt excisi, omnes operarii *etc.* 17 moioribus nīs *V* citra *V:* extra *α* 18 quod *V*, *corr. o* 19 quod *V:* qui *o*² 24 hoc *V:* hoe *α*, *unde* homini *o*² 25 idus octb. *V*

## (225.)

### ITEM SUGGESTIO GERMANI EPISCOPI FELICIS ET DIOSCORI DIACONORUM ET BLANDI PRESBYTERI.

Magna est dei misericordia et inaestimabilia eius iudicia. qui nihil occultum dimittit, ut probetur uniuscuiusque conscientia. Dorotheus Thessalonicensis non nouus apparuit nec ad praesens factum se demonstrauit quem olim uera praedicabat opinio. iste semper in malis suis desideriis inuolutus data occasione exercuit quod contra fidem catholicam semper
2 parturibat scelus. in aliis litteris significauimus beatitudini uestrae, quo ordine transeuntes Thessalonicam libellos non potuimus suscipere: erat tamen constitutum post ordinationem sanctae ecclesiae Constantinopolitanae unum ex nobis ad ipsum dirigere, quia hoc spera<ra>t praedictus, ut unus ex nobis post libellos susceptos cum ipso missas teneret, quasi testimonio habens in generalitate se ad unitatem sedis apostolicae esse
3 coniunctum. etsi tardo, factum est tamen, ut uenerabilem Iohannem episcopum ad ipsum dirigeremus; directus est cum ipso ex communi electione Epiphanius presbyter germanus uenerabilis Inlustris episcopi: erat cum ipsis et Licinius
4 comes scolae ex ordinatione clementissimi imperatoris. qui Licinius tamen cum prius pro alia causa Thessalonicam esset directus, congregata synodo de paroecia ecclesiae Thessalonicensis ibi est inuentus <ex>spectans secundum promissionem unum ex nobis. uoluerunt ipso praesente libellos facere et subscribere. quod factum est: signauit ipsos libellos praedictus uir. ueniens Constantinopolim factum nuntiauit: dicebatur

225. *Dat. a. 519 medio uel exeunte mense Octobr. (per Paulinum?); accepta die 28 Nou.* *Edd. Car.* I² 514; *Bar. ad a. 519, 128; Collect. Concil.; Thiel 898.* 2 DIAC V 7 factum se *V*: factum sed α, *unde* factus sed o, factus sed <se> *Car.* 9 exseruit *Thiel* 10 parturiebat o 11 thessalonica *V*, *correxi* 13 ad o² (*cf. 18*): id *V* 14 sperat *V*, *correxi*: sperabat *Car.* unum *V. corr. Car.* 17 tarde o² 19 presbyter. Germanus uenerabilis <et> Illustris (illustris *Bar.*) episcopus erat *interpolauit Car., cf. Beitr. 35 adn. 3* 22 thessalonica *V*, *corr.* o² 24 spectans *V*, *corr. cod. Angelic.* 27 <et> ueniens *Car.*

nobis ab apocrisiario Dorothei 'iubete dirigere, qui libellos
suscipiat'. deliberatum est, sicut praediximus, uenerabilem
Iohannem episcopum ambulare et, ut haberet testimonium
subscriptionis illorum, rogauimus piissimum imperatorem, ut
et comes Licinius ambularet cum eo. quod et factum est. et 5
quia peruenerunt in ciuitatem, nuntiata est Dorotheo per
comitem Licinium praesentia nostrorum. qui direxit Aristidem
presbyterum cum aliis duobus episcopis, quos solus sciebat
aduersarios esse negotii, ut nostros uideret. cum quibus
noluerunt facere in primis certamina de libellis dicentes 'sunt
capitula, quae debeant emendari'. dixerunt nostri non esse in
potestate ipsorum hoc facere: 'si uultis facere, deo gratias;
si non uultis facere, uenimus, salutauimus uos, perambulamus'.
discesserunt post ista uerba. ad aliam diem conuenerunt 6
iterum ista loquentes et, antequam propositionem uerborum
fecissent, ubi non est intentio generata, non iniuria secuta
est, subito populus insanus irruit super ipsum et duos pueros
occiderunt episcopi, caput etiam fregerunt episcopo in duabus
partibus et renes eius dissipauerunt et, nisi misericordia dei
et defensio sancti Marci basilicae eruisset eos de manibus
eorum, ibi perierant. liberati sunt tamen, quomodo dicitur,
quia manus publica superuenit, quae eos eruere potuit. ista 7
et istorum concinnamenta Dorothei malitia fabricauit, qui
ante biduum quam peruenirent nostri Thessalonicam super
duo milia baptizauit. sacramenta tanta erogauit in populo,
quae possint ipsis ad tempora sufficere, significans plebi, quia
fides recta mutatur. ista quomodo non habuerant excitare
populum? ista quem non inuitabant ad seditionem? post hoc 8
et ipsum libellum, quem fecerat cum episcopis, ante populum
scidit dicens 'ego istud usque ad mortem meam numquam

2 deliberatum *V:* denuntiatum *α* 6 quia *notione temporali* nuntiatum . . praesentia *V, corr. Thiel:* nuntiatum . . praesentiam *Car.*, nuntiatum . . praesentiam <adesse> *Bar.* 8 solos *Bar.* 24 thessalonica *V, corr. o*[2] 30 scindit *V, corr. Bar.*

facio nec facientibus consentio'. occiderunt et Iohannem uenerabilem catholicum, qui nos uenientes susceperat in domo sua, qui semper separatus fuit a communione Dorothei propter synodum Calcedonensem: in quo talem mortem exercuerunt,
9 qualem illi <qui> sanctum Proterium occiderunt. ista ad clementissimum imperatorem peruenerunt et prope in tota ciuitate catholicis luctus est propter talia quae contigerunt scelera. promittit sancta clementia uindicare et iactare Dorotheum, quia nos contestati sumus pietatem eius dicentes 'nulla ratione Dorotheum inter episcopos aut in communione sedis apostolicae potest beatissimus papa recipere' et contra, qui uoluerint eum in sua communione recipere, scire se esse
10 reos auctoritate ecclesiastica. ista ad notitiam beatitudinis uestrae festinauimus referre, ut nihil uos lateat, quod in istis partibus agitur. Accepta IIII. Kal. Decbr. Eutharico cons.

## (226.)

HORMISDA GERMANO ET IOHANNI EPISCOPIS FELICI ET DIOSCORO DIACONIS ET BLANDO PRESBYTERO. Cum nos ecclesiasticae prosperitatis gaudia subleuarent et prope plenum laboris uestri fructum cottidie carperemus, repente nos inimica uniuersis, quae uotiue successerant, fama confundit. cuius opinionis ordinem etsi uobis necdum referentibus suspicamur incertum, pro ipsius rei tamen magnitudine credidimus non
2 tacendum. itaque perlatum est fratrem et coepiscopum nostrum Iohannem, dum ad Thessalonicam pro suscipiendis tantum libellis, qui promittebantur, accederet, ita plebis inrationabili seditione concussum, ut extincto primum eo, qui hospitium uenienti praebuerat, ipse quoque non dissimili caede mactatus
3 et uix sacrosancti fontis reuerentia uindicatus euaserit. cuius

1 Ioannem *Bar.* (*cf. p. 692, 8 sq.* Iohannis catholici interitus quem . . perhibetis extinctum): hominem *V* 5 qui *add. Car.* 7 catholicus *Car.*
226. *Dat. a. 519 die 13 Oct. per Leonem. Edd. Car.* $I^2$ *513; Bar. ad a. 519, 125; Collect. Concil.; BTA I 437; Thiel 892.* 18 DIAC *V* 20 uniuersis *scripsi:* uniuersi *V Car.*, <de> uniuersis *Thiel*, uniuersa (*scil.* esse) *Hartel* 21 quae repente successerat *Car.* 27 sedicioni *V*, *corr.* $o^2$

seditionis initium sub interrogationis dolosae commento ab
Aristide presbytero narratur exortum. uerum nos, si haec
manifesta sunt, adeo de plebe non querimur. erit in potestate
uenerandi principis temporis sui et catholici sacerdotis iniuriam,
qua iubeat, resecare censura. sed id, quod ad nos attinet, 4
cura peruigili per uos deo propitio desideramus impleri, quia
nullum uolumus aut non reddita ratione conuerti aut sic
rectam uiam fidei profiteri, ut sibi a principe aliquid sine
doctrinae remedio causetur imponi. hoc igitur suggestione 5
uestrae supplicationis peragite, ut Thessalonicensis episcopus,
qui sub interrogationis obtentu ecclesiasticam pacem protracto
in longum nititur dissipare negotio, quam a uobis suscipere
noluit, a principe ad urbem directus ab apostolica percipiat
sede doctrinam et, quicquid sibi dubium putat, huc ueniens
praesenti a nobis inquisitione condiscat: sic enim probare
potest se catholicae professionis seruare cautelam, non maliti-
ose concepta uindicare certamina. sciat nos paratos esse et 6
bene inquirentes instruere et errantes ad fidei rectum tramitem
scientia duce reuocare, quia si dubitans paratam non uult
experiri doctrinam nec rursus in simplicitate cordis, quae
pacis et religionis causa iubentur, admittere, in aperto est,
qua mente uel dei nostri praeceptis obsistat uel orthodoxi
principis exempla contemnat. in hac ergo parte totus 7
suggestionis uestrae actus immineat, quia nec illi alia possunt
ratione saluari et incitatae plebis sub hoc melius moderamine
causa sedatur. cum quo etiam Aristidem presbyterum clemen-
tissimus princeps ad nos uenire praecipiat, quia, sicut praefati
sumus, omnes, quorum pax ecclesiastica ambiguitate diuiditur,
simul ad communionem nostram depulsa mali erroris aegri-
tudine catholicae scientiae cupimus sentire medicinam. prae- 8
terea, mox praesentia uos contigerit scripta suscipere, debe-

1 dolose *V* 2 ppb̄ro *V* 8 aliqđ *V* 12 q̊m (= quam) *V*: qm̄ (= quoniam) α 14 putet *Car.* hc̄ *V* 15 sic *V*: si ρ² 16 cautela *V*, *corr.* ρ² 19 parata *V*, *corr.* ρ² 21 admitere *V* 22 ortodoxi *V* 28 omnis *V*, *corr.* ρ 31 mox ⟨ut⟩ ρ²

bitis ad nos de uestris aliquem destinare cum relatione, quae uniuersa contineat, unde <de> his, quae gesta sunt uel geruntur, sollicitudinem nostram releuare debeatis. datarium quoque litteris uestris adiungite, ne uobis portitoris tarditas possit adscribi. Data III. Idus Octobr. Eutharico cons.

## (227.)

HORMISDA GERMANO ET IOHANNI EPISCOPIS ET BLANDO PRESBYTERO. Grauiter nos Iohannis catholi<ci> afflixit interitus,
quem haeretici Dorothei uesania perhibetis extinctum. nam
eundem Dorotheum Constantinopolim iussu principis didicimus
2 euocatum. aduersus quem domno et filio nostro clementissimo
principi debetis insistere, ne ad eandem ciuitatem denuo
reuertatur sed episcopatus, quem numquam bene gessit,
honore deposito ab eodem loco ad ecclesiam longius relegetur
uel certe huc ad urbem sub prosecutione congrua dirigatur.
3 ad hanc etiam partem inuigilare debebitis, ne in loco eius
Aristides totius mali incentor et conscius quibuslibet subreptionibus
ordinetur, nam nihil prodest mutari personam, si
eius deformis nequitia perseueret: sed talem uirum debetis
eligere, ut de iudicio uestro cuncta catholicorum congregatio
4 gratuletur. his igitur obseruatis pro Thomae atque Nicostrati
fratrum et coepiscoporum nostrorum personis intentio dilectionis
uestrae uehementer debet incumbere. nam quid prodest
ecclesiam redintegrasse, si ab eius corpore sacerdotes uideamus
extraneos, quos in nostram communionem nos caute atque
rationabiliter non ignorastis esse susceptos? unde non leuiter
nos res ista contristat. si ab his, qui sedis apostolicae

2 de *inseruit Bar.*

227. *Dat. (simul cum ep. 175) a. 519 die 3 Dec.; per Paulinum. Edd. Car. I² 515; Bar. ad a. 519, 134; Collect. Concil.; BTA I 438; Thiel 903.* 8 catholi *V, corr. α* 12 insistē *V, corr. α* 14 ad ecclesiam *V:* ac ecclesia *Car.*, ab ecclesia *Bar.* 18 nł (= nihil) *V:* nul *α. unde* nulli *o* 19 eius deformis nequitia *scripsi:* eidem formis nequicie *V*, eiusdem formam nequitiae *α*, eiusdem forma nequitiae *o²* 23 pdē *V* 24 corpore *ex* corporis *V*

praedicationem sequuntur, neglegantur qui in eius fide et
consensu recepti sunt. idcirco, sicut hortati sumus, pro eorum 5
communione atque loco serenissimo principi uehementer
insistite: nam in eadem causa domno et filio nostro clementissimo principi et uiro illustri Iustiniano filio nostro scripta direximus, hortantes, ut cum uestra, quantum ad ecclesiarum suarum receptionem pertinet, debeant caritate tractare. de quo nos articulo nostrae ordinationis suspicamur immemores: diximus enim, quemadmodum exclusis occupatoribus hi, de quibus loquimur, ad proprias reuertantur ecclesias, ut illi
alibi, si tamen rectae sunt fidei, ordinentur. de personis 6
Scytharum monachorum uir illustris Iustinianus nobis scripsit, quarum exemplaria litterarum fraternitati uestrae direximus. qui cum nollent sustinere uestrae dilectionis aduentum et obseruationum moras se dicerent ferre non posse, temptauerunt clam de urbe discedere. quos tamen nos fecimus sollicitius custodiri, ea, quae de uobis contraria dixerunt, uolentes agnoscere, ut, cum reuersi deo propitio fueritis, eorum error rationabilibus adhortationibus corrigatur. Data III. Non. Decembr. Eutharico u. c. cons.

## (228.)

HORMISDA QUIBUS SUPRA. Ita nos incolomitatis et actuum uestrorum cura sollicitat, ut quamuis frequentibus occasionibus non praetermittamus hortari certos nos de his, quae circa uos aguntur, fieri litteris destinatis. nam et cum per hominem illustris uiri atque magnifici patricii filii nostri Agapiti desideriis nostris congruos miserimus affatus et nunc quoque anxietatis nostrae credidimus solatio, si ad uos praesentia
scripta mitteremus: tantum est, ut de actibus atque sospitate 2

6 uestra quantum $\rho^2$: quantum uestra *V* 7 receptione *V*, *corr.* $\rho$ 8 quo *scripsi:* co (*an* eo?) *V*, eo $\alpha$ <non> immemores *Car.* 9 que admodum *V*, *corr.* $\alpha$ 12 scytarum *V* 16 tm̄ (= tamen) *V:* tum *Car.* 19 adortationibus *V*

**228.** *Dat. a. 520 die 10 Iulii. Edd. Car.* $I^2$ *536; Collect. Concil.; BTA I 439; Thiel 925.* 24 certiores $\rho^2$ 28 solatium *Car.*

nestra nec non et de mora, per quam nos detineri plurimum dolemus, releuetis nos alloquiis sub occasione idonea portitoris. Data VI. Idus Iul. Rusticio u. c. cons.

## (229.)

HORMISDA GERMANO EPISCOPO FELICI ET DIOSCORO DIACONIS ET BLANDO PRESBYTERO. Animos nostros tam diuturnum dilectionis uestrae silentium ut tantorum temporum contristat absentia, praecipue cum uir magnificus patricius Symmachus et uir illustris Romanus magister militum filii nostri reditum apud nos caritatis uestrae sine dilatione promiserint. et ignoramus, utrum illic causarum qualitas an certe fraus aliqua simulata sub necessitate detineat, quia nobis sollicitudinem sine cessatione gerentibus et paene uniuersos partium illarum
2 homines percontantibus diuersa et dissimilia nuntiantur. et ideo, quoniam causas tantae tarditatis uos melius deprehendere et intellegere potestis atque cognoscere, significare nobis ista, de quibus noster cruciatur animus, debuistis, uel si est causa dilationis idonea, sicut constitutum est, aliquem de uestris
3 ad nos oportuerat destinari. unde ne forsitan per uersutias aut aliquam concinnationem nobis dilatio et impedimenta generentur, sub celeritate uobis scribite, ut sub rationabili ordinatione pro uestra repetitione ad filium nostrum impera-
4 torem clementissimum dirigamus. ergo tam circa personas quam de causa fidei, pro qua diu moramini, quid geratur, instructe atque plenissime nobis uniuersa rescribite, ut omnibus cognitis deo nostro fauente tractemus, quemadmodum personis uestris et causae ipsius, cuius res agitur, possit misericordia subuenire. Data Id. Iul. Rusticio u. c. cons.

i
3 rustico V

**229.** *Dat. a. 520 die 15 Iulii. Edd. Car. I² 537; Collect. Concil.; BTA I 440; Thiel 926; obiter commemorat Bar. ad a. 520. 28.*
5 DIAC V   6 *sq.* tam . . ut V: tum . . tum *Bull. Taur.*   8 scymmachus V   10 *et* 13 sin̄ V   14 percunctantibus α   25 instructe V: instruite o²   28 id il rustico V

## (230.)

EXEMPLUM RELATIONIS POSSESSORIS EPISCOPI AFRI. PER IUSTINUM DIACONUM EIUS.

DOMINO BEATISSIMO ET INEFFABILITER MIRABILI ET IN CHRISTI GRATIA PRAEFERENDO PAPAE HORMISDAE POSSESSOR IN DOMINO AETERNAM SALUTEM. Decet et expedit ad capitis recurrere medicamentum. quotiens agitur de sanitate membrorum. quis enim maiorem circa subiectos sollicitudinem gerit aut a quo magis est nutantis fidei stabilitas expetenda quam ab eius sedis praeside. cuius primus a Christo rector audiuit: tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam
meam? arbitror uestram beatitudinem non latere, quantis 2
in Constantinopolitana urbe ecclesia laboret insidiis et ad morem ueteris morbi in saniem uulnus iterum quaerat erumpere, quod obductum creditur cicatrice. unde cum quorundam fratrum animus de codice Fausti cuiusdam natione Galli Reginae ciuitatis episcopi. qui de diuersis rebus et frequentius de gratia dei diserte uisus est disputare, in scandalum moueretur aliis. ut se habent humana studia. in contrarium renitentibus, me crediderunt de hoc ambiguo consulendum.
dixi quidem ea. quae a tractatoribus pro captu prop<rii> ingenii 3
disputantur. non ut canonica recipi aut ad synodalium uicem pro lege seruari sed habere nos certa, scilicet quae ueteri lege uel noua conscripta et generalibus patrum sunt decreta iudiciis, ad fundamentum fidei ac religionis integram firmitatem; haec autem, quae antistites diuersi conscripserunt, pro qualitate
sui sine praeiudicio fidei solere censeri. sed cum haec, 4
quantum in eorum frequenti postulatione persensimus. magis

10 Matth. 16, 18

**230.** *Dat. a. 520; accept. die 18 Iulii. Edd. Car.* I² *537; Bar. ad a. 520, 12; Collect. Concil.; Thiel 916.* 2 per iustinum (*corr. ex* iustinianum) diač eius *V charactere minutiore inter columnas* 9 expectanda *Bar.* 15 cicatricē *V, corr. o²* 16 animo *V, corr. o²* cuius damnatione *V, corr. o²* 17 Reginae *Car.:* regia *V,* regiae *o* 21 proprii *o²:* prop *(relicto duarum fere litterarum spatio) V*

eis excusatio uideretur, uel pro eorum prece uel pro obsequii occasione reddendi apostolatui uestro per Iustinum diaconem meum praesumpsi apices meae paruitatis ingerere. quibus principaliter orationum uestrarum munimen exposcens quaeso, ut consulentes, quid de praefati auctoris dictis uideatur, auctoritate apostolicae responsionis agnoscant, maxime quod filii quoque uestri magistri militum Uitalianus ac Iustinianus praecipue super hac re rescripto beatitudinis uestrae similiter 5 informari desiderant. codicem quoque retractandum antehac direxisse me memini continentem beati Pauli apostoli epistolarum explanationes, pro quo rescripto gratulari non merui, unde simili prece deposco, ut praerogatiuam benedictionis uestrae competenti responsione merear adipisci. Accepta XV. Kal. Aug. Rusticio cons.

## (231.)

HORMISDA POSSESSORI EPISCOPO. Sicut rationi congruit, ut consulant ambigentes, ita par est respondere consultos, quia ipse impellit in errorem, qui non instruit ignorantem, nec quicquam aptius est studioso religionis quam inquisitio ueritatis, quando facilius denium uitat, qui iter per quod gradiatur 2 rogat. sed priusquam respondendi curam de his, quae dilectio tua percontatur, aggrediar, libenter in litteris tuis fidei tuae

3 mm presumsi V 9 ante hanc V, *corr. Car.* 12 praerogatiua V, *corr. Car.*

**231.** *Dat. a. 520 die 13 Aug.; respondet epistulae 230. Primus epistulam edidit ex codice et uetusto neque ex V pendente Ioh. Cochlaeus inter opera Iohannis Maxentii (Hagenouiae 1520) fol.* xxviii (= ϑ), *uerba usque ad initium § 10 ab ipso adferuntur Maxentio in tractatu, quem ex eodem codice Cochlaeus edidit ibid. fol.* xxix (= μ); *cf. Proleg. cap. III. e libris collectionis Auellanae ed. Car. I² 538, quem secuti sunt Bar. ad a. 520, 16; Collect. Concil.; BTA I 441; Thiel 926.* 16 Incipit epistola quae dicitur esse papae Ormisdae ad Possessorem episcopum Aphrum qui est Constantinopoli. Dilectissimo fratri Possessori Hormisda ϑ 17 consolant *V* par est ϑμ: parē *V* 19 est aptius *trsp.* ϑμ 20 facilius *V:* facillime ϑ, *om.* μ deuia μ per *V*μ: *om.* ϑ graditur μ 22 adgrediar ϑμ: aggrediatur *V*

me fateor inuenisse feruorem, cuius calore succensus rediuiuam
in illis partibus infidelium peruersitatem uigere suspiras.
dignissimus dolor, qui dedita deo corda contristet, nec enim
est apud eos lapsus inlamentabilis, quibus est igniculus
caritatis, quia unum spiritalium uotum est salus inconcussa
cunctorum. sed non est ignota ecclesiis dei de huiusmodi 3
procellis aut insueta tempestas: quamuis rectoris sui gubernaculo
inconcussa persistat, uariis tamen insurgentium fluctuum
laborat uexata turbinibus. nam unde est psalmidici uox 4
prophetae, qui ipsius ecclesiae personam spiritu, quo implebatur,
adsumens saepe inquit expugnauerunt me a iuuentute
mea, etenim non potuerunt mihi? concutiunt. sed in
nihilo praeualebunt. adhuc in area sumus. mixta sunt frumenta
cum paleis. gemunt boni consortia malorum; sed superest
flamma non necessariis et parata sunt horrea iam probatis.
ubi terrarum non ista permixtio? nos fixis decet instare 5
uestigiis: proficiemus inter aduersantes propriis bonis. si
erroribus non inuoluamur alienis; probat enim uirtutis suae
ualidum robur, qui cum impellitur non mouetur. ubi non 6
uariae temptationis aculei? quales per hunc fere ingem annum
quorundam Scytharum, qui monachos praeferebant specie non
ueritate, professione non opere, subtili tectas calliditate
uersutias et sub religionis obtentu famulantia odiis suis
uenena pertulimus studentes eos ab interno uulnere medicabilis
patientiae moderamine sanare, beati Pauli monita non
tacentes: noli uerbis contendere; ad nihil enim
utile est nisi ad subuersionem audientium? sed 7

11 Psalm. 128, 2 26 Tim. II 2, 14

1 sussensus *V* 3 doror qui dedit adeo *V* contristat ϑμ 4 quibus *V*ϑ: apud quos μ 6 ecclesiae *Bar.*, ecclesia . . aut ⟨ipsi⟩ insueta *Bull. Taur.* 8 inconcussa *etc. per anacoluthiam, quasi* 6 *praecessisset* ecclesiae incursantium μ 16 ⟨est⟩ ista *Bar.* instare *V*: stare ϑμ 18 inuoluamus *V* 19 qui *om.* ϑ moueatur ϑ 20 per hunc *V*μ: nunc ϑ 21 sytharum *V* 25 moderatione ϑμ 26 tacentes *V*μ: tenentes ϑ

quando uirus, quod uiscera penetrarit, euellitur? quando corda male sibi credula ueritatis obtemperant institutis? quando induit oboedientiae humilitatem opinionibus suis uallata superbia? quando acquiescunt paci contentionum studiis adsueti, sola certamina amantes de religione captare et
8 mandata neglegere? numquam apud eos caritas nouo commendata praecepto, numquam pax dominico relicta discessu: una pertinacis cura propositi rationi uelle imperare, non cedere: contemptores auctoritatum ueterum, nouarum cupidi quaestionum: solam putantes scientiae rectam uiam qualibet conceptam facilitate sententiam: eo usque tumoris elati, ut ad arbitrium suum utriusque orbis putent inclinandum esse iudicium, nec in numero fidelium deputantes sequaces traditionis paternae, si suae uiderint cedere nolle sententiae: docti crimina serere, obtrectationum uenena componere, integrum ecclesiae corpus odisse, seditiones instruere, inuidiam concitare et pro oboedientia, quae in coenobiis principatum regularis obtinet
9 disciplinae, obstinationem pertinacis amare superbiae. non illos potuimus monitis, non mansuetudine, non auctoritate comprimere. in publicum usque prodiere conuentum ad concussionem quietis circa regum etiam statuas inclamantes. et nisi fidelis populi constantia restitisset, per diabolicae semina nefanda zizaniae apud illos dissensionem et discordiam commouissent, per quos adiutorio dei de regionibus eorum est pulsa dissensio. sero probauimus prophetica apostolum uoce dixisse in nouissimis diebus instare tempora periculosa

26 sqq. Tim. II 3, 1—2 et 5

1 penetrarit *V*: penetrauerit ϑμ, penetrauit *Car.* c̄da *V* 4 studiis *V*ϑ: stimulis μ 5 amantes *V*: auentes ϑμ 10 conceptam ϑ: concepta *V*, susceptam μ 13 sequacem ϑμ 14 sua euiderint *V* credere ϑμ 16 struere ϑμ 17 cenobiis *V* obtinet *V*ϑ: tenet μ 19 potuimus illos *trsp.* μ non *ante* mansuet. *om.* ϑ 21 concursionem *V* inclam̄tes *V* 23 illos *V*ϑ: eos μ dissensionem ϑμ: dispensationem *V* 24 regionibus *V*μ: regione ϑ eorum ϑμ: *om. V* 25 dissensio ϑμ: dissent *V*, de eis *Car.*, dissensio de eis *Bar.* 26 instaret *V*

et fore homines sui tantum amatores, habentes formam pietatis, uirtutem autem eius abnegantes, itaque esse uitandos. haec ideo dilectioni uestrae indicanda sub occassione credi- 10
dimus, ne, si illuc fuerint forte delati, ignorantes, quemadmodum se in Romana urbe tractauerint, sub aliqua uerborum simulatione deciperent. hi uero, quos uos de Fausti cuiusdam Galli antistitis dictis consuluisse litteris indicastis, id sibi responsum habeant neque illum neque quemquam, quos in auctoritatem patrum non recipit examen, catholicae fidei aut ecclesiasticae disciplinae ambiguitatem posse gignere aut religiosis praeiudicium comparare. fixa sunt a patribus, quae fideles sectari debeant instituta; siue interpretatio seu praedicatio seu uerbum pro populi aedificatione compositum, si cum fide recta et doctrina sana concordat, admittitur, si discordat, aboletur. unum est fundamentum, extra quod quaelibet fabrica si consurgit, infirma est; super illud, quisquis aedificat seu uilia seu pretiosa, consideret. errat autem is, qui a uia, quam patrum electio monstrauit, exorbitat. nec tamen improbatur 11
diligentia per multa discurrens sed animus a ueritate declinans. saepe ex his necessaria prouidetur, de quibus ipsi aemuli conuincantur. instructio nec uitio dari potest nosse, quod fugias, atque ideo non legentes incongrua in culpam ueniunt sed sequentes. quod si ita non esset, numquam doctor ille gentium adquieuisset nuntiare fidelibus: omnia probate, quod bonum est tenete. non ab re est etsi mundanum, 12
non tamen a ratione discretum miscere sermonem. fertur

15 cf. Cor. I 3, 10—12    24 Thessal. I 5, 21

1 fere *V*  3 credimus μ  4 dilati *V*  5 in *om.* ϑμ  6 deciperent *V*: possint aliquos decipere ϑμ; *huc usque* μ  hii *V*: hinc ϑ  quos *V*: quod ϑ  7 dictis *om.* ϑ  id *V*: iis ϑ  8 auctoritate *V*  12 seu *V*: siue ϑ  13 pro ϑ: *om.* *V*  14 oboletur *V*  16 quisquis *V*ϑ: quisque quae *Thiel*  superaedificat ϑ *(cf. Vulgatam)*  17 erat *V*  is qui a uia quam ϑ: es a uia qui quam *V*, a uia qui ab eo quod o[2]  20 ex *V*ϑ: de *Car.*  iis ϑ  prouidentur . . instructioni ϑ  24 adnunciare ϑ  omnia ⟨autem⟩ *a. cum Vulgata*  25 abs *edit. reg.*  26 *sqq.* fertur . . proposuisse ϑ: fert . . profuisse *V*

quidam nobilis arte pingendi. cum equum peniculo uellet
explicare perfectum, asellum sibi proposuisse pingenti, asserens
non ut iumentum imitaretur informe sed ne in alicuius
13 deformis liniamenti similitudinem lapsus incideret. non improuide
patrum ueneranda sapientia fideli posteritati, quae essent
canonica dogmata, definiuit, certa librorum etiam ueterum in
auctoritatem recipienda sancto spiritu instituente praefigens,
ne opinioni suae lector indulgens non quod aedificationi
ecclesiasticae conueniret sed quod uoluntas sua concepisset
assereret. quid ergo calumniantibus opus extra constitutos
ecclesiae terminos porrigere quaestiones et de his, quae ita
habentur dicta, quasi dicta non sint, mouere certamina, cum
Christiana fides canonicis libris et synodalibus praeceptis et
patrum regularibus constitutis stabili et inconcusso tramite
14 limitetur? de arbitrio tamen libero et gratia dei quid Romana
hoc est catholica sequatur et seruet ecclesia, licet et in uariis
libris beati Augustini et maxime ad Hilarium et Prosperum
possit cognosci, tamen et in scriniis ecclesiasticis expressa
capitula continentur, quae si ibi desunt et necessaria creditis,
destinabimus. quamquam qui diligenter apostoli dicta consi-
15 derat, quid sequi debeat euidenter agnoscat. Data Id. Aug.
Rusticio u. c. cons.

2 perfectum *om.* ϑ 3 informem *V* 4 deformis ϑ: formis *V*, informis *Car.* lineamenti ϑ inprouida ϑ 6 definiunt *V* 10 opus <erat> *Bar.* 11 quaestiones *V*: quae rationis ϑ 13 praeceptis *V*: 'al. disciplinis' *V man. 1 in marg.*, disciplinis ϑ 15 quid ϑ: quod *V* 16 et in *V*: ex ϑ 17 augusti *V* 18 possit cognosci *V*: abunde posset agnosci ϑ 19 capla *V* si ibi ϑ: sibi *V*, si tibi o² 20 destinabimus ϑ: destinamus *V* apostoli dicta *V*: apostolica ϑ 21 *post* agnoscat *addit* deus te incolumem custodiat frater charissime ϑ id ag *ceteris omissis V* 22 u. c. cons. *scripsi*: ac consulibus ϑ, ac <Olybrio> consulibus *interpolauerunt Fulgentii edd. recentiores*

## (232.)

IUSTINUS AUGUSTUS HORMISDAE PAPAE. Quo fuimus semper
et quo sumus studio pro conciliandis sententiis catholicam
fidem colentium, ut eodem animo cuncti uenerentur lumen
indiuiduum trinitatis, palam fecisse dinoscimur nunc legatum
ad uestram beatitudinem ultro ob hoc ipsum dirigentes
Gratum u. s. magistrum scrinii, quo remedium tandem
reperiatur discordiis uaria certantium, nunc prono libentique
suscipientes affectu uiros religiosissimos, quos interuentores
unitatis uestra sedes apostolica credidit destinandos. profecto 2
etenim tamquam ipsam pacem et iucundis eos oculis aspeximus
et extensis manibus duximus amplectendos: quin etiam omni
intentione ordinauimus, ut uenerabilis ecclesia Constantino-
politana nec non complures aliae uota suscipiant uestra non
solum in ceteris sed in auferendis etiam nominibus ex sacris
diptychis, quae remouenda maxime postulastis. uerum nonnullae 3
fuerunt urbes et ecclesiae tam Ponticae quam Asianae ac
praecipue Orientales, quarum clerici uel populi omnibus
pertemptati minis atque persuasionibus tamen nequaquam
flexi sunt, ut tollant antistitum et repellant nomina, quorum
apud eos opinio floruit, sed morte uitam duriorem aestimant,
si mortuos condemnauerint, quorum gloriabantur uita super-
stitum. quid igitur faciamus huiusmodi pertinaciae, quae nec
dictum audiens exsistit et tormenta in tantum despicit, ut

**232.** *Dat. a. 520 die 9 Sept. per Iohannem episcopum; accept. die 30 Nou. Praeter Auellanam hanc epistulam seruauit collectio Dionysio-Hadriana = H, i. e. consensus codicum* $h^{1-10}$ *et* $d^2$, *quos enumeraui p. 83. Edd. Car.* $I^2$ *547; Bar. ad a. 520, 54; Collect. Concil. iam inde a Merlino; Thiel 941 et praeterea editiones Dionysio-Hadrianae.* 5 dinoscimur *H* (*exceptis* $d^2h^6$; *ex* dinoscimus *corr.* $h^5$ *man. 2*): dinoscitur $Vd^2h^6$ 6 ipsud $h^1h^2h^3h^6h^7$ 7 gratum uestrum (uestri $h^8$) magistrum $h^4h^6h^8h^{10}$ 8 repperiatur *V atque ex parte H* proni *H* 13 ordinabimus $h^1h^2h^3h^7h^{10}$ constantinopolina *V* 15 cētis *V* 16 dypticiis *V* ($h^9$ *man. 2*), dypticis *H* (dipticis $h^5h^6$, dapticis $h^4$) 17 pontificae $h^2h^5d^2$ asiae *H* 19 pertemptaminis $h^4h^6d^2$ 21 eos *H*: *om. V* fluruit *V* 21 mortem *H* 22 gloriabuntur *H* (*exceptis* $h^8h^9$) 24 dictum *V*: dictu *H*, dicto $o^2$

amplum sibi ac festiuum indicet, si corpore prius quam
4 religioso desistat consilio? nobis quidem uidetur opus esse
mollius agendi et clementius. quae si non in tua sanctitudine,
iam nec in alio poterunt inueniri. nam neque sanguinis et
suppliciorum cupidi, quod dictu etiam graue est, libellum
suscepimus neque ut paruo discrimine remaneant imperfecta
concordiae desideria, sed ad prorogandam quo possumus ordine
coniunctionem membrorum ecclesiae. utrum itaque praestantius
erit minorum gratia in totum esse nobis absectas tantas
multitudines an concessis exiguis et remissis maiora et omni
ratione quaerenda corrigi, ut, quae non licuit per omnia,
5 saltem ex necessariis partibus allegantur? ueniam itaque
nominum postulamus, non Acacii, non utriusque Petri, non
Dioscori uel Timothei, quorum uocabula ad nos datae
sanctitatis tuae epistolae continebant, sed quos in aliis
celebrauit ciuitatibus episcopalis reuerentia et hoc exceptis
urbibus, ubi uestrae beatitudinis libellus iam in plenum
admissus est, nisi hanc quoque partem beniuolentia statuerit
6 uestra mitius corrigendam. uerum nec iudicio res caret sedis
apostolicae, ut non magis uenia dicenda sit quam deliberata
iam ac perspecta definitio: Anastasius siquidem religiosissimae
memoriae, uestrae culmen ecclesiae, palam aperteque constituerit,
cum ob hoc idem scriberet negotium decessori nostro,
satis esse pacem affectantibus, si nomen tantum reticeatur
Acacii. ergo priora uestrae sedis constituta sequitur. qui non

22 cf. Anastasii II papae ep. 1 = Thiel p. 617, § 4 init.

1 festinum *H* 3 quae] *mollities uidelicet et clementia* 4 poterunt *H* (*excepto* $d^2$): potuerunt $Vd^2$ inueniri $Vd^2h^4$ *et* $h^9$ *man. 2:* inuenire *ceteri codd. H* 5 dictu $h^1h^2h^3h^4h^7h^9$ *et corr. ex* dictum $h^5h^6$: dictum $Vd^2h^8h^{10}$ 9 absectas *scripsi*: adsectas *V*, abseptas $h^1h^2h^3h^4h^6h^{10}$ *et post corr.* $h^5$, adsepta s(tantis) $h^7$, adseptas $h^9$ (dsep *in ras.*), absortas $h^5$: adiectas *Car.*, abreptas *Coust.* 11 corrigit *V* 12 alleguntur *V*, allegentur $d^2$, alligentur $h^4$, alligantur $h^{10}$ 13 accacii *V*, acaci *plerique codd. H* 17 libellum *V* 18 hac *V* 19 corrigenda $h^1h^2h^3h^5$ 22 constituerit *VH:* constituerat *ρ*, constituit *Car.* 23 ob *V: om. H* scribere *V* 25 accatii *V*

omnes memorias mortuorum iudicat contemnendas, ut indignum
habeatur et incongruum, si non placidior omnibus non solum
defunctis sed etiam superstitibus uestra diuulgetur in omni
fine terrarum lenitas. et hoc quidem non dubitauerimus ita 7
gratiosum nobis futurum, ut pacifico statim responso laetior
mundus reddatur. retinet autem uestra sanctitas, quod dudum
scripsimus ex Oriente supplicationes nobis esse destinatas
uoluntatem ipsorum continentes et arbitrium, in quo sese
duraturos ostendunt firmiter et quo nulla ratione desistendum
aestimant. hanc itaque cartulam secundum nostra promissa 8
per Iohannem uirum reuerentissimum episcopum dirigendam
nobis in praesenti merito credidimus, ut a uestra sede etiam
tenor eius admissus ad colligendas proficiat et adunandas
ubique uenerabiles ecclesias et Hierosolymitanam praecipue,
cui tantum omnes fauorem impendunt quasi matri Christiani
nominis, ut nemo audeat ab ea sese discernere. consensum 9
itaque proprium tuam sanctitudinem epistolari quoque pagina
conuenit declarare, ut cognito omnibus atque patefacto
tenorem eiusdem cartulae a uobis etiam laudari et tenaciter
custodiri laetior mundus existat. Data V. Id. Septembr. Chalced. Rusticio cons. Accepta prid. Kal. Dec. cons. ss.

## (232 a.)

EXEMPLAR PRECUM.

DEO AMABILI AC PIISSIMO IMPERATORI EX DEO AUGUSTO ET PRINCIPI IUSTINO CHRISTIANISSIMO DEPRECATIO ET SUPPLICATIO AB HIEROSOLYMITANIS ET ANTIOCHENIS ET SECUNDAE SYRIAE CLERICIS ET ABBATIBUS ET POSSESSORIBUS PROUINCIAE SYRIAE.

H a u r i t e  a q u a m  c u m  l a e t i t i a  e x  f o n t i b u s  s a l u t i s 2

28 Esai. 12, 3

3 deuulgetur *V et* (*excepto* $h^4$) *H*  5 leticior *V*  6 retinet *V*: retineat *H*  14 hierosolimitanam *V et omnes fere codd. H*  20 leticior *V*  septeb̄ *V*  21 rustico *H* (*exceptis* $h^7h^{10}$)  ⟨u. c.⟩ cos. *Car.* 23 exemplar *H*: EXEMPL̄ *V*  26 hierosolimitanis *V et omnes fere codd. H*  27 sirię *V*  28 aurite *V et plurimi codd. H*  aqua $h^6h^7h^{10}$ fontibus *H*: fonte *V*

uociferator Esaias propheta exclamat, fontes salutis euangelicas
ueritatis praedicationes manifeste ostendens, ex quibus beati
apostoli et eorum qui per ordinem fuerunt discipuli et
sapientes ecclesiae doctores salutarem aquam fidei haurientes
omnem sanctam dei ecclesiam irriganerunt, quae in petra
summi apostolorum subnixa rectam et inconflexibilem confes-
sionem custodiens fiducialiter cum eo ad unigenitum filium
dei omni tempore exclamat dicens: tu es Christus filius
3 dei uiui. hanc salutarem confessionem a sanctis quattuor
synodis, quae euangelicis praeceptis sunt honoratae, suscipientes
numquam per Christi gratiam a traditis nobis rectis dogmatibus
deuiauimus, sicut rerum testatur probatio et tempore necessi-
4 tatis fidei constantia demonstrat. si igitur ut Christiani
rationis fidei sumus participes, domine piissime, et ad com-
munem pacem et ad unitatem festinamus, nostram fidem,
quam ab initio suscepimus, per hanc satisfactionem nostram
manifestam uestrae facimus pietati, ut notum sit, quia et
paci concurrimus et a recta cum dei iuuamine non deuertimus
fide sed omnem ex aequo haeresim execramur, non solum
Eutychianistas et acefalos, sed et Nestorianos et hominem
5 colentes toto animo odientes anathematizamus. nos autem,
domine Christianissime imperator, sicut superius dictum est,
in patrem et filium et spiritum sanctum ab initio baptizati

8 Matth. 16, 16

1 euangelicas *plurimi codd. H*: euangelizas *V*, euangelicis $h^2$, euangelicae $h^8h^9$ *et man. 2* $h^1$  2 ueritatis *pars codd. H*: ueritates $Vh^4h^5h^6h^7h^{10}d^2$ *et ex* ueritatis $h^9$ *man. 2*  3 fuerun *V*  4 salutare $h^6h^7h^{10}$  aurientes $h^1h^5h^6h^7h^{10}d^2$, aurigentes $h^2h^3$  9 ııı$^{or}$ *V*  10 praecepti $h^1h^2h^3h^4h^6h^{10}$  13 demonstat *V*  cristiani *V*  14 rationis *ρ*: rationi *VH* (ratione $h^4h^6$, rationi *ex* ratione $h^5$)  dominae $h^1h^2$  piissimae $h^1h^2h^3h^5$  15 ad *H*: *om. V*  18 iubamine $h^1h^2h^3h^6h^7h^{10}$  diuertimus $h^4h^6h^{10}$ *et man. 2* $h^1$  19 fidem $h^4h^5h^6h^7h^{10}d^2$  omne $h^1h^2h^3h^6h^7h^{10}$  ęquo *uel* equo *H*: quo *V*  heresin $h^1h^2h^3h^7h^{10}$, heresinguin $h^5$  execramus *H*  20 eutichianistas *V et plurimi codd. H* et *ante* hominem *eiciendum putat Thiel*  21 odentes *V*  22 christianissime *H*: kñe *V*

quoque et credentes unam essentiam dei in tribus subsistentiis
adoramus, secundum sanctorum patrum mathema et symbolum
credentes in unum deum patrem omnipotentem et in unum
dominum nostrum Iesum Christum unigenitum deum uerbum,
similiter et in unum spiritum sanctum, et secundum hoc
diuinum mathema definitionem a sancta Calcedonensi synodo
promulgatam intellegimus quoque et suscipimus, confitentes 6
et credentes, quia una substantia uel persona, quod idem
ipsa sancta synodus in duabus naturis, id est in deitate et
humanitate, indiuise et inconfuse praedicauit deum uerbum,
dominus noster Iesus Christus unus est ex sancta et unius
essentiae trinitate. si enim unum deum in tribus subsistentiis, 7
sicut dictum est, accipimus, pater autem non est incarnatus
nec spiritus sanctus, deus uerbum incarnatus est et homo
factus est unus ex sancta et unius essentiae trinitate secundum
filiationis proprietatem. sic ita secundum praedictas sanctas 8
quattuor synodos credentes et secundam dei uerbi natiuitatem
secundum carnem confiteri non renuimus (unde proprie dei
uirgo genitrix esse creditur, tamquam natura et ueritate unius
essentiae patris filium deum uerbum per naturam inmutabilem
ex ipsa factum hominem enixa est) et duas naturas in Christo
per essentiam uel substantiam unitas confitentes sicut in

1 unam *H*: *om. V* 2 mathema *H*: *om. V* 6 diuinum mathema *H*: diuinam maThestatē *V*, *sed* th (*ex* i?) *correcto et* statē *subducta linea deleto* calcedonense *V*, calcedonense *uel* calchedonense *H* (calcedonensem $d^2$, i calcedonense $h^5$, calcedonensi $h^9$) 7 suscipimus $d^2$ *et* $h^5$ *man. 2 et si recte contuli ctiam* $h^8h^9$: suscepimus *V cetcrique codd. H* confidentes $h^4h^5h^8d^2$ 8 unam substantiam uel personam quod idem <est> $o^2$ 9 sancta *om.* $h^4h^5$ id est *H*: idē *V* 11 dominus $Vh^4h^5d^2$: et dominus *ceteri codd. H* 12 essentia trinitatis *VH, corr. Crabbe* 14 deus *o*: deum *VH* (dñi $h^5$, dei $h^8h^9$) incarnatus $h^5h^6h^7h^{10}o$: incarnatum *V ceterique codd. H* 15 factum est unum ex substantia sancta et unum $h^8h^9$ essentia (ēntia *V*) trinitatis *VH. corr. Crabbe* 17 synodus $h^1h^3h^6h^7h^{10}$ secundam *Merlin*: secundum *VH* (sanctam $h^1$ *man. 2*, et secundum *om.* $h^5$) 18 rennuimus *V et ex parte H* 19 uirgo genitrix *V*: genetrix sancta uirgo *H* tamquam *VH*: tanquam <que> *Merlin* 20 patris *VH*: patri *α* incommutabilem $h^6h^8h^9$

unius persona uel substantia neque harum diuersitatem uel
proprietatem post unitionem auferimus nec eas diuidere in
duabus personis et substantiis per unitionem sumus edocti
9 eundemque scimus unigenitum filium dei et ante incarnationem
eius et post, id est deum simul et hominem, passibilem
carne impassibilem deitate, circumscriptum corpore non
circumscriptum spiritu, id est terrenum et caelestem, quem
mundus ut hominem cepit et ut deum continere non potuit,
mortalem et inmortalem, nusquam naturarum diuersitate
10 sublata neque diuidentes per essentiam unitionem. hoc enim
uere magnum pietatis mysterium, quia unus ex sancta et
unius essentiae trinitate incarnatus et homo factus deus
uerbum in utraque natura deitatis et humanitatis indiuise et
inconfuse cognoscitur et adoratur, non conuersionem uel
mutationem sustinens sed proprietatem utriusque naturae in
11 una persona in semet ipso conseruans. ob hanc igitur fidem
praedictas sanctas synodos suscipientes et custodientes ana-
thematizamus omnes, qui aduersus eas quocumque tempore
uel modo aliquid conscripserunt, praecipue Iohannem Egeotam,
qui aduersus memoratam sanctam Calcedonensem synodum
multas ut Nestorianus blasphemias euomuit, similiter condem-
nantes et Timotheum Elurum cognominatum sicut Eutychi-
12 anistam aduersus eam cum suis latrantem sequacibus. ita ergo
cum dei iuuamine semper sensimus et iam nunc sentimus.

3 substantiis *ex* subsistentiis *V* 5 id est *Thiel*: idē *V*, idē *uel* idem *H* (id $h^{10}$, item *Thielio teste Hadrianae cod. Virdun. 21 a Constantio adhibitus*), eundem *Binius*, *om. Merlin* 6 carne $o^2$: carni *VH* (carni et $h^1h^2h^5h^{10}d^2$) deitati *VH*, *corr.* $o^2$ corpori *VH*, *corr.* $o^2$ 7 spiritui *VH*, *corr.* $o^2$ id est *Merlin*: idē *V*, idem *H* (item $h^6h^8$, eundem $h^1$ *man. 2*, $h^9$ *man. 2*) 8 coepit *H* (cepit $h^8h^9d^2$) 9 diuersitate sublata *H*: diuersitati eius ablatę *V*, diuersitate eius ablata *Binius* 12 essentia (exsentię $d^2$) trinitatis *VH*, *corr. Thiel* 17 praedicta sancta synodo (sinodus $h^4$) $h^1h^2h^3h^4$ 19 egeotam *V*: egotam (*uel* ego tam) *H* (egotam $h^1$ *man. 2*, $h^9$ *man. 2*; ego tamen $d^2$); Nicaeotam *Thiel coll. Theophane p. 149 ed De Boor* 21 blabsphemias *V* 22 euthicianistam *H*, euthiticianistam *V* 23 eum *V* 24 iubamine $h^6h^7h^{10}$ et iam *V*, et iam *uel* etiam *H*: et etiam *Thiel*

quapropter hanc satisfactionem uestrae obtulimus pietati; iubere enim dignata est nos proprium intellectum et quemadmodum de sana fide sentimus exponere, quia quidam haeretici, dum suam malam fidem occultare festinant, nostram in Christo libertatem et rectam fidem detractare conantur.
supplicamus igitur uestram clementiam sollicitudinem de 13
perfecta ecclesiarum unitione sanctarum habere debere, ut unitas, quae cum dei facta fuerit iuuamine, <custodiatur> nec ullo deinceps rationabili aut inrationabili occasionis fomite inquietari pax possit. deus autem omnium uestrum pium adimpleat desiderium in gloriam sui et rei publicae disciplinam!

## (233.)

EXEMPLAR RELATIONIS EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

DOMINO PER OMNIA SANCTO AC BEATISSIMO FRATRI ET COMMINISTRATORI HORMISDAE EPIPHANIUS IN DOMINO SALUTEM. Quantam habuimus alacritatem nos quoque et piissimus ac Christianissimus imperator una cum fidelissima et in omnibus bonis florente coniuge sua circa rectam et puram sanctarum ecclesiarum unitionem et quemadmodum cum caritate dei, qua nos decebat, destinatos a uobis sanctos episcopos et religiosos suscepimus et uenerandos habuimus clericos, existimamus quidem et ante ex his, quae acta sunt, satisfactum
uestrae beatitudini. credidimus tamen, quod, si dominus et 2
saluator Iesus Christus deus noster idem ipsos reuerentissimos comministratores nostros incolomes uestris obtutibus praesentauerit, omnia, quae excitata sunt, uobis sanctissimis manifesta fieri. et laborem, quem potuimus sustinere, per hos ipsos

2 iubere enim *H*: iuberet *V* queadmodum $Vh^1h^2h^3h^4h^5$ 3 quidem *H* 4 festistinant *V* 6 de *H*: *om. V* 8 facta *H*: *om. V* custodiatur *addidi*: *om. VH*

**233.** *Dat. (simul cum ep. 234 et 235) a. 520 die 9 Sept. per Iohannem Claudiopolitanum etc.; accepta die 30 Nou. Edd. Car. I² 544; Bar. ad a. 520, 46; Collect. Concil.; Thiel 947.* 16 cristianissimus *V* 19 queadmodum *V* 23 quod si *scripsi*: quodsi *uulgo* 24 idem *V*: eosdem *Thiel* reuerentissimus *V, corr. o* 25 comministatores *V*

manifestius cognoscetis, quemadmodum per dei gratiam et
fidelissimorum principum nostrorum Constantinopolitanae ciui-
tatis nostra ecclesia pacifice est gubernata et nomina eorum
inter sacra non sunt recitata mysteria, quae sedi uestrae
profana cognouimus, sed quattuor conciliorum pro recta fide
consonantia praedicatur et hoc ipsum omnibus sacrorum
3 diptychorum recitatione manifestum est. annuntient igitur
nobis, quia non parui nobis subiecti sacerdotes nec rursus
sub eorum ordinatione episcoporum parua est subdita multi-
tudo, qui bonum huius coeptae unitionis amplectuntur: uestra
etiam sanctitas cognoscat istius se generalis boni et principem
4 et inceptorem nihilominus constitutum. unde fortiter ad
uigilandum beatitudo uestra laudis est stimulis excitanda, ne,
id quod diuina in honorem uestri coeperat ordinare misericordia,
non ad plenum ita ut condecet communis unitas prouenire
5 uideatur. diligentius autem de his fidelissimi et piissimi nostri
principes de sanctarum dei ecclesiarum unitate et concordia
gaudentes ad uestram mandauerunt beatitudinem, supplicationes
a plurimis sanctis sacerdotibus suscipientes tam Ponti quam
Asiae prouinciae et maxime Orientis, apud quos nomina
quondam sacerdotum suorum tacere difficile et impossibile
esse uidetur tantaque eorum obstinatio est, ut omne periculum
6 pro tali facto parati sint sustinere. igitur praecedentes omnes
circa pacis studium necessarium causas considerantes, quia
per solam istam humilitatis uiam communem omnibus
unitionem et salutem inuenimus, interrogantes, sicut dictum
est, et satisfacientes uobis ab illis, qui a nobis in hoc negotio
sunt destinati, causam cum pacifica, qua uos decet, guberna-
tione dispensetis. nam dum una utraque sit ecclesia, procul
dubio et bona, quae per uigilantiam eueniunt, communis exinde

1 queadmodum *V* 5 recte (*corr. ex* secte *ut uidetur*) fidei *V*, *corr. Bar.* 7 dipticiorum *V* 8 parui *V*: pauci *Bar.* 10 quae *Bar.* amplectuntur *restitui*: amplectitur *rasura ex* amplectuntur *ut uidetur V* 13 laudibus *V*, *correxi*: laudum *Car.* 14 cęperat *V* 15 peruenire *Car.* 17 principis *V*, *corr. Bar.* 24 causę *V*, *corr. Car.* 29 fit *perperam Thiel*

laudis gloria utrisque patriarchalibus sedibus rimatur, ut
consuete omnium dominus et conditor Christus uerus deus
noster magnificetur. de his autem omnibus summo uobis 7
supplicentur affectu Iohannes sanctissimus episcopus multos
nobiscum sudores in praesenti deponens certamine et Heraclianus
reuerentissimus presbyter sanctae nostrae maioris ecclesiae et
cohabitator noster et Constantinus reuerentissimus diaconus
eiusdem maioris ecclesiae, per quos et nostra synodalia
symbola secundum ecclesiasticas uestrae beatitudini simul
destinauimus leges. nunc igitur piissimi nostri imperatores 8
studium circa sanctarum ecclesiarum unitionem ostendentes
pacificis ad uestram beatitudinem de his causis utendo litteris
et oblatas sibimet ab Hierosolymitanis et Orientalibus petitiones destinauerunt. nos ergo occasionem salutationis inuenire
uolentes hanc ad uos fecimus epistolam, per quam supplicamus
proponentes uobis sanctissimis hanc uocem diuinam: ecce 9
tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis! ecce
credidit nobis omnium dominus talentum, quod augmentatum
possit restitui boni operis fructu et saluare per laudabilem
uestram dispensationem tantas quidem sanctas ecclesias
tantosque earum sacerdotes et multitudinem innumerabilem
nunc quidem unitam sanctae ecclesiae, periclitantem autem et
errantem si uestrae beatitudinis gubernaculum commoretur,
et maxime hos, qui in sanctis locis habitant Christi dei nostri,
ita ubique sanctis adhaerentes ecclesiis, ut eorum respui non

16 Cor. II 6, 2

1 utriusque *Bar.* rimatur *V*: deriuatur *ineptissime Thiel* ut *Bar.*: et *V* 4 *scribendum* supplicent, *nisi quis interpretem medialem formam Graecam* προσεύχωνται *per oscitantiam forma passiua reddidisse putauerit* 9 beatitudini simul *temptaui*: beatitudinis ut *V*, beatitudinis *Car.* 10 imperatoris *V*, *correxi* (*cf.* principes *p. 708, 2 et 17; p. 710, 6*) 11 ostendentis *edit. reg.* 13 ierosolimitanis *V* 14 destinauerunt *scripsi*: destinauit *V* 16 ecce nunc tempus *Vulgata* 19 et saluare *Thiel*: ut saluati *V*, et saluari *Bar.* 21 eorum *V*, *correxi* 23 errantes *V*, *corr. Bar.* si uestrae] fui re̅ *V* commemoretur *V*, *corr. Bar.* 24 hos *scripsi*: his *V* nostri] nī *V*

debeat multitudo. nam omnes per suggestionem eorum ita in
obstinationis suae malo perdurant, ut uelint ante uita recedere
quam excogitata relinquere, ut si deus hos per uestram
beatitudinem adunari praeceperit, uestrae laudis meritum et
10 praesentibus et futuris adscribatur temporibus. oret igitur
uestra sanctitas tam pro piissimis et Christianissimis princi-
pibus quam pro nostra paruitate et uniuersali unitione, ut
gratia sanctae et unius essentiae trinitatis et intercessionibus
dominae nostrae sanctae gloriosae uirginis et dei genitricis
Mariae omnia ad unitatem indiuisam conueniant et fundamentum
inconcussum catholicae fidei confirmetur, per omnia sanctissime
11 frater. indicia autem nostrae secundum Christum deum
nostrum caritatis per uiros reuerentissimos destinauimus ad
ministrationem diuinae culturae et sanctae et apostolicae
uestrae ecclesiae calicem aureum gemmis circumdatum,
patenam auream et alium calicem argenteum, uela holoserica
duo, quae suscipere uestram <beatitudinem> supplicamus
cum illa karitate, quam nos habere secundum deum non
12 dubitamus. omnem in Christo fraternitatem, quae cum uestra
est sanctitate, nos quoque et qui nobiscum sunt plurimum
salutamus. Accepta pridie Kal. Decembr. Rusticio u. c.
cons.

## (234.)

EXEMPLUM RELATIONIS SYNODI CONSTANTINOPOLITANAE DE ORDINATIONE EPIPHANII EPISCOPI.

DOMINO NOSTRO SANCTO AC BEATISSIMO PATRI PATRUM ARCHIEPISCOPO ET PATRIARCHAE HORMISDAE THEOPHILUS BASILISCUS ESAIAS ANASTASIUS PATERNUS MARCIANUS ET CETERA SANCTA

2 uitam *V*, *correxi*: e uita *Bar.* 4 preciperit *V* 6 cristianissimis *V* 8 essentia *V*, *corr.* o 9 sanctae <et> glor. *edit. reg.* 13 ad ministrationem *V*: administrationem *Car.*, ad administr. *Bar.* 16 uelaola serica *V* 17 beatitudinem *inseruit Car.*

**234.** *Dat. et accepta ut ep. 233. Edd. Car. I² 531; Bar. ad a. 520, 42; Collect. Concil.; Thiel 950.* 27 theofilius *V*, *corr.* p

SYNODUS QUAE IN CONSTANTINOPOLITANA EST CIUITATE CONGREGATA.

Innumerabilem et inuestigatam magni dei et saluatoris nostri 2
Iesu Christi sapientiam, quantum hominibus datur intellegi,
considerantes caritatem eius inmensam iuste miramur et cum
magna clamamus uoce: quis loquatur potentias domini,
auditas faciat omnes laudes eius? ecce enim per 3
bonam uoluntatem sanctae et unius essentiae trinitatis et
intercessiones gloriosae Mariae uirginis, studio quoque et
uigilantia Christianissimi et fidelissimi nostri imperatoris et
piissimae reginae, olim quae fuerant membra diuisa, per
spiritus sancti gratiam ad unitatem et caritatem perfectam
sunt redacta et sicut Moyses et Aaron duces dei uerae
culturae Israhelit<ic>ae nominati nunc ita et nos gaudentes
clamamus: cantemus domino! gloriose enim honorificatus
est. adiutor et protector factus est mihi
in salutem, et haec sentire et praedicare cum fiducia
sumus edocti. considerantes autem caritatem et deo amabilem 4
uestrae beatitudinis uitam etiam ex his, qui a uobis sunt
destinati reuerentissimi legati, similiter et pacem sanctarum
dei ecclesiarum tam senioris quam nouellae Romae, cui nos
ipsi participes fuisse monstramur, bono pastori et principi
omnium Christo deo nostro consuete gratias referimus. nam 5
post obitum sanctae recordationis quondam archiepiscopi et
patriarchae Iohannis Constantinopolitanae ciuitatis deus, qui
propriam sanctam ecclesiam in petra rectae fidei incorrupta
fundauit et portas inferi non praeualere ei decreuit, dedit
nobis sanctum pastorem et patriarcham Epiphanium uirtutibus
et correctionibus et meditatione diuinarum florentem scripturarum,
rectam quoque tenentem fidem et orbatorum paternam
regentem sollicitudinem et — quid amplius dicam? —

5 Psalm. 105, 2 14 Exod. 15, 1 sq. 25 sq. cf. Matth. 16, 18

5 *sq.* loquetur . . faciet $o^2$ *cum Vulgata* 12 moises *V* uerę *V*: uere *Mansi* 13 israhelite *V*, *corr.* o 16 sentire et $o^2$: sentiret *V* 17 amabilem *Bar.*: amabilem et *V* 22 nam $o^2$: non *V* 26 decreuit o: decreuit et *V* 30 gerentem *Thiel*

6 omnem praeconiorum fontem transcendentem. his ergo uirtu-
tibus pollens non inmerito proprias et creditas sibimet
maximas ecclesiae curas sapienter et honeste gessisse dino-
scitur, habens in mente illud, quod a sacri cantici auctore
relatum est: os meum loquitur sapientiam et medi-
7 tatio cordis mei prudentiam. unde secundum rectam
et probabilem fidelissimi et Christianissimi nostri principis et
piissimae reginae et gloriosissimorum communis rei publicae
procerum sententiam, nostra quoque et iam omnium in hac
urbe habitantium testificatione iudicium Pauli mirabilis
communis ecclesiae doctoris non est in eo fraudatum, qui
inreprehensibilem esse debere episcopum denuntiat: ita et
nostrum pontificem uirtutibus undique coronatum esse uidemus.
8 igitur ecclesiasticam legem implentes apostolatui uestro
salutationis debitum persoluentes officium speramus, ut
amplius caritatis uinculum et paternum affectum circa nos
caritas uestra custodire dignetur et sapienti gubernatione et
humilitate, qua Christiano decet, et mansuetudine, quae ad
rationabilis traditi uobis ouilis pertinet salutem, peragatis,
commune lucrum existimantes, quod per uos et uestrum
germanum et comministratorem, nostrum autem dominum et
patriarcham, pacem totius orbis ecclesiarum esse prouisam.
9 fratrem enim a fratre adiuuari spiritaliter muros esse inex-
pugnabiles et ciuitatem munitam ex diuinis est accipere
scripturis. nam si quidem intercessionibus uestrae beatitudinis
generalis tranquillitas ecclesiis orthodoxorum fuerit redonata,
gloria quidem in excelsis deo omnium saluatori per angelos

5 Psalm. 48, 4 12 Tim. I 3, 2 23 Prou. 18, 19 27 sqq. cf. Luc. 2, 14

3 sapientes *V*, *corr.* $o^2$ honoste *V*, *corr.* *a* 5 loquetur *Car. cum Vulgata* 9 hac *o*: har *V* 18 qua *V*: quae *Car.* Christianum *Bar.* 23 fratrem *scripsi:* frat̄ *V* adiutus *Thiel* muros esse inexpugnabiles *scripsi:* murus est inexpugnabilis *V* 24 ciuitas munita *Car.* 25 quidem *scripsi:* quod *V*, qua $o^2$, quae *Car.*, *om. Bar.* 26 ortodoxorum *V*

cum laetitia referetur. pax uero in terra confirmabitur, bona
autem uoluntas in fidelibus communis domini et saluatoris
Iesu Christi dei nostri seruis fundetur. adicient igitur nostris 10
supplicationibus, quod minus dictum est, Iohannes sanctissimus
episcopus Claudiopolitanae ciuitatis noster comminister et
Heraclianus reuerentissimus presbyter sanctae maioris ecclesiae
et cohabitator praedicti sanctissimi archiepiscopi et patriarchae
Epiphanii et Constantinus uir reuerentissimus diaconus eiusdem
sanctae ecclesiae, qui probationem sui rectae fidei et bonae
uoluntatis olim his, qui a uestra apostolica sede fuerant
directi, dedisse cognoscuntur, digni autem et uestrae sancti-
tatis et ministratione pacis et gratiae domini Iesu Christi dei
nostri et unitionis sanctarum ecclesiarum monstrabuntur. quos 11
speramus laetantes in domino et pacem desideratam nuntiantes
ad nos citius uestris deo ama<bi>libus correctionibus edoctos
remeare dignemini. omnem in Christo fraternitatem nos quoque
et qui nobiscum sunt plurimum salutamus.

ET SUBSCRIPTIONES: 12

Theophilus misericordia dei episcopus Heracliensis ciuitatis metropolitanus subscribens in synodalibus saluto uos in domino, domine.

Basiliscus misericordia dei episcopus Cyzicenae ciuitatis metropolitanus ut supra.

Stephanus misericordia dei episcopus Nicomedensis ciuitatis metropolitanus ut supra.

Esaias misericordia dei episcopus Rhodiae ciuitatis metropolitanus ut supra.

Anastasius misericordia dei episcopus Nicaenae ciuitatis metropolitanus ut supra.

1 referatur *V*, *corr. Bar.* 5 comministrator o 9 suae o$^2$ 11 cognoscitur *V*, *corr. Car.* 12 et administratione *Car.* domini <nostri> *Car.* 15 amalibus *V*, *corr.* o 16 remittere ρ$^2$ 22 Cyzicenae ciuitatis *scripsi:* quizicinecium *V*, Cyzicenorum *uel* Cyzicinensium *Thiel* (*etiam in eis quae sequuntur uocabulum, quod est* ciuitatis, *semper siglo* ciū *pictum est)* 26 rodie *V* 28 nicene *V*

Iohannes misericordia dei episcopus Claudiopolitanae ciuitatis prouinciae Isauriae ut supra.

13 Paternus misericordia dei episcopus ⟨Tomitanae ciuitatis⟩ prouinciae Scythiae metropolitanus ut supra.

Marcianus misericordia dei episcopus Chalcedonensis ciuitatis metropolitanus ut supra.

Polydeuces misericordia dei episcopus Antiochenae ciuitatis metropolitanus ut supra.

Patricius misericordia dei episcopus Eudoxiopolitanae ciuitatis metropolitanus ut supra.

Eulogius misericordia dei episcopus Milesiae ciuitatis metropolitanus ut supra.

Stephanus misericordia dei episcopus Filomeliensis ciuitatis prouinciae Pisidiae ut supra.

Christodolus misericordia dei episcopus Methymnensis ciuitatis ut supra.

14 Palmantius minimus episcopus Oenoandae ciuitatis prouinciae Lyciae ut supra.

Iohannes misericordia dei episcopus Attaliensis ciuitatis ut supra.

Iohannes misericordia dei episcopus Olympinae ciuitatis prouinciae Lyciae ut supra.

Marcianus minimus episcopus Marcianae ciuitatis prouinciae Lyciae ut supra.

Focas minimus episcopus Dardanae ciuitatis prouinciae Hellesponti ut supra.

Zoticus misericordia dei episcopus Carpathiensis ciuitatis prouinciae insularum ut supra.

3 Tomitanae ciuitatis *addidi, cf. p. 678, 5* 7 polideucis *V, correxi:* Polideucius *Car.* antiocene *V* 7—8 Polyd. . . ut supra *uulgo cum a transp. post* 9—10 Patricius . . ut supra 11 Milesiae ciuitatis *scripsi:* milisię ciū *V*, Melitenae ciuitatis *Car.*, Melisiecium ciuitatis (!) *Thiel* 13 filomeleensis *V* 15 cristodolus *V:* Christodorus *Car.* methimensis *V, corr. edit. reg.* 17 oenande *V, correxi* 18 lisiae *V, corr. Car.* 21 olimpinae *V* 22 *et* 24 lisię *V, corr. Car.* 26 helesponti *V* 27 carpatiensis *V*

Sabbatius misericordia dei episcopus Stratoniciae ciuitatis prouinciae Lydiae ut supra.

## (235.)

EXEMPLUM EPISTOLAE IUSTINIANI.

DOMINO UIRO BEATISSIMO SANCTOQUE PATRI HORMISDAE URBIS ROMAE PONTIFICI IUSTINIANUS. Quantam uenerationem religionis habeamus quamque solliciti semper fuerimus propter uniendas sanctas ecclesias, testis est quoque uestra beatitudo. postquam regnauit etenim domnus noster inclitus imperator, per omnes ad Italiam uenientes direximus litteras apostolatum tuum
rogantes sicut decebat. nunc etiam, ne quid eorum, quae 2
fieri conuenit, praetermittatur, Iohannes uir reuerentissimus antistes, Heraclianus presbyter et Constantinus diaconus sacrosanctae ecclesiae huius inclitae ciuitatis destinati sunt ad urbem feliciter, ut super omnibus, quae scripsit filius uester serenissimus imperator, integrum responsum accipiant. dignetur ergo sanctitas tua suscipere memoratos uiros religiosissimos libenter et habitis orationibus placataque diuinitate sic omnia debeat ordinare uenerabiliter, ut nihil ultra remaneat in
ambiguum. nobis etenim uidetur, quoniam filius dei uiui 3
dominus noster Iesus Christus ex uirgine Maria natus, quem praedicat summus apostolorum carne passum, recte dicitur unus in trinitate cum patre spirituque sancto regnare, maiestatisque eius personam in trinitate et ex trinitate non
infideliter credimus. de nominibus autem defunctorum episco- 4
porum clementer et ut decet pacificum patrem disponite: quia uester quoque praecessor beatae recordationis ad memoriae

22 Petr. I 4, 1

1 strotonicię V 2 lidie V

**235.** *Data et accepta ut ep. 233. Edd. Car* $I^2$ *553; Collect. Concil.; Thiel 954; commemorat Bar. ad a. 520, 59.* 6 romane V, *corr. Car.* 7 unigendas V, *corr.* ο 12 pretermittetur V, *corr.* ρ 17 memoratos *ex* memoratus *corr. V* 18 et V: ut *Hartel* 24 persona V, *corr. edit. reg.*

principalis Anastasium scripsit, ut, si nomen Acacii tantummodo tolleretur, una nobis esset communio. non est igitur <graue, quod> suasit uestra sedes, ut praestet. imitari debetis etenim sanctissimum Leonem Romanum pontificem ac, sicut ille scripsit Leoni, ita et uos omnibus amputatis dubitationibus perfectas pacificasque paginas ad inuictissimum principem filium uestrum rescribere * * ecclesiae, ut ante tribunal uenturi iudicis participes eorum sitis, quorum sedem iure sacerdotali tenetis. ostendat ergo tuus apostolatus, <quod merito> Petro successit apostolo, quoniam dominus a uobis utpote summis pastoribus exacturus est uniuersorum salutem, qui poterunt esse salui firmata concordia. nos etenim finitis capitulis, de quibus scripta suscepistis, ultra non patiemur a quoquam controuersiam religionis in re publica nostra moueri nec uestram sanctitatem conuenit audire superflua concertantes.

## (236.)

HORMISDA IUSTINO AUGUSTO. Inter ea, quae ad unitatem ecclesiae pertinentia, propter quam deus clementiae uestrae

1 cf. ep. papae Anastasii II 1 § 4 p. 617 ed. Thiel 5 cf. Leonis Magni ep. 165 ed. Baller. I 1353

1 accatii *V* 2 nonē (= non est) *V*: nonne *o* graue quod *inserui ex coniectura Thielii conferentis p. 656, 4 sq.* 7 ecclesiae *V*: debetis *mauult Thiel,* ecclesiae <gratia> *Hartel; sed nescio an plura exciderint uelut* rescribere <unitatemque oportet restituere> ecclesiae 8 particeps *V*, *corr. Binius* 9 *post* apostolatus *spatium 7 fere litterarum reliquit V;* quod *inseruit o*², quod merito *ego*

**236.** *Dat. (simul cum epp. 237—240 a. 521 die 26 Mart. per Iohannem Claudiopolitanum etc.; epistulae 236—240 respondent epistulis 232—235. Epistulam praeter Auellanam seruauerunt Hispana (ed. Gonzalez II n. 86 p. 141), unde eam recepit Pseudoisidorus (p. 686 ed. Hinschius), et Dionysio-Hadriana: Hisp. = consensus editionis Gonzalezii (= Gonz.) et codicum i (i*¹ *= Vatic. 1341, i*² *= Vatic. 630, i*³ *= Vatic. 3791); H = Hadriana i. e. consensus codicum h*¹⁻¹⁰ *et d*²*, quos enumeraui p. 83. Praeter edd. Hispanae et Hadrianae epistulam typis descriptam exhibent Car. I*² *557; Bar. ad a. 521, 16; Collect. Concil.; BT 138; Thiel 959.* 17 Hormisda Iustino Augusto *VH:* Epistola Hormisdae papae ad Iustinum imperatorem. Gloriosissimo atque

elegit imperium, in litteras contulistis. hoc quoque, uenerabilis
imperator, cura fidei, cui multipliciter uos studere declaratis,
adiecit, ut aliquorum preces perferendae ad humilitatis meae
notitiam iungerentur, quibus uel quid quaestionis oriretur
agnoscerem uel ad summouendum propositae consultationis
ambiguum responsum a me religiosae scientiae conueniens
redderetur. legi omnia sollicitudine qua decebat, et licet ad 2
responsi plenitudinem sufficere potuisset, si illa tantum, quae
a ueteribus sunt definita, rescriberem, tamen ut religiosi
propositi uestri remunerarer affectum, non subtrahendum
credidi mei quoque sermonis obsequium. quid enim est, quod 3
emergentibus Nestorii et Eutychetis uenenis paterna omisit
instructio? paene omnes impietates cum inuentoribus tam
nefandorum dogmatum conuenientia in unum synodica decreta
presserunt nec ulterius remansit locus ullus tam diris perfidiae
seminibus amputatis aut Christum dominum nostrum credere
sine carnis fuisse ueritate aut eundem non et deum et hominem
de materni uteri intemerata fecunditate prodisse: cum alter 4
eorum dispensationem qua saluati sumus negando quantum
in se est irritam faceret, alter opinione contraria sed impietate
consimili in eodem domino nostro Iesu Christo potestatem
diuinam a uera humanitate secluderet. neque ille recordatus
quia palpandam carnem suam Christus ostendit, neque ille
euangelii memor uerbum carnem factum esse dicentis, cui

23 cf. Luc. 24, 39 24 Ioh. 1, 14

clementissimo filio Iustino Hormisda episcopus salutem *Gonz.*, (Ad Iustinum imperatorem $i^3$) Gloriosissimo atque clementissimo filio Iustino augusto ormisda episcopus *i* 1 litteris *Hisp.* 2 studire $h^1h^2h^3h^6h^7h^{10}d^2$ studiri $h^5$ declaritatis $h^1h^3h^4h^6h^7h^{10}d^2$, declaritati $h^2$, declarastis *h* 3 perferendae *Hisp. et ex parte H:* p̄ferende *V*, praeferendae $h^4h^6h^8h^9$ 6 ambitum *Gonz.* 8 potuissem *Gonz.* 9 a ueteribus *VH:* ab auctoribus *Hisp.* 10 p̄positi *V* uestri *Hisp. H: om. V* remunerarer *VH* (remunerare $h^6h^7$, remuneraret $h^8h^9$, remunerarem $h^{10}$): remunerarem *Hisp.* 11 quid enim est *om.* $h^5h^6h^7h^8h^9h^{10}d^2$ quod *om.* $h^4d^2$ 12 demergentibus $h^1h^2h^3h^4h^5h^7h^{10}$ eutichetis *V* pene os̄ *V* 15 remansit *Hisp.: om. VH* ultus *H* 18 prodiisse *Gonz.* 22 humilitate *H* (*exceptis* $h^4h^5d^2$) secludere $h^6h^7$ ille *VHi:* iste *Gonz.*

uox domini indeficienter insonare debuerat, qua dixit et docuit:
nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit,
5 filius hominis, qui est in caelo. saepe haec et multis
praecedentium sunt comprehensa sententiis: sed nec clementia
uestra, licet iam dicta sint, fastidiose poterit repetita cognoscere
nec nobis pudor ea, quae sunt a prodecessoribus nostris
praedicata, reuoluere. neque enim possibile est, ut sit
diuersitas praedicationis, ubi una est forma ueritatis, nec ab
re iudicabitur alienum, si cum his, cum quibus conuenimus
6 fide, congruamus et dogmate. reuoluantur piis mansuetudinis
uestrae auribus decreta synodica et beati papae Leonis
conuenientia sacrae fidei constituta: eadem inuenietis in illis,
quae recensetis in nostris. quid ergo est post illum fontem
fidelium statutorum quod amplius, si tamen fidei terminos
seruat, quamlibet curiosus scrutator inquirat? non opus aut
adiectione plenis aut institutione perfectis, nisi forte mauult
quisquam dubitare quam credere, certare quam nosse, sequi
7 dubia quam seruare decreta. nam si trinitas deus, hoc est
pater et filius et spiritus sanctus, deus autem unus, specialiter
legislatore dicente: audi Israel, dominus deus tuus
deus unus est: qui aliter habet, necesse est aut diuinitatem
in multa diuidat aut specialiter passionem ipsi essentiae
trinitatis impingat, et, quod absit a fidelium mentibus, hoc
est aut plures deos more profanae gentilitatis inducere aut
sensibilem poenam ad eam naturam, quae aliena est ab omni

2 Ioh. 3, 13  20 Deuter. 6, 4

5 iam *VHisp.*: etiam *H*  6 ⟨est⟩ ea *Gonz.*  praedecessoribus *Hisp.* (*excepto* $i^1$)  7 praedicata *Hisp.* (*excepto* $i^3$) *H* (*excepto* $d^2$): praedicta $Vi^3d^2$  12 inuenientis $h^1h^2h^3h^6h^7h^{10}$, inuenientes $h^4h^5$  14 quod *H*: quid *Hisp.*, qui *V*  terminos *Hisp. H*: terminum *V*  15 stutator *V*  opus aut adiectione (abiectionem $d^2$, adiectionem $i^1i^2$, abiectione $i^3$) plebis (plenis *Gonz. et man. 2* $h^1h^9$) aut *Hisp. H*: opere aut *V*  16 institutione *VHi*: distinctione *Gonz.*  mauult *VHisp.*: uult *H*  19 spālitē (= spiritaliter) *V*  21 qualiter $h^4h^5h^{10}$  22 diuidens *V*  23 mentes $h^1h^2h^3h^4h^5h^7h^{10}d^2$, mentis $h^6$

passione, transferre. unum est sancta trinitas. non multiplicatur 8
numero, non crescit augmento nec potest aut intellegentia comprehendi aut hoc quod deus est discretione seiungi. quis ergo illi secreto aeternae impenetrabilisque substantiae, quod neque ulla uel inuisibilium creaturarum potuit inuestigare natura, profanam diuisionem temptet ingerere et diuini arcana mysterii reuocare ad calculum moris humani? adoremus patrem et filium et spiritum sanctum, indistinctam distincte, inconprehensibilem et inenarrabilem substantiam trinitatis. ubi etsi admittit numerum ratio personarum, unitas tamen non admittit essentiae. ita tamen, ut seruemus diuinae propria naturae, seruemus propria unicuique personae, ut nec personis diuinitatis singularitas denegetur nec ad essentiam hoc, quod
est proprium nominum, transferatur. magnum est sanctae et 9
incomprehensibile mysterium trinitatis: deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus trinitas indiuisa. et tamen notum est, quia proprium est patris, ut generaret filium, proprium filii dei, ut ex patre patri nasceretur aequalis, notum etiam quid
sit proprium spiritus sancti. proprium autem filii dei, ut iuxta 10
id, quod scriptum est, in nouissimis temporibus uerbum caro fieret et habitaret in nobis, ita intra uiscera sanctae Mariae uirginis genitricis dei unitis utrisque sine aliqua confusione

20 Ioh. 1, 14

1 unum *VHisp. et codd. H quotquot excussi:* unus *Paris. 3837 teste Thielio* multiplicabitur $h^1h^2h^3$ 3 seiungit $h^1h^2h^3h^6h^7h^{10}d^2$ 4 ille *H* (*exceptis* $h^8h^9$) secretae . . impenetrabilique *Gonz.* 5 uisibilium, uel *i* 6 profanandi uisionem *V* gerere *Gonz.* diuina *H* (*exceptis* $h^8h^9d^2$) archana *VH* 10 etsi *VHisp.:* si *H* admittit *Hi:* admitti *V*, admittat *Gonz.* 11 amittit *Gonz.* essentiae $Vh^4h^5h^7h^{10}d^2$: essentia $h^1h^2h^3$, scentia $h^6$, essentiam *Hisp. teste Gonzalezio et* $h^8$ *nec non ante corr.* $h^9$, essentiae separationem *Hispanae cod. Aemilianensis a Gonz. adhibitus et i* 12 ut *Hisp. H: om. V* 13 denegetur *VHisp.:* generetur *H* 14 sanctum *Gonz.* 17 est *Hisp.* $h^8h^9$: *om. V et* (*exceptis* $h^8h^9$) *H* ut generaret filium proprium *Hisp.H: om.* $Vh^4$ 18 aequali $h^1h^2h^3h^6h^7h^{10}d^2$ notum etiam quid (quod $h^5$, que $h^4h^6$) sit proprium spiritus sancti *VH:* proprium spiritus sancti ut de patre et filio procederet sub una substantia deitatis *Hisp. et in ras.* $h^7$ *man. 2* (*etiam ueteres Hadrianae edd.*) 19 autem *VH:* quoque *Hisp.* 19 dei *om. Gonz.*

naturis, ut qui ante tempora erat filius dei, fieret filius
hominis et nasceretur ex tempore hominis more matris uuluam
natus aperiens et uirginitatem matris deitatis uirtute non
11 soluens. dignum plane deo nascente mysterium, ut seruaret
partum sine corruptione, qui conceptum fecit esse sine semine,
seruans quod ex patre erat et repraesentans quod ex matre
suscepit. nam unde iacens in praesepio uidebatur in caelo,
inuolutus pannis adorabatur a magis, inter animalia editus ab
angelis nuntiatus, uix egressus infantiam et annuntians
mysticam sine instituente doctrinam, inter rudimenta annorum
12 puerilium edens caelestium signa uirtutum? idem enim deus
et homo, non, ut ab infidelibus dicitur, sub quartae introducti-
one personae sed ipse dei filius deus et homo, idem uirtus
et infirmitas, humilitas et maiestas, redimens et uenditus, in
cruce positus et caeli regna largitus, ita nostrae infirmitatis
ut possit interimi, ita ingenitae potentiae ne possit morte
13 consumi. sepultus est iuxta id, quod homo uoluit nasci, et
iuxta id, quod patri erat similis. resurrexit: patiens uulnerum
et saluator aegrorum, unus defunctorum et uiuificator obeun-
tium, ad inferna descendens et a patris gremio non recedens.
unde et animam, quam pro communi conditione posuit, pro
14 singulari uirtute et admirabili potentia mox resumpsit. haec
ita esse nec ullam dubitationem oportere recipere, id est ne
dominus noster Iesus Christus aut inter corporis passiones
deus non esse crederetur aut ne deus tantum, non etiam
homo, inter opera mirabilium stupenda uirtutum proposito

1 filius fieret *trsp. Gonz.* $i^3$ (filius *om.* $i^2$) 2 ex *VH:* in *Hisp.* 3 natus aperiens (apperiens *V*) *VHi:* non aperiens natus *Gonz.* uirtutem $h^2h^3h^4h^6h^7h^{10}d^2$ 4 plane *VHisp.* $h^8h^9$: placere *H* (*exceptis* $h^8h^9$) nascentem $h^1h^2h^3h^4h^5h^7h^{10}d^2$ 7 unde *VH*: *om. Hisp.* 9 nunciatus *VH* (nuntiatis $h^2$, nuntiatur $h^6$ *et* $h^9$ *man. 2*, nuntiabatur $h^8h^9$): nuntiatur *Hisp.* 10 mystica *H* doctrinam *Hisp.*: doctrina *VH* 12 quarta *H* (*exceptis* $h^8h^9$) 16 possit *utroque loco VHi*: posset *Gonz.* ingenite (*uel* ingenitę) *Vi*$h^8h^9$ *et in ras.* $h^5$: ingenitate *ceteri codd. H* (ingenita $h^6$, ingenuitate $h^4$), ingentis *Gonz.* 19 obeuntium *om. Gonz.* 21 quam communi *Gonz.* condictione *Gonz.* 24 dominus *VHi:* deus *Gonz.* inter opera passionis *Gonz.*

nos duorum apostolorum informauit exemplo, deum esse
Christum dominum nostrum Petri fide, hominem Thomae
dubitatione declarans. quid enim intererat, ut quem se homines 15
dicerent discipulos suos uellet inquirere, nisi ut respondente
Petro: tu es Christus filius dei uiui notum faceret non
hoc de carne et sanguine proditum sed patre deo inspirante
reuelatum et per testimonium laudatae responsionis fides
patefactae fieret ueritatis? quid intererat, ut apparente post 16
resurrectionem domino Thomas tantum aut deesset ceteris
aut solus ambigeret, nisi ut mundus crederet quod ambigens
discipulus explorasset, ut, dum unius manibus se pateretur
tangi, ab uniuersitate fidelium, quid esset, possit agnosci? non
ergo ad improbandum discipulum interposita est dubitatio sed
quaesita posteritatis instructio. anne aliud spectat, quod se 17
idem dominus Cleopae cum alio discipulo, cum ad Emmaum
tendentes de se loquerentur, inseruit et, quamquam de resur-
rectione domini per mulieres, quae primae ad monumentum
conuenerant, agnouissent, tamen, ut per eorum dubitationem
daret credendi futuris saeculis firmitatem, incipiens a Moyse
et omnibus prophetis oportuisse pati Christum et ita
intrare in gloriam suam interpretatus ostendit et per
passionem humanam naturam et diuinam in eo esse per gloriam?
multiplicibus haec sanctarum scripturarum insinuantur exemplis 18
nec apud religiosam conscientiam tuam, uenerabilis imperator,
tamquam ignota dicuntur. fides enim ipsa, quae a te constanter
asseritur, tibi reddit hoc muneris, ut sensibus tuis et affectum
sui inserat et scientiam, per quam diligentius asseratur,

5 Matth. 16, 16  8 sqq. cf. Ioh. 20, 24 sqq.  14 sqq. cf. Luc. 24, 13 sqq.  19 sqq. Luc. 24, 27 et 26

1 esse se $h^1h^2h^3h^4h^{10}d^2i^1i^2$, se esse $i^3$  3 dubitationem $h^1h^2h^3h^4h^6h^7h^{10}d^2$ declarat *Gonz.*  se ⟨esse⟩ *Gonz.*  5 notum faceret *VH*: fateretur *Hisp.*  7 fidis $Vh^1h^2h^3h^7h^{10}d^2$  8 quid *VH* (quod $h^1h^2$): quid etiam *Hisp.*  9 dominum *H* (domino $h^9$, *om.* $h^6$)  esset *H* (*exceptis* $h^8h^9$)  11 discipulus *Hisp. H*: disci *V*  12 posset *Gonz.*  13 implorandum *H*  14 spectat *Car.*: expectat *VHHisp.*  15 cleophe $h^8$, Cleophae *Gonz.*  16 de solo quaerentur (quaererentur $h^1$) $h^1h^2h^3h^6h^{10}$  20 oportuisset $h^1h^2h^3h^4h^6h^7h^{10}$  23 insinuantur *Hisp. H*: testificantur *V*

infundat. et tamen interest dispensationis mihi creditae, ut ego quoque uel apud scientes nota non taceam, ut succedente sibi per uices temporum catholicorum praedicatione sensuum,
19 quod indeficienter asseritur, sine fine credatur. latius haec, quae ad deitatem humanitatemque domini nostri Iesu Christi pertinent et in eo unitas duas sine confusione naturas, potui secundum ueterum definita disserere, si esset aduersum eos, qui his dissentiunt, disputandum. sed cum in manibus omnium sint et synodica constituta et beati papae Leonis dogmata, perstrinxisse potius pauca quam euoluere credidi conuenientius
20 uniuersa. nunc uero agnoscere satis est et cauere ita proprietatem et essentiam cogitandam, ut sciatur quid personae, quid nos oporteat deferre substantiae. quae qui indecenter ignorant aut callida impietate dissimulant, dum omittunt quid sit proprium filii, trinae tendunt insidias unitati. sed si quae praedicta sunt ualidis teneantur fixa radicibus, nec a paterna traditione receditur et constanter quaestionibus obuiatur. Data VII. Kal. Apr. Ualerio u. c. cons.

## (237.)

HORMISDA EPIPHANIO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO. Multo gaudio sum repletus, quod circa ecclesiae pacem et sanctissimi imperatoris et dilectionis tuae tale studium, quale litteris

3 sensuum *VHisp.*: sensum *H* (sensu *$h^8h^9$*, sensuum *$h^9$ man. 2*), sensim *editiones Hadrianae* 6 potuissem *Thiel* 10 euoluerem *H* (*exceptis $h^8h^9$*) conueniens *Gonz.* 12 cogitandum *H* 13 deseruire *Gonz.* indigenter *Gonz.* 14 quid *VHi*$^3$: quod *Hisp.* (*excepto i*$^3$) 15 trinae *V Gonz.*: trinitate *H* (trinitatem *d*$^2$, in trinitate *$h^8h^9$ et man. 2 $h^5$*), in trinitate *i* praedicata *Hisp.* (praedicta *i*$^3$) 17 Data *ctc. om. Hisp.* VII *V*: VIII *H* 18 u. c. *H*: *om. V*

**237.** *Dat. ut ep. 236. Epistulam ex Auellana collectione primus edidit Car. I*$^2$ *560, quem secuti sunt Bar. ad a. 521, 18; Fronto Ducaeus in editione Ioh. Zonarae commentariorum (Lut. Par. 1618) p. 665; Collect. Concil.; BT I 141; Thiel 970. extat praeterea in collectione Hispana (ed. Gonzalez II n. 93 p. 150), ex qua transiit in Pseudoisidorianam (ed. Hinschius p. 691). Hisp. = consensus editionis Gonzalezii (= Gonz.) et communis lectionis codicum i (i*$^1$ *= Uatic. 1341, i*$^2$ *= Uatic. 630, i*$^3$ *= Uatic. 3791).* 20 Hormisdae papae ad Epiphanium Constantinopolitanum episcopum. Dilectissimo fratri Epiphanio episcopo Hormisda *Hisp.*

## (237.)

Ἐπιστολὴ Ὁρμίσδου πρὸς Ἐπιφάνιον.

Ὁρμίσδας Ἐπιφανίῳ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως. Πολλῆς ἐπλήσθην χαρᾶς, ὅτι περὶ τὴν εἰρήνην τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ

*Graecam epistulae 237 uersionem insertam actis synodi a. 536 Constantinopoli habitae edd. Binius, Concil. gener. ed. 2 (1618) II 1, 721; Fronto Ducaeus in editione Ioannis Zonarae commentariorum (1618) p. 665; Collect. Concil.; Thiel 970. codices adhibui eosdem quinque* aeogh, *quos enumeraui p. 163.* 3 ἀρχιεπισκόπῳ gh 4 καὶ aeo: *om.* gh

indicasti, legatorum quoque meorum assertione cognoui.
manifesta enim hinc supernae misericordiae documenta pro-
duntur, quando et mundani principes causas fidei cum rei
publicae ordinatione coniungunt et ecclesiarum praesules,
quod ad dispensationem suam pertinet, officii memores
exsequuntur. talibus indigebat post discordiae procellas religio
Christiana rectoribus, qui compressis prouida dispositione
turbinibus diu peregrinatam pacem depulsa tempestate redu-
cerent et in futura post saecula propositi sui exempla tendentes
sibi adscribendum indubitanter ostenderent, quicquid deo
2 placitum posteri pro sua imitatione fecissent. benedicamus
deum, frater karissime, nostris hoc diebus fuisse concessum
et totis orationum et curarum uiribus annitamur, ut quae per
dei nostri opem bene coepta sunt, ipso adiuuante per omnia
compleantur. sperandum enim est, ut ad compagem corporis
sui reliqua quoque, quae adhuc diuisa sunt, membra festinent
3 et a potioribus minora non discrepent. ad quod cum me
dilectio tua Christianae studio caritatis hortetur, debet quod
incitat sequi et quod amandum suadet amplecti. similem
enim iam fidei curam gerentes per religiosam patientiam par
etiam praemium de boni operis speramus effectu. neque enim
difficultatibus est cedendum; non fatigatur asperis fides nec
ad caelorum ardua per procline contenditur nec remunerati-

2 *sq.* manifeste (manifestum *i*) hinc enim sup. miseric. documento (documentum *i*) perdocetur quando *Hisp.* 3 causam *Gonz.* 5 pertinent *V* 12 deum *V*: dominum *Hisp.* 13 *sq.* per dei nostri opem *V*: dei ope *Hisp.* 16 diuisa *Hisp.*: diui| *V* 18 hortatur *Hisp.* quod inuitat *Hisp.*, quo inuitat *Thiel* 19 quod *Hisp.*: *om.* *V* simile *V* 20 *sq.* paret iam *V* 21 effectū *V* 22 non enim fatigatur *Hisp.* 23 conscenditur *Gonz.*

ἁγιωτάτου βασιλέως καὶ τῆς σῆς ἀγάπης τοιαύτην σπουδήν, οἵαν διὰ τῶν γραμμάτων ἐμήνυσας, καὶ διὰ τῆς τῶν ἐμῶν πρέσβεων καταθέσεως ἔγνων. σαφὴς γὰρ ἐντεῦθεν τῆς οὐρανίου εὐσπλαγχνίας ἀπόδειξις πρόεισιν, ὅταν καὶ οἱ τοῦ κόσμου βασιλεῖς τὰς ὑποθέσεις τὰς περὶ τῆς πίστεως μετὰ τῆς διοικήσεως τῆς πολιτείας συζευγνύωσι καὶ οἱ τῶν ἐκκλησιῶν ἡγούμενοι τὰ συντείνοντα εἰς τὴν ἰδίαν οἰκονομίαν μεμνημένοι τοῦ καθήκοντος ἐκτελῶσι. τοιούτων ἔχρῃζε μετὰ τὰς τῆς διχονοίας καταιγίδας ἡ Χριστιανικὴ θρησκεία ἰθυντήρων, οἵτινες κατευνασθεισῶν προνοητικωτάτῃ διατυπώσει τῶν θυελλῶν τὴν ἐπὶ πολὺ ξενωθεῖσαν εἰρήνην ἐξωσθέντος τοῦ χειμῶνος ἐπανάξουσι καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας μετὰ ταῦτα αἰῶνας τῆς ἰδίας προθέσεως τὰ ὑποδείγματα ἐπεκτείνοντες ἑαυτοῖς ἐπιγεγράφθαι ἀναμφιβόλως ἐπιδείξουσιν, εἴ τι τῷ θεῷ ἀρέσκον οἱ μεταγενέστεροι ἀπὸ τῆς αὐτῶν μιμήσεως ποιήσουσιν. εὐλογήσωμεν τὸν θεόν, 2
ἀδελφέ, ταῖς ἡμῶν τοῦτο ἡμέραις συγκεχωρημένον γεγονέναι καὶ πάσαις εὐχῶν καὶ μεριμνῶν δυνάμεσιν ἐπερεισθῶμεν, ἵνα ἅπερ διὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἡμῶν συνεργίας καλῶς ἤρχθη, αὐτοῦ βοηθοῦντος ἐν πᾶσι πληρωθῶσιν. ἐλπὶς γάρ ἐστιν, ὅτιπερ εἰς τὴν ἁρμονίαν τοῦ οἰκείου σώματος καὶ τὰ λοιπὰ καὶ ἔτι νῦν διῃρημένα μέλη σπουδάσουσι καὶ ἀπὸ τῶν κρεισσόνων τὰ ἥσσονα οὐ διαφωνήσουσιν.
εἰς ὃ ἐπείπερ με ἡ σὴ διάθεσις τῇ σπουδῇ τῆς Χριστιανικῆς 3
ἀγάπης προτρέπεται, ὀφείλει εἰς ὃ διεγείρει ἀκολουθῆσαι καὶ ὅπερ ἀγαπᾶσθαι συμβουλεύει περιπτύξασθαι. ὁμοίαν γὰρ λοιπὸν τῆς πίστεως φροντίδα χειρίζοντες διὰ τῆς εὐσεβοῦς ὑπομονῆς ἴσον καὶ τὸ ἔπαθλον τοῦ ἀγαθοῦ ἔργου ἐκβάσει ἐλπίζομεν. οὔτε γὰρ ταῖς δυσχερείαις ἐστὶ παραχωρητέον· οὐ καταπονεῖται τοῖς τραχέσιν ἡ πίστις οὐδὲ εἰς τὰ τῶν οὐρανῶν ὑψώματα διὰ κατωφεροῦς τις ἐπεκτείνεται οὔτε τῆς ἀνταμείψεως ἄνευ τῆς τοῦ καμάτου

1 τοιαύτη σπουδὴ aeogh, *corr. Thiel*: τοιαύτῃ σπουδῇ *Binius* γραμμάτων *Fronto Duc.*: πραγμάτων aeogh 6 συζευγνύωσι eo: ζευγνύωσι a, συζευγνύουσι gh 8 τῆς eo: *om.* agh 9 διατυπώσει aeo: διαθέσει gh 10 θυέλλων aeoh ἐπιπολὺ aeo 13 ἐπιδείξωσιν gh τῷ aeo: *om.* gh 15 ἀδελφοὶ aeogh, *correxi* 16 ἐπερο σθῶμεν g 17 καλῶς aeo: κα *et post lacuna 2 uel 3 litterarum* g, καὶ h 19 σπουδάσωσι gh 20 ἧττονα eo οὐ *om.* g 21 ἐπειδήπερ gh με eo: *om.* agh 22 ὀφείλει ag: ὀφείλῃ h, ὀφείλεις eo 23 λοιπὸν *post* 24 χειρίζοντες *trsp.* gh 25 ἴσον ah 26 δυσχερίαις eo

4 onem citra laboris exercitium quis meretur. unde ne *facientes bona deficiamus*, specialiter admonemur: *beati* etiam teste psalmista, *qui custodiunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tempore*, quia non initium laboris remunerationem praemii consueuit inuenire sed terminus. ergo par studium sollicitudinis adsumentes, quibus est una in communione et credulitate societas, quemadmodum de adunata sedi apostolicae Constantinopolitana ecclesia pariter exultamus in domino, ita de reliquorum quoque, sicut affectiose admones, redintegratione curemus primum, ut fidem integritatemque
5 nostram inmaculatam ab omni contagione seruemus. nosti enim, frater sanctissime, quae ecclesiasticam seruent uincla concordiam, quae nos ab haereticorum tueantur insidiis, per quae etiam canonum custodiatur auctoritas. his in robore suo omni circumspectione seruatis remedia sperantibus conferantur: habet enim et ecclesiasticarum ordo regularum et ipsius forma iustitiae, ut medicina rationabilis benigne et fideliter sperantibus non negetur. nec quisquam ita est ab humanitate discretus, quem non a rigore districtionis inclinet incauta
6 simplicitas. sed ut caute hoc citra querelam aut erroris alicuius naeuum ualeat expediri, dilectissime frater, personam meam te in hoc oportet induere scientem in huiusmodi causis, sicut praedictum est, quid faciendum sit, quid cauendum, ita omnia prouidendo, ut non ambigas rationem dispositionis huius deo esse reddendam, ita tamen ut eos, qui uobis fuerint communione sociati uel per uos sedi apostolicae, uestra nobis scripta declarent, quibus etiam continentia libellorum,

1 Gal. 6, 9   2 Psalm. 105, 3

1 exercitium *Hisp.*: exercicia *V*   2 beati *post* 3 psalmista *trsp. Hisp.*   9 reliquorum *V i*: reliquarum *Gonz.*   affecti ose *V*: affectuose *Gonz.*, affectione *i*   10 <laetemur> curemus *interpolauerunt* $i^1 i^2$, <laetemur et> curemus $i^3$   11 cantagione *V*   15 conferantur *V Gonz.*: conferuntur *i*, conferentur *Fronto Duc.*   16 enim et *V*: enim *Hisp.*   20 hoc citra *V*: hoc et citra *Gonz.* (hoc ceterasque querelas aut errores alicuius eo ualeas expedire *i*)   21 ualeas expedire *Hisp.*   24 prouidendo *Thiel*: praeuidendo *Hisp.*, prouidendi *V*, prouidenda *Fronto Duc.*   dispensationis *Hisp.*   26 sedis *Gonz.* $i^3$   27 etiam *V*: etiam et *Hisp.*

γυμνασίας τις ἀξιοῦται. διὸ ἵνα μὴ ἐκκακῶμεν τὸ ἀγαθὸν 4
ποιοῦντες, ἰδικῶς ὑπομιμνησκόμεθα· καὶ γὰρ μακάριοι, ὡς
μαρτυρεῖ ὁ ψαλμῳδός, οἱ φυλάσσοντες κρίσιν καὶ ποιοῦντες
δικαιοσύνην ἐν παντὶ καιρῷ, ὅτι οὐχ ἡ ἀρχὴ τοῦ καμάτου
τὴν ἀντάμειψιν τοῦ ἐπάθλου εἴωθεν εὑρίσκειν ἀλλὰ τὸ τέλος. τοι-
γαροῦν ἴσην σπουδὴν τῆς μερίμνης ἀναλαβόμενοι, οἷς ἐστι μία ἐν
τῇ κοινωνίᾳ καὶ τῇ πίστει ἡ ἑταιρία, ὃν τρόπον περὶ τῆς ἑνωθείσης
τῷ ἀποστολικῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίας ἐπίσης
ἀγαλλιῶμεν ἐν κυρίῳ, οὕτω καὶ περὶ τῆς τῶν λοιπῶν καθὼς
ἐνδιαθέτως παραινεῖς. ἀποκαταστάσεως φροντίσωμεν πρῶτον, ἵνα
τὴν πίστιν καὶ τὴν τελειότητα ἡμῶν ἄσπιλον ἀπὸ παντὸς μιάσματος
φυλάξωμεν. καὶ γὰρ οἶσθα, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ποῖοι τὴν ἐκκλησια- 5
στικὴν φυλάττουσιν ὁμόνοιαν σύνδεσμοι, τίνα ἡμᾶς ἀπὸ τῶν αἱρε-
τικῶν διαφυλάττουσιν ἐπιβουλῶν καὶ διὰ ποίων ἡ τῶν κανόνων
φυλάττεται αὐθεντία. τούτων ἐν τῇ ἰδίᾳ ἰσχύι πάσῃ προσοχῇ
φυλαττομένων ἴασις τοῖς ἐλπίζουσι προσενεχθήσεται· ἔχει γὰρ τῶν
ἐκκλησιαστικῶν κανόνων ἡ τάξις καὶ αὐτῆς τῆς δικαιοσύνης ὁ
τύπος, ὅπως εὔλογος θεραπεία τοῖς καλοθελῶς καὶ πιστῶς ἐλπί-
ζουσι μὴ ἀρνηθείη, οὐδέ τίς ἐστιν οὕτως ἀπὸ τῆς φιλανθρωπίας
διῃρημένος, ὃν οὐχὶ ἀπὸ τῆς σκληρότητος τοῦ δεσμοῦ ἐπικάμψει
ἡ ἀπάνουργος ἁπλότης. ἀλλ' ἵνα ἀσφαλῶς τοῦτο καὶ χωρὶς μέμ- 6
ψεως ἤ τινος νεφώδους πλάνης ἰσχύσειε προελθεῖν, ἀγαπητὲ ἀδελφέ,
τὸ ἐμὸν πρόσωπόν σε ἐν τούτῳ χρὴ ὑπελθεῖν ἐπιστάμενον ἐν ταῖς
τοιαύταις ὑποθέσεσι, καθὼς προείρηται, τί ποιητέον εἴη, τί φυλα-
κτέον, οὕτω πάντων προνοούμενον ὡς μὴ ἀμφιβάλλοντα λόγον
ταύτης τῆς διατυπώσεως τῷ θεῷ ἀποδώσοντα, οὕτω μέντοι, ἵνα
τούτους, οἵτινες ὑμῖν τῇ κοινωνίᾳ συναφθεῖεν καὶ δι' ὑμῶν τῷ
ἀποστολικῷ θρόνῳ, τὰ ὑμέτερα γράμματα ἡμῖν δηλώσουσιν, οἷς
καὶ τὰ περιεχόμενα τοῖς λιβέλλοις, οὓς ἂν προσενέγκοιεν, ἐμφε-

2 ὑπομιμνησκώμεθα eo 4 οὐχ aeo: οὐχὶ gh 10 φροντίσομεν eo
13 φυλάττουσιν ὁμόνοιαν agh: ὁμόνοιαν φυλάττουσι eo 14 διαφυλάττουσιν
agh: φυλάττουσιν eo 21 πάνουργος g 22 νεφώδους eo: ἐφόδου agh
27 ἡμῖν gh συναφεῖεν o, φθεῖεν h

quos obtulerint, inseratur. sic enim et Seueri uel complicum
eius aut similium absoluemur errore nec eorum, qui sanari
7 potuerint, dispendia patiemur. quod ideo uobis specialiter
credidimus imponendum ad diligentiam uestram nostra onera
transferentes, quia non parua iam documenta resistentes
haereticis edidistis nec debet de eo ambigi, quem bene
contigerit explorari. simul adsume remedia medicinae. simul
accingere auctoritate iustitiae et sic circa supplices humanitate
mollire, ut in haereticorum contagio perdurantes aut eos,
qui innocentiam simulant et cum nostris sola uoce consentiunt,
ab his, quibus pro ecclesiae redintegratione consulitur et
prouidetur, excludas; nec enim expedit circa hos ecclesiasticam
temperare censuram. non enim erunt iam miserationis bona
pro eorum, quibus consuli oportet, necessitate collata, si
8 indiscrete fuerint bonis malisque communia. et quia Hieroso-
lymitanorum quoque faciendam credidit in litteris suis tua
dilectio mentionem, quorum etiam ad nos quaedam delata
professio est, necessarium duximus uel recensere, quae scripta
sunt, uel respondere, quae congrua. qui si sanctorum patrum
constituta custodiunt, si illa fidei fundamenta uenerantur, ab
his, quae per eos sancto spiritu compungente definita sunt,
non recedant. aut enim perfecta sunt, ita ut sunt, et adiec-
tione non indigent, aut bene ualida et ideo non mutanda,
quando per ea omnia haereticorum uenena compressa sunt.
9 nec quicquam Calcedonensis synodus, quod utile quaelibet
diligentia potuisset excogitare, praeteriit, quae praecedentium
quoque dogmata uel clarius manifestauit uel repetita auctoritate
firmauit, speciale quoddam aduersus Nestorium et Eutychen
adgressa certamen, alterum deitatem domini nostri Iesu Christi

2 absoluemus errores *Hisp.*; absoluentur errore *legit interpres* 6 reddidistis *Hisp.* 9 contagione *Hisp.* 13 iam *Hisp.*: *om. V* 15 hierosolimitanorum *V* 16 quoque *om. Hisp.* credidit *om. V* suis *om. Hisp.* 18 recensere *V*: recipere *Gonz.* (uel recensere quae scripta sunt uel *om. i*) 21 spiritu sancto componente *Hisp.* 22 recedent *Fronto Duc.* 28 eutichen *V*, euticen $i^1i^2$, euticem $i^3$: Eutychetem *Gonz.*

ῥέσθω. οὕτω γὰρ καὶ τῆς Σεβήρου καὶ τῶν τούτῳ συμπλεκομένων καὶ τῶν ὁμοίων ἀπολυθήσονται πλάνης καὶ οὐδὲ τούτων, οἵτινες ἰαθῆναι δυνήσονται, τὴν ζημίαν ὑπομενοῦμεν. 7 ὅπερ διὰ τοῦτο ὑμῖν ἰδικῶς ἐφθήθημεν ἐπιθεῖναι πρὸς τὴν ὑμετέραν ἐπιμέλειαν τὰ ἡμέτερα μεταφέροντες βάρη, ἐπείπερ οὐ μικρὰς ἤδη ἀποδείξεις τοῖς αἱρετικοῖς ἀνθιστάμενοι δεδώκατε καὶ οὐ χρὴ περὶ τούτου διστάζειν, ὃν καλῶς συνέβη δόκιμον ἀποδειχθῆναι. ἅμα προσλαβέσθαι τὰς θεραπείας τῆς ἰάσεως, <ἅμα> ἀναζώσασθαι τὴν αὐθεντίαν τῆς δικαιοσύνης καὶ οὕτως περὶ τοὺς ἱκέτας τῇ φιλανθρωπίᾳ ἀπαλύνεσθαι, ἵνα τοὺς ἐν τῷ τῶν αἱρετικῶν μιάσματι ἐπιμένοντας ἢ τούτους, οἵτινες τὸ ἀνεύθυνον ὑποκρίνονται καὶ μετὰ τῶν ἡμετέρων μόνῃ τῇ φωνῇ συμφωνοῦσιν, ἀπὸ τούτων, ὧν ὑπὲρ τῆς ἀποκαταστάσεως τῆς ἐκκλησίας φροντὶς καὶ πρόνοιά ἐστιν, ἀποκλήσῃς· οὐδὲ γὰρ λυσιτελεῖ περὶ τούτους τὴν ἐκκλησιαστικὴν κεράσαι αὐστηρίαν· οὐ γὰρ ἔσται λοιπὸν τοῦ ἐλέους τὰ ἀγαθὰ διὰ τὴν τῶν προνοηθῆναι ὀφειλόντων ἀνάγκην συναχθέντα, ἐὰν ἀδιακρίτως ἔσονται κοινὰ καλοῖς καὶ κακοῖς. 8 καὶ ἐπειδὴ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν ὁμοίως ποιήσασθαι ἐφήθη ἐν τοῖς οἰκείοις γράμμασι μνήμην ἡ σὴ ἀγάπη, ὧν καὶ πρὸς ἡμᾶς ἠνέχθη τις ὁμολογία, ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα καὶ ἀναγνῶναι τὰ γραφέντα καὶ ἀποκρίνασθαι τὰ πρόσφορα. οἵτινες εἰ τὰς τῶν ἁγίων πατέρων διατυπώσεις φυλάττουσιν, εἰ ἐκείνης τῆς πίστεως τοὺς θεμελίους σέβονται, καὶ ἀπὸ τούτων τῶν δι' αὐτῶν τοῦ ἁγίου πνεύματος κατανύσσοντος ὁρισθέντων οὐκ ἀναχωρήσουσιν. ἢ γάρ εἰσι τέλεια, ὥσπερ εἰσί, καὶ προσθήκης οὐ δέονται ἢ καλῶς βέβαια καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀμειπτέα, ὁπότε δι' αὐτῶν πάντα τὰ τῶν αἱρετικῶν δηλητήρια κατεπιέσθη. 9 οὐδέ τι ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος, ὅπερ χρήσιμον οἱαδήποτε ἐπιμέλεια ἠδύνατο ἐπινοῆσαι, παρέδραμεν, ἥτις τῶν προλαβουσῶν ὁμοίως τὰ δόγματα ἢ τηλαυγέστερον ἐφανέρωσεν ἢ ἐπαναληφθεῖσα τῇ αὐθεντίᾳ ἐβεβαίωσεν, ἰδικόν τινα κατὰ Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς ἀναδεξαμένη ἀγῶνα, τοῦ μὲν ἑτέρου τὴν

1 τῆς aeog: τὴν h σευήρου eo 3 ὑπομενοῦμεν *scripsi:* ὑμομείνομεν agh, ὑπομείνωμεν eo ἡμῖν g 4 ἡμετέραν gh 7 ἅμα τῷ προσλαβέσθαι a 8 ἅμα *addidi* ἀναζώσασθαι a: ἀναζώσασθε eo, ἀναζώσας gh 9 οὕτω *Fronto Duc.* 10 μιάσμτι e οἵτινες a: γέ τινες h, [*lacuna fere 3 litter.*] τινες g, οἳ eo 11 μόνον gh 13 ἀποκλήσῃς *scripsi:* ἀπὸ ἐκκλησίας aeogh λυσιτελεῖ agh: συντελεῖ eo 20 εἰ aeoh: εἰς g 23 ἢ gh: εἰ aeo 25 τὰ *om.* h 26 καταπιεσθῇ eo 27 ἐννοῆσαι a

a carne separantem et ideo sanctam Mariam dei genitricem pronuntiare uitantem, alterum ueritatem carnis in domino rennentem: quando dominus noster Iesus Christus idem filius dei idem [filius] hominis, una in duabus persona naturis diuinitatis et carnis nec naturis adunatione confusis. non uelut quarta persona addita trinitati, sed ipse filius dei exinaniens semet ipsum et formam serui accipiens.
10 propter quod et unam nec diuisibilem profitemur essentiam trinitatis et proprietatem tamen suam scimus inesse personis. unam enim patris profitemur esse personam, unam filii dei cum adsumpta carne, unam spiritus sancti. et personas proprietatibus designantes et per unitatem essentiae inseparabile trinitatis mysterium confitentes. neque enim ambigi potest uerbum dei intra matris uiscera per carnem humanam adsumpsisse naturam nec post a se intra uuluam naturarum unitione diuisum. nam sicut non est in eo humanitas sine deo edita, sic in cruce non est impassibilis diuinitas a carnis passione diuisa, quod uirginis partus et intemerata fecunditas et singularis a mortuis resurrectio et ad caelos declarat
11 ascensio. haec si quemadmodum a patribus constituta sunt seruant, credant nec definita transcendant; a quo tramite qui declinant, ipsi sibi nebulam dubitationis offundunt. nobis autem illud apostolicum contentiosis respondere necesse est: nos hanc consuetudinem non habemus nec ecclesia
12 dei. haec ideo breuiter, quia nec ambigi conuenit de rebus

7 Philipp. 2, 7  24 Cor. I 11, 16

3 rennuentem *V*  4 filius, *quod uncis inclusi, V*: *om. Hisp.*  7 exinaniuit semet ipsum formam *i*  9 scimus *bis V*  10 unam enim patris profit. esse personam *om. V*  12 inseparabili *V*  14 matris *V*: uirginis *Hisp.*  15 post a se intra uuluam naturarum (naturam *V*) unitione diuisum *V Gonz.*: apostecrie (apostetrice $i^2$, postarie $i^3$) factum intra uuluam naturarum munitione diuisum *i*, post a se intra uuluam naturam unitione diuisam *o*, post a se intra uuluam naturarum unitionem diuisum *Labb.*  16 sicut non est in *om. V*  17 non est inpassibilis diuinitas *Vi*: et impass. diu. non est *Gonz.*  20 ascensionem *V*  22 obtendunt *Hisp.*  23 apostalicum *V*

τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ θεότητα ἀπὸ τῆς σαρκὸς χωρίζοντος καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἁγίαν Μαρίαν θεοῦ γεννήτριαν ἐξαγγέλλειν ἐκκλίνοντος, τοῦ δὲ ἑτέρου τὴν ἀλήθειαν τῆς σαρκὸς ἐν τῷ κυρίῳ ἀπαναινομένου, ὁπότε ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ αὐτὸς υἱὸς θεοῦ, ὁ αὐτὸς ἀνθρώπου. ἓν πρόσωπον ἐν δύο φύσεσι καὶ θεότητος καὶ σαρκὸς οὐδὲ τῶν φύσεων ἐν τῇ ἑνώσει συγχυθεισῶν, οὐχ ὡς τετάρτου προσώπου προστεθέντος τῇ τριάδι, ἀλλ' αὐτὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ *ἐκένωσεν ἑαυτὸν καὶ μορφὴν δούλου ἔλαβε*. διὸ καὶ 10
μίαν καὶ οὐ διαιρετὴν ὁμολογοῦμεν οὐσίαν τῆς τριάδος καὶ τὴν ἰδίαν ὅμως ἰδιότητα ἴσμεν ἐνεῖναι τοῖς προσώποις. ἓν γὰρ τοῦ πατρὸς ὁμολογοῦμεν εἶναι πρόσωπον, ἓν τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ μετὰ τῆς προσληφθείσης σαρκός, ἓν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, καὶ τὰ πρόσωπα ταῖς ἰδιότησι σημαίνοντες καὶ διὰ τῆς ἑνότητος τῆς οὐσίας τὸ ἀχώριστον τῆς τριάδος μυστήριον ὁμολογοῦντες. οὔτε γὰρ δυνατὸν ἀμφιβάλλεσθαι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἐν τοῖς τῆς μητρὸς σπλάγχνοις διὰ τῆς σαρκὸς τὴν ἀνθρωπείαν προσειληφέναι φύσιν καὶ μὴ μετὰ τὴν παρ' αὐτοῦ γενομένην ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν φύσεων ἕνωσιν διῃρημένον. καθάπερ γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ἀνθρωπότης ἄνευ θεοῦ γεννηθεῖσα, οὕτως ἐν τῷ σταυρῷ ἡ ἀπαθὴς θεότης οὐκ ἔστιν ἀπὸ τοῦ τῆς σαρκὸς πάθους διῃρημένη· ὅπερ ὁ τῆς παρθένου τόκος καὶ ἡ ἄχραντος γονιμότης καὶ ἡ ἐξαίρετος ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις καὶ ἡ εἰς οὐρανοὺς δείκνυσιν ἄνοδος. ταῦτα εἰ καθὼς 11
παρὰ τῶν πατέρων ὡρίσθη φυλάττουσι, πιστευέτωσαν καὶ μηδὲ τὰ ὡρισμένα παραβαινέτωσαν, ἀφ' ἧς τρίβου οἱ ἐκκλίνοντες αὐτοὶ ἑαυτοῖς νέφος ἀμφιβολίας περιχέουσιν. ἡμῖν δὲ ἐκεῖνο τὸ ἀποστολικὸν τοῖς φιλονείκοις ἀποκρίνασθαι ἀνάγκη ἐστίν· *ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν οὐδὲ ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ*. ταῦτα διὰ τοῦτο διὰ βραχέων. ἐπειδὴ οὔτε ἀμφιβάλλεσθαι 12
προσήκει περὶ πραγμάτων τῶν περὶ τῆς πίστεως πολλάκις ἐρι-

2 θεοῦ γεννήτριαν agh: θεοτόκον eo 4 ὁ αὐτὸς *scripsi:* οὗτος aeogh 5 θεοῦ aeo: τοῦ θεοῦ gh αὐτὸς καὶ ἀνθ. a ἄνθρωπος aeogh, *correxi* 6 οὐχ ὡς eogh: οὐ δὲ a 9 οὐ agh: οὐδὲ eo 10 ὅμως o: ὁμοίως aegh ἐν εἶναι aeogh, *corr. Thiel* 13 σημαίνοντος h 14 ὁμολογοῦμεν gh 16 ἀνθρωπίαν gh 17 ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν φύσεων aeo: τῶν φύσεων ἐν τῇ μήτρᾳ gh 19 γενηθεῖσα eo 20 πάθος a 23 μὴ δὲ aeo 25 περιχέουσιν eo: περιέχουσιν agh 28 ἐπεὶ h

iuxta fidem saepius definitis et paene superuacua est allegatio. quae adhibetur instructis, cum super hac re et ad clementis-
13 simum principem filium nostrum non pauca perstrinxerim. et quia de Hierosolymitanorum professione respondimus, hoc quoque aestimauimus salutis eorum causa competenter addendum, ut si communionis apostolicae desiderant unitatem, professionem suam scripto inditam, quam legatis nostris apud Constantinopolim positis obtulerunt, aut per suos ad nos dirigant aut fraternitati uestrae tradant, eodem tamen sicut diximus tenore conscriptam, quae ad nos modis omnibus sub uestra ordinatione deferatur. nam de Thessalonicensibus, quorum ad nos legati sub clementissimi et fidelissimi principis filii nostri ordinatione uenerunt, ne quid omisisse credamur, nosse uos uolumus secundum hoc, quod domino nostro Iesu Christo inspirante placuerit, causam omnem nostra dispositione
14 tractandam et, si quod oportet impleuerint, ordinandam. haec per fratrem nostrum et coepiscopum uenerabilem uirum Iohannem sed et filios nostros Heraclianum presbyterum et Constantinum diaconum ecclesiastico honore dignissimos ad causam pertinentia rescripsisse contenti gratulati sumus in uiro ordinis nostri par meritum et religiosum non inuenisse propositum et cum legatione mandata sapientia et moribus congruente. uotiua enim res et plena gaudii est, ut sint iusta aestimatione probabiles, quos communionis et officii contigerit esse consortes. Data VII. Kal. Apr. Ualerio cons.

1 definitis saepius *trsp. Hisp.* 2 hac re et *V:* haec *Hisp.* 3 filium nostrum *om. Hisp.* pauca *V:* parua *Hisp.* 4 hierosolimitanorum propositione *V* 7 inditam *V:* indicant *Hisp.*, *unde* indicent *et postea* offerant *i* 11 ‹et› de *Thiel* 12 *sq.* sub . . ordinatione *V:* per . . ordinationem *Hisp.* 16 ordinandam *i:* ordinanda *V Gonz.* 20 pertinatia *V* rescripsisse *Hisp.:* scripsisse *V* 22 legationis mandato . . congruens *i*, *unde* legationis mandatis . . congruens *Thiel;* congruentem *legit interpres* 24 iuxta aestimationem *Thiel cum* $i^2$ communionis et *V:* communionis *i*, communis *Gonz.* 25 data . . cons. *om. Hisp.*

σθέντων καὶ παντελῶς περιττή ἐστιν ἡ δικαιολογία ἡ προσφερομένη τοῖς παρεσκευασμένοις, ὁπότε περὶ τούτου τοῦ πράγματος [φιλανθρωπότατον] καὶ πρὸς τὸν ἐνδοξότατον βασιλέα τὸν ἡμέτερον υἱὸν οὐκ ὀλίγα ἐσημάναμεν· καὶ ἐπειδὴ περὶ τῆς τῶν Ἱεροσο- 13
λυμιτῶν ὁμολογίας ἀπεκρινάμεθα, καὶ τοῦτο ὑπελάβομεν τῆς τούτων σωτηρίας χάριν ἁρμοδίως προσθεῖναι, ἵνα ἐὰν τῆς καθολικῆς κοινωνίας ἐπιποθῶσι τὴν ἕνωσιν, τῆς ἰδίας ὁμολογίας τὸ † ὕφος ἐγγράφως μηνυθεῖσαν, ἣν τοῖς ἡμετέροις πρεσβευταῖς ἐν Κωνσταντινουπόλει διάγουσι προσήνεγκαν, <ἢ> διὰ τῶν ἰδίων πρὸς ἡμᾶς ἀποστείλωσιν ἢ τῇ ὑμετέρᾳ ἀδελφότητι δώσουσι, τῇ αὐτῇ μέντοι, καθὼς εἶπον, δυνάμει συγγεγραμμένην, ἥτις πρὸς ἡμᾶς πᾶσι τρόποις δι᾽ ὑμετέρας διατυπώσεως κομισθήσεται. περὶ γὰρ τῶν Θεσσαλονικέων, ὧν πρὸς ἡμᾶς οἱ πρέσβεις διὰ τῆς τοῦ πιστοτάτου καὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου βασιλέως τοῦ ἡμετέρου υἱοῦ διατυπώσεως ἦλθον, ἵνα μή τι παραλελοιπέναι δόξωμεν, γινώσκειν ὑμᾶς βουλόμεθα κατὰ ταῦτα, ἅπερ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐμπνέοντος ἤρεσαν, τὴν ὑπόθεσιν πᾶσαν τῇ ὑμετέρᾳ διασκέψει ψηλαφητέαν καὶ εἰ ὅπερ χρὴ πληρώσωσι, διατυπωτέαν. ταῦτα διὰ τοῦ ἀδελφοῦ 14
ἡμῶν καὶ συνεπισκόπου τοῦ σεβασμιωτάτου ἀνδρὸς Ἰωάννου ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν υἱῶν ἡμῶν Ἡρακλειανοῦ τοῦ πρεσβυτέρου καὶ Κωνσταντίνου τοῦ διακόνου τῆς ἐκκλησιαστικῆς τιμῆς ἀξίων τὰ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἀνήκοντα ἀρκεσθέντες ἀντιγράψαι ἥσθημεν ἐν ἀνδρὶ τῆς ἡμετέρας τάξεως ἴσην ἀξίαν καὶ εὐλαβῆ πρόθεσιν ἡμᾶς εὑρηκέναι καὶ μετὰ τῶν τῆς πρεσβείας ἐντολῶν τῇ φρονήσει καὶ τοῖς τρόποις συνᾴδοντα. εὐκταῖον γὰρ πρᾶγμα καὶ πλῆρες χαρᾶς, ἵνα ὦσι κεκριμένως δόκιμοι, οὓς τῆς κοινωνίας καὶ τῆς τάξεως συνέβη εἶναι συγκλήρους. ΚΑΙ ΑΛΛΗΙ ΧΕΙΡΙ· Ὁ θεός σε ὑγιῆ διαφυλάττοι, ἀδελφὲ τιμιώτατε.

2 φιλανθρωπότατον aeogh: *glossema deleui (etiam infra u. 14 interpres uocabulum, quod est* clementissimus, *adiectiuo* ἐνδοξότατος *reddidit)*; πράγματος πρὸς τὸν ἐνδοξ. καὶ φιλανθρ. βασιλέα *Binius* 4 ἐσημήναμεν h τῶν *om.* h 6 κοινωνίας agh: ἐκκλησίας eo 7 ἐπιποθοῦσι gh τὸ ὕφος *corruptum* 9 ἢ *addidi* 11 εἶπαν gh 12 <τοῖς> τρόποις *Fronto Duc.* 14 καὶ ἐνδοξοτάτου o 15 ἡμᾶς h 16 ἐμπνέοντες gh 17 ψειλαφητέαν o 8 καὶ εἰ ὅπερ .. διατυπωτέαν *om.* a πληρώσωσιν gh: πληρώσουσιν eo 19 ἡμῶν καὶ συνεπισκόπου h *et ante correctionem* g: καὶ συνεπισκ. ἡμῶν aeo *et post corr.* g 20 ὑμῶν eo 21 τοῦ *om.* a ἀξιῶν gh 25 πλήρης gh 26 κεκριμένοι gh 27 διαφυλάττει eo, διαφυλάττῃ *Fronto Duc.*

## (238.)

HORMISDA IUSTINO AUGUSTO. Scio quidem, uenerabilis im-
perator, clementiam tuam conscientia boni operis tantum esse
contentam nec in his, quae pro catholicae ecclesiae unitate
disponitis, humanis laudibus indigere, ne magni studii gloria
non digna remuneratione uilescat. quanta est enim circa eum
humani summa praeconii, cui contigit terrarum regna committi,
cum obnoxia sint blandimenta adulationis suspicioni, quae
2 humilitas detulerit imperanti? et alias secundum euangelicam
traditionem necesse est, ut fructu supernae remunerationis
careat, qui retributionem laudis expectat. hinc mansuetudinem
uestram omni bonitatis perfectione pollentem ad deum uniuersa,
quae memorabiliter facitis, referre non ambigo nec caduca
cogitantes ab illo expectatis pro actuum uestrorum retributione
3 mercedem, quem bonorum omnium constat auctorem. et
tamen ego diuinis, quibus obsecundo, conuenio institutis, ne
religiosae conscientiae uestrae beneficia comperta dissimulem,
ne taciturnitas mea, quae uobis crescit ad gloriam, mihi,
quod absit, uertatur in culpam. noui enim, de illis decem
domini et saluatoris nostri pietate mundatis quia et nouem
sunt nota ingratitudinis improbati et unus testimonium fidei
et merito receptae salutis retulit, qui gratiarum actionem
4 sanatus exsoluit. exsequor exempla quae didici et, quod per
officii mihi crediti materiam praedico, sub occasione litterarii
sermonis exhibeo. ago gratias quantas humilis possum, etsi
quantas debeo non possum. sed solatium mihi est, quod de
beneficiis mecum uestris mundus exultat et lacerata hactenus
ecclesiae membra ad compagem suam reuocata gloriantur.

10 cf. Matth. 6, 1 20 cf. Luc. 17, 11—19

**238.** *Dat. ut ep. 236.* *Edd. Car. I² 555; Bar. ad a. 521, 7; Collect. Concil.; BTA I 448; Thiel 967.* 5 ne o²: nec *V* 7 summi *V*, *corr.* o 8 obnoxia ρ²: eo noxia *V* 9 imperandi *V*, *corr.* ρ² 11 retributionis laudem *Bar.* 15 auttorem *V* 17 religiosa *V*, *corr. Car.* 24 occasionē *V*, *corr.* o 27 *sq.* lacerata . . ecclesiae ρ: lacerata . . ecclesia *V*, laceratae . . ecclesiae *Car.*

reduxisti populis fidem persecutus errorem, inclinata est
superbia inimicorum ecclesiae dei et humilitas erecta fidelium.
magna res tibi contigit, imperator: magna in te emolumenta 5
cum potestate coierunt. quae merearis, intellege: non exiguam
in te partem boni operis illius, quod uadens ad caelos
dominus noster Iesus Christus contulit, transtulisti: nam
pacem, quam ille discipulis dedit, per te mundus inuenit.
non est dubium congratulari tibi angelos caeli: nam si iuxta
assertionem euangelicam laetitia est eis de uno peccatore
saluato, quae potest esse populo? salue Ezechias praesentis 6
aetatis! nam etsi fuerunt ante eum reges Iuda, qui facerent
<rectum coram domino>, nullus tamen eorum dissipauit
excelsa. tu quoque scismatum et superbiae dissipator et
cultus ueteris restitutor praesume tibi <ad> similitudinem
illius annorum augenda curricula, qui operum eius imitaris
exempla. et haec omnia, quod ad maius gloriae tuae spectat 7
augmentum, non stimulo adhortationis alienae, non ullis
precibus excitatus aggrederis: solus tibi in consilio deus. non
est, qui se ad participationem tanti operis temptet inserere:
tibi debes actionis huius studium, tibi bonae actionis effectum
tu me, uenerabilis imperator, ecclesiae uulnera tam longa 8
maerentem ad spem reddendae salutis animasti: tu me post
tam continuas turbidines iam paene desperatione cessantem
ad nouam tranquillitatem directis ultro piis litteris excitasti,
hoc quoque procul dubio diuina intellegentia conferente, ut
inter ipsa tui principatus exordia fidei eius dicares obsequium,
cui acceptum debebas imperium. sed qui te ad incipienda 9
haec non potui primus impellere, nunc maiore fiducia tantis

7 cf. Ioh. 14, 27 9 cf. Luc. 15, 7 12 sq. cf. Regn. IV 18, 4
14 cf. Regn. IV 20, 6

3 contingit V, *corr.* ϱ 12 rectum coram domino *inserui praecedente Coustantio, cf. Regn. III 15, 11, IV 14, 3 et 15, 3*; bonum *inseruerat Bar.* 14 ad *addidi*, in *Coust.* similitudine *Labb.* 16 quod V: quae α, *unde* quae . . expectant *Car.* (spectant *corr. Binius*) expectat V 18 aggredieris V, *corr.* ϱ 22 merentem V 23 disperatione V 27 qui te *Bar.*: quibus V

beneficiis compellor prouocatus orare, ne patiaris in te tam
boni operis esse defectum, ne manus, quas ad deum erigis,
a coepti operis perfectione suspendas. negare non possum
pro domini nostri haec me affectu et unitatis exposcere, sed
fateor et saluti tuae pro tanta mansuetudinis gratia haec
studia me debere. scriptum est enim, quia q u i p e r s e u e r a-
10 u e r i t, h i c s a l u u s e r i t. nec uos aliquorum obstinatio reddat
a proposito pigriores. durum est, ut efficacior sit eorum
pertinacia qui diuidunt pacem quam eorum qui asserunt
unitatem, amentur uulnera quam prouideantur pro salute
remedia et praeoptabi<lius esse> putetur so<luere se cum>
mortuis quam inhaerere cum uiuis. an non aequum est, ut
religiosi principis subdantur imperio qui non mouentur exemplo?
non omnis aeger salubribus adquiescit et medendi studium
saepe ipsis, quibus adhibetur, ingratum est: et tamen grata
est admota pro salute necessitas nec ipsi post respirationem
11 non sunt beneficiis obnoxii, qui curantur inuiti. cauenda est
subtilium magna circuminspectione calliditas, qui ingerunt
difficilia, dum nituntur labefactare composita. et quis hoc
possit admittere, ut ad illa per pacem credamur adduci, ad
quae non potuimus discordiae necessitate compelli, et putetur
aequius, ut contra salutem princeps subiectorum uoluntatem
sequatur quam pro sua salute subiecti principis non famulentur
12 imperio? ipsam tibi mecum, uenerabilis fili, crede ecclesiam

6 Matth. 10, 22

1 te *V:* re *Bar.* 2 eriges *V. corr. Bar.* 10 *uulgo post* unitatem *plene interpunxerunt, sed* amentur *et quae sequuntur ipsa quoque pendent a coniunctione* ut quam *V:* cum *Car.* 11 p̄optabi [*lacuna 6 fere litter.*] putetur so [*lacuna 5 fere litt.*] mortuis *V: lacunas expleui;* praeoptabi lius> putetur so<ciari cum> mortuis *Thielius praecedentibus similiter cod.* $\rho^2$ *et Norisio (De uno ex trinitate passo = Opp. III, Ueron. 1729, col. 849),* putetur se<peliri cum> mortuis *Coust.* 14 nom *V, corr.* $\alpha$ 18 circumspectione $\rho$ 20 illam *V, corr.* $\rho^2$ 22 ęquus *V, corr.* $\rho^2$: aequum *Car.* 23 non. *quod delendum censet Thiel, dictum est ex uulgari nunc usu linguarum Francogallicae et Italicae*

dei supplicare, ut eam sine macula et ruga, sicut scis domino
placere, custodias nec in ea oculus ille, qui peruigil est,
naeuum aliquem, quem auersetur, aspiciat. ama, quod a deo
conpunctus elegisti, et intemeratum serua illud, cuius pars
esse uoluisti. fuerit ante sollicitudo tantum mea: nunc unam
nobis causam tua fecit esse clementia. nec austeriorem me 13
quisquam dicat esse prioribus nec adhortatio alicuius pro
sententiae auctoritate teneatur: diligentiorem me non pertinaciae
studium sed scandala secuta fecerunt. forte inter initia <locus
potuit> esse lenitati: male, sicut notum est, per accessus
praecedentium temporum errorum augmenta creuerunt. non
parui habeas, fili sanctissime, quod curasti! ubi sancta 14
Calcedonensis synodus et inter sanctos uenerandi papae Leonis
religiosissima constituta locum alicuius honoris habuerunt,
ubi non aduersum tanta fidei fundamenta quasi quoddam
bellicum hostium dei · insonuit exercitus? <quae> quanto
acrioribus impetita sunt iaculis, tanto ualidioribus sunt
munienda subsidiis. rogo, clementissime imperator, ne me
aut ad deserenda haec, quae dudum bene placita sunt, aut
mutanda compellas. uox enim illa auribus meis indesinenter
inmurmurat, quia n e m o m a n u m a d a r a t r u m m i t t e n s
e t p o s t s e r e s p i c i e n s a p t u s e s t r e g n o d e i, cum in
euidenti sit, quia paenitentia malorum est operum, non
bonorum. sed quamquam his urguemur angustiis, tamen et 15
propter mansuetudinis tuae considerationem et quia uenerabilium legatorum Iohannis episcopi, Heracliani presbyteri
atque Constantini diaconi allegatio nos non inhumana permouit,
qui innocentibus aut ignaris causae remedia crediderunt esse
poscenda, ad fratrem et coepiscopum nostrum Epiphanium 16
scripta transmisimus, ut memor fidei, memor religionis, quos

1 cf. Eph. 5, 27 21 Luc. 9, 62

2 eam *V*, *corr. Thiel* 7 adortatio *V* 9 inicia [*lacuna 7 fere litterarum*] esse *V*, *lacunam suppleuit* p² *in marg.* 12 sanctisime *V* 16 quae *addidi* 17 haec · impetita *Bar.* 26 bresbiteri *V* 28 crediderunt (*aut* quae . . credidit) *Thiel:* credidit *V*

dignos susceptione esse crediderit aut communione. quam respuimus. sicut asseritur innocentes, eos ad societatem sacrae communionis admittat, libelli tamen, qui a nobis interpositus est, tenore seruato. melius est enim et magis deo placitum, si salua fide ecclesiastico corpori iungantur abscisi quam ad abscisos transeant, qui in beati Petri inmaculata communione manserunt. Data VII. Kal. Apr. Ualerio cons.

## (239.)

HORMISDA EPIPHANIO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO. Bene-
dicimus dominum fraternae caritatis affectu, quia non solum
synodica relatione ad sacerdotium te digne peruenisse cogno-
uimus sed factis atque moribus comprobamus et ita se meriti
tui gradus patefecit effectibus, ut ante fratrum et coepi-
2 scoporum nostrorum testimonium cuncta crederemus. quod
enim illi te promittunt posse moribus agere, nos uidemus
implesse et, tamquam fidei tuae seruata pacis fuerit gratia,
sic unitatis hactenus dilata sunt uota. diuina eorum praede-
stinatione caritati tuae uocabulum quo nuncuparis accessit,
sub quo spiritu apparente concordiae factum est, ut dicamus:
e c c e q u a m b o n u m e t q u a m i u c u n d u m h a b i t a r e
3 f r a t r e s i n u n u m! quapropter in Christo domino nostro
reddentes officia salutationis hortamur, ut boni operis initium
laudabile continuet institutum secundum sanctum euangelium,
quo monemur: q u i p e r s e u e r a u e r i t i n f i n e, h i c s a l u u s
e r i t. adhortamini igitur reliquos, inuitate monitis, colligite
blandimentis, quia talenti crediti multiplicata compendia

21 Psalm. 132, 1 25 Matth. 10, 22

1 aut communionis *Thiel*, et ‹alienos a› communione *Bar.* 3 admittit (a above) *V* 6 ad *om. a, unde* ‹in› abscissos *Car.*

**239.** *Dat. ut ep. 236. Edd. Car. I² 551; Collect. Concil.; BTA I 447; Thiel 965; commemorat Bar. ad a. 521, 6.* 16 posse moribus *Thiel:* possessoribus *V*, posse omnia *Car.* 18 eorum *V:* nimirum ρ² 20 concordia *Car.*

sacrificia sunt diuina. praeterea gratissime tulimus, quod 4
Iohanne fratre et coepiscopo nostro nec non Heracliano
presbytero atque Constantino filiis nostris internuntiis promo-
tionem caritatis tuae cognouimus, qua esse aliquid dulcius
non putamus. et cum te praedicti uiri, etsi pro obsequio
suscepto facerent, non tamen ratione laudarent, beati omnium
sumus. quod dignae rei nuntius relator dignus extabat, ut tibi
absolutissime de legatorum meritis probatio sit honoris. ET 5
MANU PAPAE: Suscepimus calicem aureum gemmatum, patenam argenteam et alium calicem argenteum et uela duo ministerio basilicae beati Petri apostoli profutura a caritate tua directa. Data VII. Kal. Apr. Ualerio cons.

## (240.)

HORMISDA SYNODO CONSTANTINOPOLITANAE. DE ORDINATIONE EPIPHANII EPISCOPI. Fratrem et coepiscopum nostrum Epiphanium apud felicissimam deo fauente Constantinopolim in officium muneris sacerdotalis adsumptum peruenisse ad nos fraternitate uestra referente gaudemus, quia gratius quodammodo suscipiuntur indicia, quae significauerit amata persona. et tanto maius pro auctoritate nuntii nascitur gaudium,
quanto non est quod de testimonio disputetur. sic erat 2
congruum, karissimi nobis, sic se circa proximum patefacere decebat affectum, ut per uos sedi apostolicae innotescat, quod moribus et sanctitate fulgeret, quod usque adeo se olim bonis sicut et uos asseritis, imbuit institutis, ut non sit fortius meriti testimonium quam in honorem sacerdotis adscitum. quid est enim, quod de eo habeatur ambiguum, in quo de

2 iohanni fratri *V*, *correxi* 3 internuncii *V*, *corr.* *ρ* promotionem *ex* pronunciationem *corr.* *V* 6 tm̄ *V*: tantum *Car.*

**240.** *Dat. ut ep. 236 Edd. Car. I*[2] *550; Collect. Concil.; BTA I 447; Thiel 966; commemorat Bar. ad a. 521, 6.* 14 CONSTANTINOPOLITANO *V*, *corr.* *ρ* 16 felicissimum *V*, *corr.* *ρ* 21 quod *Car.*: quo *V* 26 meritis *Car.*

bonis moribus sub probatione factae concordiae praesusceptae
3 ** sunt diuina? quapropter facitis sancte, facitis religiose,
facitis pie, quod ueritati testimonium libenter impenditis,
quod praemium bene meritis non negatis: quia idem error
est tacere ueritatem, qui est falsis adsistere, et eadem
iniustitia est si negetur honor moribus placitis, quae est si
concedatur indignis. certum est, amantissimi, participari uos
cum sacerdotis laudibus intimatis, quia omni fraternitatis
uestrae ordini transcribitur, quod in uno, quem ex uobis
4 elegistis, esse laudatur. deus omnipotens fidei suae pacem
sub perpetuitate conseruans electionem ordinationemque uestram,
quam insinuandam sedi apostolicae per Iohannem fratrem et
coepiscopum nostrum nec non et Heraclianum presbyterum
atque Constantinum diaconum filios nostros religiose credidistis,
tanta firmitate confortet et ita omnium discordantium luctamina disiciat, ita dissidentium corda compescat, ut, quemadmodum sub fratre et coepiscopo nostro Epiphanio pacificationis datum est indicium, gratulemur effectum. Data VII. Kal. April. Ualerio cons.

GESTA IN CAUSA ABUNDANTII EPISCOPI TRAIA⟨NO⟩POLITANI IN SCRINIO HABEMUS.

## (241.)

IUSTINUS AUGUSTUS HORMISDAE PAPAE. Ut quod in Paulo uiro reuerentissimo contigit apostolatui uestro patefiat, qui sacerdotio praeditus Antiochenae ciuitatis ita uersatus esse

1 *post* praesuscepte *lacunam 11 fere litterarum reliquit V*, praesuscepta ⟨argumenta⟩ sunt *Bull. Taur.: fortasse talia aliqua exciderunt* praesusceptae ⟨spes operante clementia expletae⟩ sunt 9 transcribuntur *V, corr. edit. reg.* 14 filiis nostris *V, corr.* $\rho^2$ 15 luctumina dissiciat *V, corr.* $\rho^2$ 16 compescant *V, corr.* $\rho^2$ 17 epifanio *V* 19 aprilis *V* 20 *sq. uerba* gesta . . habemus *quae collectoris sunt litteris minusculis V man. 1 in noua linea scripsit* traiapolitani *V*

**241.** *Dat. (simul cum ep. 242) a. 521 die 1 Mai. Edd. Car. I² 562; Bar. ad a. 521 37; Collect. Concil.; Thiel 983.* 25 predictus *V, corr.* $\rho$

dicitur in multis causis, quae religiosis alienae sunt episcopis, ut clericorum suorum proditione, habitatorum etiam dictae ciuitatis, aliorum insuper frequentium incusetur, non tantum legatis uestrae sanctitudinis in hac regia positis urbe, ut ipsos quoque retinere censemus. uerum post eorum recessum: qui malae conscientiae suae uictus testimonio, territus insuper ne quaestione habita grauiorem formam exitus rei posceret, recusatorios libellos obtulit, ut liceret ei secedere a suscepto, sicut dictum est, episcopatus officio. quoniam igitur cordi 2
nobis et est et fuit, ut semper ciuitatum antistites in amore sint omnium communi, quorum regendas <accepisse> creduntur animas, Paulus autem uir reuerentissimus ultro se suo, prout memorauimus, abdicauit sacerdotio, praesentem epistolam duximus dirigendam * * uobis aperiatur et orationibus propriis caeleste nobis praesidium digneris acquirere. Data Kal. Mai. Constantinopoli Iustiniano et Ualerio uu. cc. conss.

## (242.)

EXEMPLUM RELATIONIS EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

PER OMNIA SANCTISSIMO ET BEATISSIMO DOMINO FRATRI ET COMMINISTRATORI HORMISDAE EPIPHANIUS. Frequentiores quidem litteras facere ad uestram beatitudinem et frui affectu fraternae caritatis optamus, nunc autem ea quae euenerunt cupientes uestram sanctimoniam non latere praesentibus usi sumus scriptis. multis enim et non paruo spatio temporis perturba- 2
tionibus Antiochiae maximam ciuitatem, quae est in dioecesi Orientali prima, circumstantibus sub occasione, quia Paulus

6 ueritus *Car.* 11 creduntur *V*: acceperunt *Bar.*; *ego inserui* accepisse (suscepisse *Thiel*, curare *Hartel*) 14 *lacunam indicaui*: ut *inseruit Car.*, *quod non sufficit*; *excidit* ut quid factum sit *uel simile quid* 15 maias constantinopolim *V*, *corr.* *ρ* 16 vvc cons *V*

**242.** *Dat. ut ep. 241. Edd. Car. I² 562; Collect. Concil.; Thiel 984; commemorat Bar. ad a. 521 38.* 18 EXEMP *V* 23 uisi *V*, *corr.* *ς²* 25 diocesi *V*

amabilis deo episcopatum memoratae habuit ciuitatis, et
multis urbis ipsius habitatorum, sicut dixerunt aliqui, a
catholica ecclesia sese separantibus et assiduas interpellationes
tranquillissimo et fidelissimo principi nostro ingerentibus et
eorum, quae in accusationem ducebantur, inquisitionem
supplicantibus fieri manifestam (quae quidem initium olim
sumpserunt, sicut nec directos a uestra sanctitate deo amabiles
legatos latuit, cum in regia degerent ciuitate, agnoscentes
3 super his omnia): memoratus ergo amabilis deo Paulus prod-
esse sibi hoc existimans per libellos proprios designatae
ciuitatis desertionem et episcopatus elegit et uniuersalem
quietem et ⟨a⟩ causis alienationem se praeferre monstrauit.
quae omnia et amabilem Christo principem nostrum manifesta
4 reuerentiae uestrae fecisse nouimus. sed nunc omnibus nobis
pretiosius et de quo maxime noctibus et diebus bonum
nuntium de his qui † amantissimo principe et a nobis directos
ad uestram beatitudinem deo amabiles legatos laetos amicam
deo pacem nuntiantes et omni pulchritudine decoram unitatem
sanctarum ecclesiarum annuntiantes quam cito ad nos destinare
dignamini, ut praesentis causae, sicut saepe scripsimus, sit
caeleste lucrum his, qui in celeritate sunt bonae correctionis
5 auctores, beatissime et sanctissime frater. omnem, quae est
cum tua beatitudine in Christo fraternitas, et nos et qui
nobiscum sunt multis salutamus annis.

2 multis . . habitatorum *scripsi*: multorum . . habitatorum V, *id quod uix recte Thielius tribuit interpreti genetiui absoluti Graeci nimis tenaci;* multis . . habitatoribus $o^2$ 3 sese $o^2$: esse *V* 12 a *addit Labb.* 14 *sqq. locus corruptus;* omnibus bonis pretiosius . . diebus ⟨solliciti sumus⟩ bonum nuntium detis atque ⟨ab⟩ amantissimo . . dignemini *Thiel;* omnibus nobis pretiosius est, de quo maxime noctibus et diebus ⟨anxii sumus, audire⟩ bonum nuntium de his qui * *. ⟨quare ab⟩ amantissimo *Hartel* 17 letos *V, del.* o 18 omnia pulchr. decora *V, corr. Thiel*

## (243.)

EXEMPLUM EPISTOLAE IUSTINIANI UIRI ILLUSTRIS.

Diligenter apostolatus uester cognoscit, quanto fidei calore
filius uester serenissimus imperator nosque fuimus ab initio:
numquam cessauimus agere, quae pertinebant ad firmamentum
religionis diuinae. pro qua re nuper etiam reuerentissimos 2
sacerdotes Romam direximus, ut integrum componeretur de
capitulis, quibus ad ea dubietas uertebatur. sed ignoramus,
quae difficultas prouenerit, ut minime sopirentur hactenus ea,
quae uidentur esse leuissima. salutantes ergo uestram reue- 3
rentiam petimus, ut nulla praebeatur occasio, de t<e q>ua
quisquam possit ambigere. sed habentes prae oculis iudicium
maiestatis supernae modis omnibus festinare dignamini.

## (244.)

DOMINO UENERANDO FRATRI ET CONSACERDOTI DIODORO REUERENTISSIMO EPISCOPO EPIPHANIUS IN DOMINO SALUTEM. Gratiam praestans potius quam sumens dominus a Samaritana bibere

17 sqq. cf. Ioh. 4, 6 sqq.

**243.** *Dat. a. 520 post diem 9 Sept. Edd. Car.* $I^2$ *555; Bar. ad a. 521, 3; Collect. Concil.; Thiel 957.* 2 EXEMP̄ *V* 3 cognouit *Car.* quanta *V, corr.* ρ 9 sopiretur *V, corr.* $ρ^2$ 11 peto *V, corr. Bar.* te qua *scripsi:* tua *V* (occasio <qua> de tua quisq. poss. amb. <uoluntate> *Car.*) 13 dignemini *Car.*

**244.** *Liber de XII gemmis rationalis summi sacerdotis Hebraeorum ab Epiphanio Constantiae episcopo Graece conscriptus ipse aetatem non tulit exceptis duabus epitomis satis breuibus, de quibus conferas Dindorfium in Epiphanii editione IV 1 p.* XVIII *(Ep.*[1] *= Dindorf l. c. p. 225 sqq.; Ep.*[2] *= ibid. p. 233 sqq.); e quibus epitomis breuior (Ep.*[2]*) est Anastasii Sinaitae, qui haec Epiphanii excerpta recepit inter Quaestiones (c. 40 et 45). multo maioris pretii est uersio Latina, quae in codice V eiusque propagine tradita atque in fine mutilata ad ipsam tamen Auellanam collectionem minime pertinere sed ei posteriore tempore casu quodam addita uidetur. edidit eam primus Franciscus Fogginius Romae a. 1743 usus codice α; Fogginii editionem repetiuit Dindorfius l. c. p. 169 sqq. Prooemii § 1—5 aliam uersionem Latinam exhibet Facundus pro defens.* III *capitul. IV c. 2 (Migne P. L. 67, col. 617 C sqq.)*

postulabat, ipse fons salutis existens, et iuxta puteum quidem sedit <et> ex itineris labore fatigatus est, ut consequens ueritatis argumentum corporalis suae praesentiae nequaquam prorsus excederet, ut ubique simul humanae naturae, quam condidit, propria largiter dona concedens, nunc eam quidem dignanter assumens, nunc etiam id, quod eius est, ueraciter
2 asserens nec non et curam eius ac prouidentiam gerens. sed et discipuli eius et familia, <a> quibuscumque petebant, aliquid tribuebant his potius quam sumebant. id ipsum praefigurabat et Helias in forma domini sui praecedens, modum quidem necessariae rei competenter efflagitans, super id autem, quod necessarium erat, eius, quae in se morabatur, largitatem benedictionis insinuans: qui panem quidem poscebat uiduam sed occasione petitionis huius benedictionis opulentiam
3 commodabat. sic et tua uenerabilitas a paruitate nostra quiddam postulans dare magis quam accipere comprobatur. cooperante namque tua iugiter apud deum supplicatione capsaces quidem olei indeficiens ex paruo praestabitur, hydriae uero farinae de exiguo supra modum largitatis copia conferetur.
4 poposcisti igitur in principio per epistolam tuam, uenerabilis, de lapidibus, qui in superhumeralis rationali pontificis tunc super pectus Aaron apponi praecepti sunt, ut nomina eorum et colores et species nec non et loca seu contemplationes, quas ad diuinum cultum referant, singulique lapides pro qua tribu impositi uel unde reperti uel ex qua patria probentur,
5 exponam. et nobis quidem, <sicut> memoraui, tamquam

9 cf. Regn. III 17, 10 sqq.

1 quidem puteum *trsp. Fogg.* (quidem puteum α) 2 et *add. Fogg.* *(cf. Facund.)* ut consequenter praesenti sermone incarnationis non excederet ueritatem *Facund.* 4 ut *V:* et *Fogg.* 8 a *addidi* (a quibus *Facund.*) patebant *V*, *corr. Fogg.* 12 quae *scripsi:* qui *V* (praebentem [*leg.* praesentem] sibi benedictionem *Facund.*) 17 coopante *V*, *corr.* α 18 capsace *V*, *correxi* Hidrię *V* 20 poposcistis *V*, *corr. Fogg.* 25 tribus *V*, *corr. Fogg.* 26 sicut *addidi* (et sicuti dixi nobis quidem *Facund.*)

praefatae uiduae propter inopiam difficilis erat horum prorsus inuentio: uerum, sicut illi per benedictionem miranda res accidit et Samaritanae pro <a>qua sensibili mysteriorum domini munus ostensum, sic nobis <mi>nimis sapientia atque scientia et sermone constitutis undique facultas est attributa uelut ex multis imbribus fertili largitate diffusis Heliae precibus aliorumque prophetarum, quorum tu filius discipulus et successor uenerabilis approbaris, accipiens aeque ut illi a domino gratiam eamque nobis orationibus tuis inpertiens. unde iam de his incipiam dicere, primum quidem ueniam 6 poscens et propositi mei studium patefaciens, licet inualide dissertationis possim referre sermonem.

Est ergo primus scriptus in quattuor uersibus: quadrifariam 7 quippe discriminabatur rationale pontificis ipsumque quadrangulum erat, habens tam in longitudine quam in latitudine palmum unum. primi ergo uersus ordo est: sardium primus lapis, dein topazion, post smaragdus. secundi uersus primus lapis carbunculus, dein sapphirus, post iaspis. tertii uersus primus lapis ligyrium, dein achates, post amethystus. quarti quoque uersus extremi primus lapis chrysolithus, deinde beryllum, post onychium. isti quidem sunt duodecim lapides, quos constat in rationali, quod in superhumerali pontificis ponebatur, insertos; quorum differentias locaque dicemus.

Sardium, quod et Babylonium sic dicitur, habet quidem 8 speciem instar ignis colorisque sanguinei sardio pisci consimilem, unde et sardium uocatum est a specie cognomen

13—21 cf. Exod. 28, 16—20 (39, 9—13)

3 aqua *Fogg.*: qua *V*   4 minimis *scripsi* (sic et nobis exiguis extantibus sed [*leg.* et] nouo intellectu et noua cognitione et noua ratione *Facund.*): nimis *V*, *quo male seruato* 5 destitutis *Fogg.*   6 hymbribus *V*   7 pharum *V*   8 aeque *scripsi*: ea que *V*, eam *Fogg.* (suscipiens propinquam illis hanc gratiam *Facund.*)   9 nobis eamque *trsp. Fogg.*   11 inualidae *Fogg.*   12 disserationis *V*, *correx*   13 primus scriptus (*i. e.* prima scriptura) *V*: primum scriptum *Fogg.*   16 primi *ex* primus *V*   18 saphirus *V et sic semper*   19 ligirium *V*   amethistus *V et sic semper*   20 chrisolitus *V*   21 berillum *V et sic semper* onichium *ex* onichilum *V*

accipiens. in Babylone uero, quae est apud Assyrios, gignitur. et est lapis ipse perlucidus. habens medendi potentiam. cuius sucum medi<ci> super tumores ac putredines linientes sedant
9 aliasque plagas, quae per incisionem ferri proueniunt. est autem et alius sardonyx, qui uocatur molochas, sciens attenuare pinguedines: ipsius autem formae est. subuiridis aliquantulum. potentiorque magis est circa uerni temporis initium, quando pascha celebratur: et alius sardachates, circa quem lapidem albus quidam circulus apparet sicut in achate. quem hi, qui fabulosa confingunt, mala fugare pronuntiant posse eumque pacificum uocant.

10 de lapide topazio. Topazium rubrum est specie post lapidem, qui carbunculus appellatur. inuentus est autem in Topaze ciuitate Indiae in corde lapidis ab his, qui ibidem lapides tunc caedebant. quem lapidum caesores intuentes splendidissimum delectati pulchritudine eius ostenderunt Alabastris quibusdam negotiatoribus paruoque pretio uendiderunt. Alabastri quoque Thebaeis pretio distraxere maiori: Thebaei nihilominus optulerunt reginae. quae tunc temporis imperabat. quem illa sumens in diademate suo in medio
11 frontis imposuit. habet autem lapis iste hanc efficaciam: cum in cote medicinali teritur, non rubrum sucum iuxta modum sui coloris sed in modum lactis emittit. implet autem crateras plurimos, quantos hi. qui terunt, implere uoluerint. et post hoc idem modus est lapidis, nec inminutus pondere nec a rotunditate mensurae penitus inmutatus. hinc autem sucus elicitus oculorum passiones apprime sanat itemque, cum bibitur, ualde medetur his, qui aquosa rabie tenentur et qui ex uua marina uehementer insaniunt. huius enim lapidis sucum medicorum periti talibus tribuunt.

3 medi *V*, *corr. Fogg.* (οἱ ἰατροὶ *Ep.*[1]*Ep.*[2]) 5 sardonix *V* 6 ipsius *V* (*ante* u *deleta littera* a): τῆς δὲ αὐτῆς *Ep.*[1] 7 inicium *ex* inicitium *V* 9 hii *V* 12 topazion *V*, *corr. Fogg.* 14 *fort.* lapidis ⟨alius⟩ (ἑτέρου λίθου *Ep.*[1]) 18 thebeis *a*: & hebeis *V* 19 thebei *V* 21 inposu suit *V* 23 implent *V*, *correxi* (ἐμπίπλησι *Ep.*[1]) 24 plurimus quantos *V*, *correxi:* plurimas quantas *Fogg.* 27 aprime *V*

DE LAPIDE SMARAGDO. Smaragdus, qui et prasimus, uiridis 12
est speciei. est autem in eis quaedam differentia; aliquos
enim Neronianos uocant, aliquos Domitianos. et Neronianus
quidem lapis amarus est, specie ualde uiridis, splendens ac
uibrans. appellari uero Neronianum propter hanc causam
referunt, quod imperatorem Neronem putant oleo Spano uiridi
uel Libyrtino, alii uero dicunt amygdalino, alii susino, praece-
pisse montem rigare; alii uero nequaquam, sed aiunt Neronem 13
uel Domitianum oleum in uasis aeneis Nicaenis inmittere,
quod ex aeris ipsius aerugine per tempus uiridesceret. et sic
ex eo montem rigare petramque suscipientem hoc oleum plus
in uiriditate atque perspicuitate florescere; alii uero minime,
sed uocatum fuisse Neronem quendam memorant antiquum
artis pinariae scientissimum et in huiusmodi lapidum peritia
ualde callentem, qui adinuenit hanc smaragdi necessariam
speciem, et ex ipso Neronianum primitus appellari. eo uero 14
modo, quo diximus de Neronianis, et de Domitianis aduer-
tendum est. fuit enim Domitianus imperator post Uespasianum
et fratrem suum Titum, qui uastabat Hierosolymam. amatores
autem uanarum rerum hi principes extiterunt, Nero scilicet
atque Domitianus. sunt et alii smaragdi, unus quidem in 15
India nimis Neroniano consimilis, alter uero in Aethiopia,
qui et in Phison flumine reperitur. unde diuina quoque
scriptura sermoni nostro congruit dicens: Phison: ipse
est, qui circuit omnem terram Euilat, ibi inuenitur
lapis prasinus. sed et carbunculum illic esse testatur.
hic autem Phison a Graecis quidem Indus fluuius dicitur, a 16
barbaris uero et Euilaeis Barimanasi, ab Indis quoque et

24 Gen. 2, 11 sq.

5 bibrans *V*, *corr. Fogg.* 7 amigdalino *V* 9 oleum, *quod post* uasis *repetunt Va, del. Fogg.* aenei *V*, *corr. Dindorf* nicenis *V* 13 anticum *V* 15 hanc smaragdi *Fogg.*: ad hanc smaragdinē *V* (ἐρευρεῖν τὸ ἀναγκαιότατον τοῦ σμαράγδου *Ep.*[1]) 19 uastauit *Fogg.* 20 hii *V* 22 ethiopia *V* 23 repperitur *V* 28 euila eis barimanasi *V*: Euilaeis Paropamisi '*nempe Indis ad radices Paropamisi habitantibus*' *Fogg.*

Bugaeis Ganges appellatur pluresque Graecorum scriptores
Gangem fluuium nomine isto cognominant, qui permanat
uniuersam terram Euilat: Euilaeos autem dicunt interiores
Indos. circuit etiam Aethiopiam, quae uocatur occidentalis
estque magna Aethiopia. et hinc in Oceanum labitur. propter
quod et carbunculus lapis cursu fluminis huius attractus in
locis proicitur, quae sunt circa Libyam, ubi nominati superius
17 Aethiopes commorantur. Aquilas autem interpres in Genesi
lapidem prasinum neque prasinum interpretatus est neque
smaragdum sed Hebraica interpretatione usus in superficie et
inueniens in Hebraeo nomen lapidis bodallin, quod septua-
ginta dixerunt: i b i i n u e n i t u r l a p i s p r a s i n u s, Aquila
dixit: i b i i n u e n i t u r b i d e l l i u m. est autem bidellium
quoddam unguentum siue incensum, quod defertur ex India.
18 sunt autem differentiae smaragdi octo, quantum potuerunt
singuli reperiri, naturaque eius cum sit uiridior et austera,
tamen hi, qui sunt ex Aethiopia uel India, hepatis, id est
19 iecoris, similitudinem referunt. restat itaque iam nobis de
monte illo, qui rigabatur aliquando uel a Nerone, sicut
sermone uulgatum est, uel a Domitiano, in qua patria est
situs, exponere. est enim introrsus in mari rubro quod sic
appellatur, in ipso <in>gressu regionis Indorum. quarum gentium
20 differentiae quam plurimae sunt. olim quippe Indi in nouem
regna fuerant disparati, sicuti fama celebratum est, id est
Alabastrorum, Homeritarum, Azomitorum cum <A>dulitibus,
Bugaeorum, Taianorum, Isabenorum, Libenorum, Dibenorum
cum Ichthyophagis et Sirindibenorum cum Euilaeis, sed

12 sq. Gen. 2, 12

1 bugeis *V*: '*numquid* Buzaeis?' *Fogg.*, *sed cf. infra u. 26* 3 euileos *V* autem *bis V*, *corr. α* 4 etiam *V*: et *Fogg.* 5 estque *V*: atque *Fogg.* 6 cursu *ex* cursus *V* 14 ungentum *V* 16 reperire *Fogg.* 17 hii *V* 22 ingressu *Fogg.*: gressu *V* 23 qppe *V* 25 Homeritarum *restitui, quamquam errauit fortasse interpres*: homeritorum *V* dulitibus *V*, *correxi* 26 Liberiorum Diberiorum *Fogg.* 27 icthyopapagis *V* Sirindibenorum *scripsi (cf. p. 749, 2)*: sirindibenenorum *V*

nunc multo plures sunt, quippe diuisi a societate, quam inter
se prius habuerant, Dibeni ab Ichthyophagis et Sirindibeni
ab Euilaeis. de his autem, cum rursus eorum ad loca uentum
fuerit, historica narratione referimus. mons autem, de quo
nunc nobis sermo est, tunc Romanis erat subditus. Smarag- 21
dinum uero sic uocatur naturaliter insula modica, ex aduerso
sita Beronicae, in qua portus est Indiae dirigens ad Thebaidam,
quae a continenti terra Thebaica distat unius diei cursu,
cum est nauigium prosperum, hoc est milibus octoginta.
contigua est autem Beronice, quae sic appellatur, regioni
Elephantinae nec non et Telmi, quae nunc a Blemyis obtinetur.
corruerunt autem montis huius metalla suntque metalla alia
in ipsorum barbarie Blemyorum iuxta Telmeos in montibus
constituta, quae nunc effodientes barbari smaragdos incidunt.
uis autem lapidis huius in speculandam faciem; dicitur et ab 22
his, qui fabulosa confingunt, praescius esse futurorum.

De lapide carbunculo. Carbunculus habet speciem rubricae 23
nimis acutissimae. nascitur autem apud Carthaginem Libyae,
quae Africa uocatur. alii uero dicunt hunc lapidem sic
inueniri: non uideri per diem sed per noctem; procul autem
in modum lampadis uel carbonis ignis naturaliter scintillas
emittere et hora quidem sicuti carbo ignis accendi, hora uero
desinere, ita ut splendorem eius, qui hunc lapidem quaerunt,
eminus intuentes ob hoc ipsum, quod per interualla comparet
et rursus extinguitur, eum esse cognoscant pergentesque ad
eius fulgorem ita reperiant. sed qui eum portat, eum latere
non potest; nam quibuslibet uestimentis occulat, splendor
extra uestimenta conlucet. unde et carbunculus appellatus est,
ob hanc scilicet causam. parumper autem et ceraunius ita 24

1 sũt *V* 2 icthiophagis *V* 7 beronice *V* 8 Thebaida *Fogg.* 10 beronicę *V*, Beronicae *Fogg* 11 ab lemys *V*: a Blemis *Fo g.* 13 Barbaria *Fogg.* blemmyorum *V* Telmin *aut* Talmin *Fogg.* 18 acutissime *V* 21 lampadis *scripsi* (λαμπάδος *Ep.*[1] *Ep.*[2]): lapidis *V* sintillas *V* 26 latere *transitiue usurpatum, ut idem sit quod occulere* (βασταζόμενον δὲ ἀδύνατον διαλαθεῖν *Ep.*[1]) 29 et *V*: et <qui> o[2]

lapis uocatus huic uidetur esse consimilis. dicunt autem ceraunium quidam et uinarium, quod instar uini flaui coloris existat. est nihilominus et Chalcedonius, quem sic appellant, et ipse specie proximus lapidibus istis, qui in isdem loci
25 partibus inuenitur. nec mirum, quod diuina scriptura in Phison eum flumine esse pronuntiat, cum possit et in Africa reperiri. fluit enim Phison in mare iuxta regionem australem et occidentalem Oceanum. circuit Oceanus uniuersum orbem terrarum sed in occidentalem eius partem Phison, ut diximus, influit et idcirco lapis iste in Libyae partes aduehitur. dicit autem scriptura diuina: fluuius egreditur ex Edem ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quattuor initia. nomem uni Phison: iste est, qui circuit omnem terram Euilat, ubi est aurum, et aurum terrae illius optimum: ibi est carbunculus ét lapis prasinus.

26 DE SAPPHIRO LAPIDE. Sapphirus lapis † dicitur in modum purpurae, quam blattam uocitant, cuius est pressior species. multa uero genera sunt huius lapidis. est enim in ipsis regalis auri punctis intermicans: qui non adeo est mirabilis, sicut purus ille lapis, qui per omnia purpurae specie renitet. et hic fortassis esse dicitur in India et in Aethiopia. propter templum Liberi patris apud Indos, quod habere dicitur, licet incredibile uideatur, CCCLXV gradus, omnes ex lapide sapphiro. in ornamentis autem suis et monilibus reges utuntur eo uel maxime, quia mirabilis est atque pulcherrimus et gratiosus.
27 unde et nonnulli uocauerunt eum monilis ornatum. pellit etiam dolores: nam si teratur cum lacte, medela scabiosis et ulcerosis efficitur linitus super loca, quae fuerint uulneribus

11 sqq. Gen. 2, 10—12 (LXX)

1 uocatur *V* $o^2$, *corr. Fogg.* 4 hisdem *V* 7 repperiri *V* fison *V* 11 eadem *Fogg.* 12 irrigandam (v) *V* 17 dicitur *corrupte V*: '*supple* lucere, splendescere' *Fogg.* (λίθος σάπφειρος πορφυρίζων ὡς βλάττης πορφύρας τῆς μελαίνης τὸ εἶδος *Ep.*[1]. σάπφειρος πορφυρίζων μέν ἐστιν *Ep.*[2]) 20 punctus *V*, *corr. Fogg.* (χρυσοστιγής *Ep.*[1])

asperata. scriptum autem est in lege uisionem Mosi in monte neluti super lapide sapphiro fuisse declaratam.

DE LAPIDE IASPIDE. Iaspis est lapis uelut speciem smaragdi 28
referens, qui apud ostia Thermodontis fluminis inuenitur et apud Amathunta: non quae in Cypro est, sed naturaliter Amathusiorum generatio multiplex habetur. hic uero lapis hanc habet speciem: sub smaragdo est interuirescens sed obtunsior et obscurior. interiusque corpus habet uiride ad instar aeruginis aeris. delectantur autem phantasiae, id est speculationes, huic insidere, sicut asserunt, qui fabulosa commemorant. est et alia iaspis albidior quam mare, flore 29
uero tincturaque pressior. alia uero in speluncis Idae montis, qui est in Phrygia, reperitur similis sanguini cochleae, sed lucidior magis et ueluti similior uino et amethysto rubicundior. non enim sunt unius coloris eiusdemque potentiae, sed alia quidem rarior est et albidior quam aer fumi. <nec> nimis effulgens nec impar, item caeruleae uibrationis, ueluti si tempore hiemis de terra uapor aut nebula austro desinente consurgat. alia, quae glaciei similis est, ab his, qui fabulosa fingunt, phantasiis dicitur esse remedium. repertum est autem ab Hiberis et pastoribus Hyrcanorum, qui circa Caspium solum lacumque consistunt. est et alter iaspis, qui uocatur 30
oppalius, similis niuibus aut spumis maris aut ueluti si

1 Exod. 24, 10

5 nonque in cipro *V* sed natura littera mathusiorum *V*, *corr. Fogg.*; sed aliam nam Amathusiorum *Dindorf* (οὐ τὴν ἐν Κύπρῳ, ἀλλ' ἔστι γένος πολὺ καλούμενον Ἀμαθούσιον *Ep.*[1], οὐ τ. ἐ. Κ. ἀλλ' ⟨ἑτέραν τινά⟩ ἔστι ⟨γὰρ⟩ γένος *etc. Dindorf*) 7 κατὰ τὴν σμάραγδόν ἐστι χλωρίζουσα *Ep.*[1] 10 speculationis *V*, *corr. Fogg.* incidere *Dindorf* ὡς δὲ τοῦτο ἠκούσαμεν εἶναι φαντασίας ὡς οἱ μυθολόγοι λέγουσιν *corrupte Ep.*[1] 11 est *ex* et *V* 13 phrigia *V* 14 amethisto *V* 16 rarior *ex* ratior *V* (χαυνοτέρα *Ep.*[1]) nec *inserui secundum Ep.*[1] οὔτε πάνυ στίλβουσα οὔτε πάλιν ἀποδέουσα 17 *post* impar *interpunxi*: nec impar item cerulea uibratione *coni. Fogg.* bibrationis *V* 19 glacie *V*, *corr. Fogg.* 21 hircanorum *V* 22 qui *Fogg.*: que *V* 23 oppalius *scripsi:* appalius *V*, Opallius *Fogg.*; ὁ παλαιὸς *Ep.*[1] *corrupte* nauibus *V corr. Fogg.*

sanguis lacti misceatur, ut Massagetae potare sunt soliti.
hunc, ut aiunt qui fabulosa referunt, bestiae in agro metuunt,
aliaque portenta.
31 DE LAPIDE LIGYRIO. Ligyrii inuentionem nequaquam nouimus
nec a physiologis, id est naturarum scrutatoribus, nec ab
aliquibus antiquis, qui harum rerum curam gessisse referuntur.
inuenimus autem laggurium sic appellatum lapidem. quem
nonnulli pressiore locutione liggurium uocant, et fortassis
arbitror hunc esse ligyrium, quoniam quidem diuinae scripturae
nonnulla nomina aliter immutarunt, sicut smaragdum dixere
32 prasinum aliisque nominibus alia uocauerunt. et liggurus
quidem uel etiam laggurus. si ipse sit ligyrium. rursus ex
quo sit loco, nescitur a nobis. arbitrati sunt autem eum de
superiore esse Thebaida, propter quod affirmant aliquos lapides
ex lapide hoc in aede Asclepii, quae sic appellatur. in Memphi
Aegyptia reperiri. in quibus sunt ueluti notae intermicantes,
non sicut ophitae, sed habentes puncta iuxta cerinum lapidem
sic uocatum. puncta sunt uiridantia ita, ut intellegamus in
33 profundo lapidis huius uenam esse lectissimam. sed et adhuc
lucidius et speciosius haec petra uidetur sumpsisse cognomen:
explanatur enim liggurus a quodam animali, quod liggium
nominatur, habens colorem pulli bubali uel buculae rufae,
cuius cauda modica est et habet puncta quaedam uiridantia:
propter quod et lapis liggurus idem liggi cauda uocitatur.
34 ego autem uehementer ammiror, cur scriptura diuina curans
ad ornatum decoremque pulchritudinis regalium sertorum et
uestimentorum pontificalium uti lapidibus pretiosis et nonnul-
lorum. qui multum erant noti manifestique, commemorans

1 masagete *V* 4 LIGIRIO ligirii *V* 5 phisiologis *V*, *altera* i *ex* o *corr.* 7 inuenimus *scripsi*: inueni | m (o supra m) *V*, inueni modo *α. Fogg.* (εὕρομεν δὲ *Ep.*[1]) Laggurium *Fogg.*: laugurinum *V*, λαγκούριον *uel* λαγγούριον *Ep.*[1] 8 Liggurium *Fogg.*: ligguriorum *V*, λαγύριον *Ep.*[1] 9 ligirium *V* 12 quidam *V*, *corr. Fogg.* (ἐπειδὴ αἱ θεῖαι γραφαὶ *Ep.*[1]) liggirium *V*, *correxi* 17 ophite *V*: in ophitę *α* 23 caudā *V*, *corr. Fogg.* 24 ligurus *V*, *correxi* liggii *Fogg.* 28 multorum *V*, *corr. Fogg.*

(carbunculi dico et smaragdi, amethysti et achati. berylli et chrysolithi) in horum dinumeratione lapidum non meminerit hyacinthi, cum sit lapis iste clarissimus adeoque pretiosus atque mirabilis. ut animaduertamus, ne ligyrium forsitan hunc diuina scriptura cognominat. hyacinthus autem species habet 35
diuersas; quanto enim quis inuenitur colore profundior, tanto est aliis necessarior. hyacintho uero uel callaino purpureus color est aliquanto consimilis; unde diuina quoque scriptura ex hyacintho purpuraque pontificalia uestimenta dicit ornari. et praecipuus quidem lapis hyacinthus thalassites appellatur, eo quod tranquilli maris similitudinem referat. est et alius, qui uocatur rhodiaeus, alius oppalius, rursus alius perileucius. inueniuntur autem lapides isti in interiore barbarie Scytharum. 36
Scythiam uero soliti sunt ueteres appellare cunctam septentrionalem plagam, ubi sunt Gothi et Dauni, Uenni quoque et Arii usque ad Germanorum Amazonarumque regionem. illic igitur interius in deserto huius magnae Scythiae conuallis est profundissima, hominibus prorsus imperuia: montibus namque saxosis hinc atque inde uallatur, ita ut si quis desuper a summitatibus montium tamquam de muris aspiciat, solum conuallis peruidere non possit sed a profunditate caligo tenebrosa ueluti chaos alicuius occurrat. igitur qui mittuntur 37
a regibus iuxta commanentibus ad istorum lapidum perquisitionem, secundum dispensationem necessitatis sibi commissae iugulant agnos et excoriantes dimittunt desuper e saxis in illud chaos conuallis inmensum lapidesque, ut ferunt, agnorum decoriatorum carnibus adhaerescunt. aquilae uero in petris

8 Exod. 28, 5

1 *fort.* achatis  2 crhisoliti *V*  3 hiacinthi *V et sic semper per* i  5 cognominet *Fogg.*  9 ornari *ex* ordinari *V*  13 *sq.* scitharum stihiam *V*  15 Uenni] Uanniani *regni (Plin. n. h. 4. 81) mentionem facit Fogg., addens tamen fortasse* Hunni *restituendum*  16 arii *V*: '*fortassis* Abii' *Fogg. coll. Ptolem.* VI *15*  ad *om.* a *Fogg.*  amazanorumque *ex* amazonorumque *V*  17 schithie *V*  20 sumitatibus *V*  22 ὥσπερ τι χάος *Ep.*[2]  nituntur *V*, *corr.* $o^2$ (οἱ ἀπεσταλμένοι *Ep.*[2])

sursum morantes accepto carnis odore descendunt eductosque decoriatos agnos exedunt et lapides illic in summis montibus remanent. damnati ergo, qui per huiuscemodi capturam ad inquirendos praedictos lapides diriguntur, intuentes, ubi sint ductae agnorum carnes ab aquilis, eunt illuc et inuenientes
38 lapides afferunt. omnes autem lapides isti, cuiuscumque sub diuersitate coloris existunt, cum sint pretiosi, tamen hanc habent efficaciam, ut superpositi carbonibus ignis uehementibus ipsi quidem minime laedantur, carbones autem protinus extingunnt. non solum autem hoc, sed etiam tollens quis ex his lapidibus et inuoluens diligenter in orario uel in aliquo linteo ponensque super carbones ignis manu retinens ipse quidem calore cruciabitur, linteum uero, quo lapis est inuolutus,
39 nullo modo laeditur aut aliqua ustione uexatur. fertur autem lapis iste utilis esse mulieribus, quatenus onere partus absque difficultate liberentur. phantasias autem pellere similiter dicitur.

40 DE LAPIDE ACHATE. Achates autem lapis est aestimatus esse perileucius, qui post hyacinthum lapidem ponitur. est autem specie mirabilis, colore caeruleus, exteriorem circulum habens album. et hic circa Scythias inuenitur. est autem in lapidibus istis achates colore leonino, qui cum aqua tritus et inlitus super loca, quae morsu contracta sunt uiperae uel scorpii ceterorumque serpentium, uenena depellit. dico autem achatem, qui leonis speciem praefert.

41 DE LAPIDE AMETHYSTO. Amethystus lapis est erga suum circulum flammiferum quiddam profundius micans. splendor autem eius est albidior, e medio corpore uelnti uini flaui speciem referens. qui forma diuersus et hic, ut opinor, in

4 sunt *α. Fogg.* 5 *post* ducte *del.* sunt *V* erunt *V. corr. α.* 6 autem *om. Fogg.* 7 assistunt *Fogg.* 10 extinguuntur *Fogg.* (τοὺς δὲ ἄνθρακας σβεννύουσιν *Ep.*[1], κατασβεννύουσιν *Ep.*[2]) 12 retines *V*, *corr. Fogg.* 14 nullo *scripsi*: est nullo *V*, et nullo *Fogg.* 16 diffulcultate *V*, *corr. α.* fantasios *V* 19 perileutius *V*: περίλευκος *Ep.*[1] post *V*: per *Fogg.* (ὃς ὑπὸ τὸν ὑάκινθον εὑρίσκεται *Ep.*[1]) hyiacinthum *V* 27 micat *V*, *correxi* (φλογίζων ἐστί *Ep.*[1])

Libyae montibus gignitur. alter enim hyacintho mundissimo similis est, alter uero amphicochlo. fit autem ipse in parte Libyae circa litus maris. hi uero, qui fabulis credunt, aiunt eum praecidere tempestates et pluuias, cum australes uenti perflauerint.

de lapide chrysolitho. Chrysolithus lapis, quem nonnulli 42
chrysoberyllum uocauerunt, auri fulgorem praefert. fit autem in puteali petra: sic appellatur locus ad litus Achaemenidis Babylonis. nominant autem et Babylona et puteum illum petrae Achaemenida, quod, inquiunt, pater Cyri regis Achaemeneus uocabatur, ut scriptores aliqui retulerunt. est autem et chrysoprasus lapis: hic stomachicis et colicis nec non et coeliacis tritus et epotus saluberrimus approbatur.

de lapide beryllo. Beryllium lapis glauci, id est caesii, 43
coloris est, marinae tincturae similis et aeris, amethysti et paederotis habens speciem et aquatioris, id est albidioris, hyacinthi. fit autem ad ima montis, qui uocatur Taurus. si quis autem uoluerit hunc ex aduerso solis opponere, uidetur ueluti uitrei minuta intrinsecus habere perlucida. alia autem beryllus pupillis oculorum draconis est similis. alia rursus est beryllus ueluti coralli speciem magis exhibens. haec autem beryllus iuxta uiam Eufratae fluminis uisa est.

de lapide onychio. Onychium lapis flauum nimis ostentat 44
colorem. delectari uero lapide isto ferunt regum nuptas et diuitum, quae in pocula sua transferentes utuntur hoc lapide. sunt autem et alii, onychitae qui aequiuoce nuncupantur, id est non ueraciter, similes cerae, quae coloris est mellei.

2 amphicochli *V, corr. Fogg.* (ἀμφικόχλῳ *Ep.*[1]) parte *scripsi*: partes *V* 3 circus *V, corr. Fogg.* 6 crhisolito Chrisolitus *V* 7 chrisoberyllum *V* 8 achemenidis *V* 9 babilonia *V, corr. Fogg.* (Βαβυλῶνα *Ep.*[1]*Ep.*[2]) 10 achamenide *V, corr. Fogg.* (Ἀχαιμενίδα *Ep.*[2]) achameneus *V* 12 chrisoprasus *V* 14 glaucus *Fogg.* caesii coloris est *om. Fogg.* 19 uitrum *Fogg.* (φαίνεται ὡς ὕελος κέγχρους ἔχων ἔνδοθεν διαυγεῖς *Ep.*[1]) 21 coralli *Fogg.*: corallis *V*, ὁμοία κηρῷ *Ep.*[1] sp̄[e]m *V* 22 autem *om. Fogg.* περὶ τὴν ἔξοδον *Ep.*[1] eufrate *V*: Euphratis *Fogg.* 24 nuptias *V, corr. Fogg.* (τὰς νύμφας *Ep.*[1]) 27 similes *V sed litteris* sim *traductis lineolis deletis*

quidam hos aiunt ex guttis aquae consolidari. onychitas autem naturali ratione cognominant, eo quod ungues urbanorum uirorum instar sunt marmoris quadam mixtione sanguinis obrubescentes. unde nonnulli lapidem marmoreum, qui est ex loco Docimii, onychiten falso nomine uocitant ob albedinis puritatem.

45 Haec igitur duodecim lapidum, qui in superhumerali tunc imperati sunt annecti pontificis, ex diuersis auctoribus, qui de naturis horum dixere lapidum, constat inuentio: quorum, sicut inuestigare potuimus, tam species quam loca nec non et potentias inspectionis eorum interim breuiter adnotantes singulorum lapidum nomina consequenter expressimus.

46 Hic iam nunc quaeritur, quibus modis eum ordinem consequentiae, qui est certissimus et congruens, approbemus.
nam per duodecim tribus duodecim lapides apponi iussi sunt,
ita ut unus lapis uni tribui coaptaretur et ad singularum
nomina decernantur singuli lapides. et si quidem declarasset
iussio, cui tribui quis lapis aptetur, nulla prorsus inquisitio
superesset ad indagandam definitionem diuinitus ordinatam,
sed ad exponendam nobis uim lapidum tantummodo studiosa
47 relinqueretur intentio: nunc autem non est determinatum sed
simpliciter in duobus locis horum lapidum consequentiam et
compositionis eorum speciem fateamur adscriptam, sicut in
rationali, quod super pectus ponebatur pontificis, et super-
48 humerali per duos anulos aureos in eo disposito. qui anuli
per extremitates suas rationale in medio continebant, rursus
annexis superioribus anulis, qui erant in superhumerali
pontificis in utraque humeri parte conserti. nam et super-
humerale, cum esset unum per circuitum, uno prorsus
orificio claudebatur, habens uittam hyacinthinam auro complexam

1 aquis V, *corr. Fogg.* 2 urbanorum *ex* barbarorum V 3 quodam V, *corr. Fogg.* 4 obrubescit V, *corr. Fogg.* 5 onychitem *Fogg.* 16 singulorum V, *corr. Fogg.* 19 diffinitionem V 25 dispositos V, *correxi* 28 *post* parte *del.* hu V *man. 1* 30 hiacincthinam V

et hinc a dextris unum anulum et a sinistris alterum, per
utramque humeri partem prominentes, anulos ad iugulum
pontificis innuentes, qui rursus ex utraque rationalis parte
spectabantur appositi, ita ut perinde conecterentur et coapta-
rentur in sese, per duos scilicet anulos rationalis et duos
anulos superhumeralis, ubi erant catenulae aureae desuper
imminentes. hoc autem rationale,. sicuti dixi, habebat 49
duodecim lapides sibi congruenter insertos atque compositos
quadrato ordine, qui sic intertexti probantur, ut est subter
annexum. primus ordo atque superior a laeua parte pontificis
uersus ad dextram hos lapides habebat appositos: sardium,
topazion, smaragdum. oportet enim et hoc diligentius annotare, 50
unde scilicet incipiebat compositio et ubi iterum desinebat,
sciendumque quod iuxta Hebraicarum elementa litterarum ita
compositiones istae fiebant: scribunt quippe Hebraei a sinistris
ad dextram cuiuslibet rei subiectum ordinem perducentes,
ipsi uero manum subsequentem litteris a dextris habere
uidentur ad laeuam. erant ergo super pontificis pectus a
sinistris eius ordines ad dexteram perducentes. primus ordo, 51
sicut iam dixi, sardius topazius smaragdus; secundus autem
carbunculus sapphirus iaspis; tertius ligurius achates ame-
thystus; quartus, qui et ultimus, chrysolithus beryllus
onychinus. rursus inuenimus eosdem lapides in duabus 52
superhumeralis partibus positos, in quibus duo lapides catenulis
aureis uidebantur inserti iuxta utrumque latus humerorum,
iam non ex diuersis lapidibus sed ex smaragdo tantummodo,
erantque rursus nomina filiorum Israel secundum praeceptum
domini scripta atque scalpta in duobus istis lapidibus. non 53
tamen euidenter ostenditur, quod nomen in parte dextera
prasini lapidi inscribi debeat uel quod in sinistra parte,
sicut ipse decreuit, similiter annotari, nisi quod prorsus

23—28 cf. Exod. 28, 9—14 (39, 6—7)

3 innuentes *V*: innectentes *Fogg.* rationali *V*, *correxi* 13 ite-rum *V*: item *Fogg.* 14 <est> quod *Fogg.* littarum *V* 15 iste *V* 21 achathes *V* 22 chrisolitus *V* 23 onichinus *V et sic semper* 30 lapidis *Fogg.*

intellegendum est, quia sex nomina scripta erant in sinistra
parte et sex in dextera filiorum Israel. nec enim poterat unus
lapis nomina duodecim tribuum capere propter rotunditatem
suam. sed nec praecepit deus, ut dupliciter inscribantur
duodecim tribus in parte dextera et in sinistra duodecim,
sed simpliciter ait: impressione signaculi nominum
filiorum Israel, sicut habet ipsa circumstantia lectionis,
quam nunc ad uerbum curauimus exprimere, in qua ipsum
54 quoque pontificatus officium praeceptum est ordinari. sic ait:
et fecerunt superhumerale ex auro et hyacintho
et purpura et cocco cum bysso retorta **. opus
textile fecerunt illud, superhumeralia continentia
sese ex utrisque partibus, opus textile, inuicem
complectentia se per circuitum. ex ipso fecerunt
iuxta eius facturam, ex auro et hyacintho et
purpura et cocco neto et bysso retorta, sicut
praecepit dominus Mosi. fecerunt utrosque lapides
smaragdi confibulatos et conclusos auro, scalptos
impressione signaculi nominum filiorum Israhel,
et imposuerunt eos in humeros superhumeralis,
lapides monumenti filiorum Israhel, sicut prae-
55 cepit Moyses. haec duo loca sunt horum lapidum et
appellationes eorum, quae secundum tribum praeceptae sunt
annotari: unus quidem locus est in hoc rationali et alter in
his quae dicuntur ** in hippodromo Chabratha.

6 Exod. 36, 13 (LXX) 10 Exod. 36, 9—14 (LXX) 25 Genes. 48, 7 (LXX)

4 deus *V*: dominus *Fogg.* 6 impressione *scripsi* (*cf. infra ad u. 19*): in pressione *V* nominum *om. Fogg.* 11 *post* retorta *add.* etc. *Fogg.*; *ego lacunam indicaui: propter homoteleuton interciderunt ea, quae plus habet uersio LXX interpretum* 15 iacintho *V* 16 cocconeto *V*, *distinxi* (κοκκίνου διανενησμένου LXX) bisso *V* 19 impressione *restitui*: in pressione *V* (γεγλυμμένους [καὶ ἐκκεκολαμμένους] ἐγκόλαμμα σφραγῖδος LXX) 22 moises *V* 25 *lacunam indicaui adsentiens Fogginio haec adnotanti*: '*iam uero, ni fallor, inter ea multa, quae hic deesse puto, S. Doctorem exposuisse crediderim, quomodo duodecim tribus a filiis Iacob nomen acceperint, quot uxores Iacob*

56 Oportet itaque primitus hanc diuisionem nosse et ordinis consequentiam, quae secundum aetatem est singulorum, id est Ruben Simeon Leui Iudas: propter iurgium uero Rachelis et quod data sit Iacob ancilla Balla, nascitur iuxta aetatis ordinem post Iudam Dan statimque de ipsa ancilla secundus editur Neptalim. deinde per aemulationem Lia uero dedit ancillam uiro Zelpham, quae concipiens peperit Gad, dein Aser. rursus adiecit uxor Lia ut conciperet: quae iuxta conscientiam peperit Isachar, exin Zabulon. nouissime uero de Rachele Ioseph nascitur et deinde Beniamin. et est ista consequentia: Ruben Simeon Leui Iudas, Dan et Neptalim, Gad et Aser, Isachar et Zabulon, Ioseph et Beniamin. haec quidem prima est compositio iuxta aetatis consequentiam.

57 Cum uero peruenirent de Mesopotamia reuertente Iacob in terram Chanaan, secunda fit diuisionis enumeratio. fecit enim Iacob tres turmas discernens proprios filios, et posuit Zelpham et Ballam duas ancillas faciens unam turmam in primis cum quattuor filiis earum, id est Dan et Neptalim, Gad et Aser; in secunda uero turma ordinauit Liam cum sex filiis eius, non iam secundum aetatem sed secundum matris affectionem, Ruben dico et Simeon, Leui et Iudam, Isachar et Zabulon: ipse uero postremus mansit cum Rachele et Ioseph ualde paruulo. Beniamin autem in matris adhuc utero portabatur. et haec secunda discretio compositionis eiusdem numeri comprobatur.

58 Tertius autem numerus est iuxta aliam compositionem diuisionis. incipiens enim Iacob intrare in Aegyptum, sicut super annexum est, congregatis in id ipsum filiis Liae simul

3 sqq. cf. Genes. c. 29, 32 — c. 30    15 sqq. cf. Genes. 33, 1 sq

*duxerit, quem filium habuerit ultimum et his similia tandemque narrasse quomodo Rachel Beniamino edito partus dolore confecta mortem obierit in terra Chanaan in Hippodromo Chabratha et sic narrationem confecisse uerbis nimirum LXX*   *p.* 758, 25 hyppodromo *V*   *p.* 759, 4 quod *V*: quae *Fogg.*   7 zelphā *V*   16 zelphan *V*   20 non *V supra linea*

et ancillae eius Zelphae consequenter, uelut ex eadem domina progenitis, ita dinumerantur ipsi: Ruben Simeon Leui Iudas Isachar Zabulon et ex Zelpha Gad et Aser: deinde Rachelis filii Ioseph et Beniamin, hi qui ex eius ancilla sunt Dan et Neptalim.

59 Quarta diuisio est compositionis et numeri, quando benedixit Iacob filiis suis, cum moreretur; oportet enim secundum tempus et in numeros ipsos annectere. hic ergo numerus et hoc tempus insequitur. quando Iacob benedixit, id est: Ruben, deinde Simeonem cum Leui et Iudam et Zabulon et Isachar, Dan et Gad, Aser et Neptalim, Ioseph et Beniamin.

60 Dein sequitur quinta diuisio de Exodo, cum egrederentur filii Israel ex Aegypto. enumerauit enim eos sermo diuinus dicens: haec sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptum cum Iacob patre suo: unusquisque cum tota domo sua ingressus est: Ruben Simeon Leui Iudas Isachar Zabulon (deinde Rachelis:) Beniamin (deinde Ballae:) Dan et Neptalim (et Zelphae:) Gad et Aser. Ioseph autem erat in Aegypto.

61 Dein post sexta diuisio est numeri iuxta metationem castrorum filiorum Israel, sicut scriptum est in libro Numerorum ex praecepto domini: in prima metatione Iudas Isachar Zabulon, in secunda Ruben Simeon Gad, in tertia Ephrem et Manasse et Beniamin, in quarta Dan et Aser et Neptalim.

62 Rursus septima numeri diuisio est ex ipso Numerorum libro, cum iuxta praeceptum domini declarantur, qui debeant esse principes ad offerenda munera domino, dixitque: de Ruben Elisur filius Sediur. de Simeone Salamihel filius Surisaddai, de Iuda Naason filius Aminadab. de Isachar Nathanahel filius Sogar. de Zabulon

2 cf. Genes. 46, 9—25 9 cf. Genes. 49, 1—27 14 Exod. 1, 1—5 22 cf. Num. 2, 2—31 27 Num. 1, 5—15

3 zelphan *V* 4 hii *V* 15 egiptum *V* 20 postea *Fogg.* 24 manases *V* 29 suriaddai *V*

Eliab filius Chelon, de Ephrem Elisama filius Eniud, de Manasse Gamaliel filius Phadassur, de Beniamim Abidan filius Gedeonis, de tribu Dan Achiezer filius Amisadai, de Aser Phaltihel filius Echram, de Gad Elisaph filius Raguhel, de Neptalim Achire filius Enan.

Itemque post hanc sequitur octaua dīuisio ex ipso libro 63
Numerorum, quando praecepit dominus et misit Moses principes tribuum Israel ad inspiciendam terram repromissionis, ait itaque: de Ruben Samu filius Sacchu, de Simeone Saphah filius Suri, de Iuda Chaleph filius Iephone, de Isachar Sara filius Ioseph, de Ephrem Auses filius Naue, de Beniamin Phalti filius Raphu, de Zabulon Gudihel filius Suri, filiorum Ioseph de Manasse Gelad filius Sudi, de Dan Amihel filius Gamali, de Aser Sachus filius Michahel, de Neptali Hali filius Ulaphi, de Gad Gugihel filius Machi.

Nona quoque diuisio numeri praecepto domini datur ex 64
ipso libro Numerorum, cum filiis Israel terra sorte distribuitur: de Iuda, inquit, Chalep filius Iephone et deinceps enumerantur principes tribuum de Simeone, de Beniamin, de Dan, de Manasse, de Ephrem, de Zabulon, de Isachar, de Aser, de Neptali.

Dein rursus decima numeri diuisio est, quando benedixit 65
Moses filiis Israhel, praeponens Ruben et deinceps annectens: Iudas Leui Beniamin Ioseph Zabulon Isachar Gad <Dan>

10 Num. 13, 5—16 20 Num. 34, 19 25 cf. Deuteron. 33, 6—25

1 Χαιλών lxx Elisama *restitui secundum* lxx *et Vulg*: melcham *V* 2 Ἐμιούδ lxx (Ammiud *Vulg.*) mannasse *V* 3 abidā *V* 4 Φαγεήλ *uel* Φαγαιήλ lxx 5 Ἐχράν lxx (Ochran *Vulg.*) 6 Αἰνάν lxx 10 Σαμουήλ lxx, Sammua *Vulg.* Sacchu *scripsi*: acchu *V*, Ζαχούρ (Ζαχρου cod. Alexandr.) lxx, Zechur *Vulg.* 11 Ζαφάτ lxx 12 Sara] Ἰλαάλ lxx (Ἰγάλ cod. Alex.) 13 nauae *V* 14 Σουδί lxx 15 Γαδδὶ υἱὸς Σουσί lxx 16 Σαθούρ lxx 17 hali filius ulaphi *V*: Ναβὶ υἱὸς Σαβί lxx, Nahabi filium Uapsi *Vulg.* 20 iepphane *V* 26 Iudam *Fogg.* Gad Dan> *scripsi coll. Deuteron. 33, 20—22 et huius epistulae § 86*: Dan *om. V*, <Dan> Gad *Fogg.*

Neptalim et Aser, et in nouissimis iterat sermonem de Ioseph: haec sunt milia Ephrem et haec milia Manasse.

66 Item undecima numeri diuisio probatur, quando praecipitur eis, antequam ingrediantur terram Israel, mox transfretantes Iordanem stent super duos montes Garizim et Gebal, sex hinc atque inde, ad benedicendum his, qui custodiunt legem, et ad maledicendum his, qui legis praecepta seruare contempserint. et est ista contextio numeri: nam super benedictiones consecuti sunt Simeon Leui Iudas Isachar Ioseph et Beniamin: super maledictiones autem hi: Ruben Gad Aser Zabulon Dan et Neptalim.

67 Duodecima rursus est diuisio numeri, cum sortiuntur terram possessionis suae et Ruben sorte contingit trans Iordanem, antequam transiretur in terram Israel. et est ista distributio: Ruben et iuxta eum Gad et dimidia tribus Manasse: dein transeuntes Iordanem primus Iudas accipit, tum Beniamin, dein Ioseph ex Manasse, dein Simeon inter Beniamin et Iudam locatus et ut ita dixerim coangustatus est, quia illis spatia non fuerunt; dein Zabulon terram consequitur et Isachar et Aser et Neptalim et Dan. Leui sane in omnibus dispersus est tribubus, ciuitates solummodo et suburbana percipiens.

68 Rursus tertia decima diuisio numeri occurrit ex Zacharia propheta, sicut dicit: in illa die plangent omnes tribus terrae, tribus domus Dauid super se et mulieres eorum super se, tribus domus Nathan super se et mulieres eorum super se, tribus domus Leui super se et mulieres eorum super se, tribus domus Simeon super se et mulieres eorum super se.

2 Deuteron. 33, 17 8 cf. Deuteron. 27, 12 sq. 13 sqq. cf. Ios. cap. 15—19 21 cf. Ios. 14, 4 24 Zachar. 12, 12—14

1 neptalin *V* 8 benedictiones *Fogg.*: benedicti his ē *V* 10 hii *V* 11 neptalin *V* 13 iordanen *V* 26 *et* 27 eorum *scripsi*: earum *V Fogg.* 28 *et* 29 eorum *V*: earum *Fogg.*

plangentque cunctae residuae tribus: et non nominauit, quae: nos autem propter situm descriptionis terrae hanc consequentiam esse perpeximus, ut sit tribus Beniamin, dein Ioseph Ruben Gad Zabulon Isachar Aser Neptalim et Dan.

Item quarta decima diuisio numeri subest ex reuelatione 69
sancti Iohannis, qui dinumerauit ex unaquaque tribu duodecim milia eorum, qui uirginitate sanctificati sunt: ait enim: de Iuda duodecim milia, de Ruben similiter, exin de Gad, de Aser, de Neptali, de Manasse, de Simeone, de Leui, de Isachar, de Zabulon, de Ioseph, de Beniamin. nusquam uero in hoc loco meminit Dan.

Forsitan autem et aliis locis numer<i> aliter inueniantur 70
adscripti: nos tamen istos inuenire potuimus et hae quidem sunt diuisiones, quae secundum numerum diuerso modo constat esse compositae, nunc quidem secundum praeceptum domini, nunc autem iuxta singulorum principum uoluntatem, dico uero Mosis et Hiesu Naue et qui deinceps eorum successores existere meruerunt. nec sine spiritu id actum est sed, ut uoluit, idem spiritus sanctus enumerauit atque disposuit singulas consequentias iuxta propriam uoluntatem. reuertens item de his uno loco breuiter et consequenter 71
edisseram easdemque quattuordecim diuisiones harumque selectiones: non in uacuum faciam nec ut uenerationi tuae haec recensenti molestus existam, sed ut noueris (quod iam dei sit adiuuare), ut unicuique tribui memoratos lapides ueraciter coaptare possimus.

Excogitante igitur multum mente, tractantes iuxta experi- 72
entiam huius electionis, suggerit nobis animus et ipsa consequentia lectionis, qualiter animaduerti possit quadratus ordo rationalis ex appositis lapidibus secundum memorata uocabula. requiratur iam de singulis numeris, sicuti discreta est

8 cf. Apocal. 7, 5—8

1 *sq.* nominauit: queis (!) nos *Fogg.* 13 numeraliter *V*, *corr. Fogg.* 18 mosi *V*, *correxi* naue *V* 22 idem *Fogg.*

unaquaeque diuisio, qualis ad eorundem lapidum rationem
73 lectionemque sit congruens. et ubicumque quidem dinumeratarum tribuum statum in locis singulis inspeximus menteque perpendimus non posse naturaliter — ut numerus quilibet eorum, qui in unaquaque diuisione numerati sunt, unum nomen minus habens ex tribubus — appellationi horum lapidum coaptari, ideoque protinus diuisionem secundam rite sustulimus, utpote quae horum lapidum consonantiam habere non possit, propter quod primos ponat Dan et Neptalim, Gad et Aser, hoc est ancillarum filios, quando mittens Iacob Esau munera in turmam eos primam diuisit, post haec autem filios Liae fecit aliam turmam, dein filios Rachel turmam tertiam. nam cum pretiosiores lapides sint in principio rationalis, porro filii ancillarum inferiores habeantur et hic primum positi sint, impossibile est eos ad causam rationalis in hac numeri parte congruere, propter quod ita se habere non possit.

74 Item quartam diuisionem, benedictionem Iacob, explorauimus, quando moriens filiis benedixit. habet enim primum Ruben, dein Simeon et Leui simul adiunctos, ita ut ista utriusque copulatio horum lapidum congruentiae uideatur obsistere. ideoque istam quoque sustulimus, cum lapidibus istis adcommodari minime possit.

75 Inspeximus autem et quintam diuisionem, quae continet initium egressionis filiorum Israhel ex Aegypto, et inuenimus eam praeponentem liberarum filios et ancillarum iuxta compositionis ordinem supponentem facientemque nouissimos <primos> primosque nouissimos. et ob hoc, quod Ioseph in Aegypto constitutus postremus nominatus est, animaduertimus iterum non posse lapides istos memoratarum tribuum coaptari
76 nominibus: et quod naturaliter onychinus lapis in persona

5 in *om. Fogg.* 9 propterea quia *Fogg.* 24 continent *V, corr. Fogg.* 26 *sq.* liberarum . . supponentem *in textu omissa in margine inferiore suppleuit V man. 1* 28 primos *inserui*: primosque nouissimos *om. Fogg.*

Ioseph interpretari non possit neque rursus extremus Ioseph iuxta compositionem rationalis inseri debeat, nisi quod tantummodo necessitate praeposteratus sit, ut, cum undecimus habeatur, hic numeretur duodecimus iuxta cogentem necessitatem compositionis huius numeri, quam repperimus ordinatam. in Graeca quippe locutione, quae ex Hebraea translata est, 77 onychinum lapidem duodecimum inuenimus positum atque nouissimum, ita ut Beniamin contemplationem sui modis omnibus adtrahat; undecimum uero inuenimus beryllum, quem et undecimo Ioseph tam iuxta numerum quam iuxta contemplationem consequenter aptauimus. inspicientes etiam Hebraicam 78 Exodum, in qua et lex probatur adscripta, legentesque de rationali hoc, in quo clusi erant isti lapides, inuenimus onychinum lapidem aliter ordinatum: undecimus positus erat et beryllus duodecimus atque postremus. unde propemodum nobis ambiguitas orta est impedimentum intellegentiae faciens ueluti fictam contemplationem nos in duobus istis, berylli dico et onychini, lapidibus attulisse. dicebamque, quomodo in supplicationibus et oratione continua poterat error oboriri, et intellexi, quod dispensante deo hoc ita peractum est, ut idem Ioseph undecimus inter fratres suos existens duodecimus inueniretur iuxta compositionem huius numeri, qui eum duodecimum esse declarauit, cum diceret: Ioseph autem erat in Aegypto. scientes itaque dispensatione diuina propter 79 ueritatis contemplationes berylli lapidi, quae in ipsum Ioseph explentur, coaptari, sic est dispositum, ut beryllus lapis duodecimus poneretur et ultimus. nam et Ioseph, cum inter fratres undecimus esse memoratur, in hac tamen compositione numeri egressionis filiorum Israel duodecimus et extremus adscribitur. itaque prorsus inlustratione diuina et dispensatione

23 Exod. 1, 5

5 reperimus *Fogg.* 6 grecca *V* 8 <in> contemplationem *Fogg.* 11 optauimus *V, corr. Fogg.* 13 inueniemus *V, correxi* 14 lapidum *V, corr. Fogg.* 15 et *om. Fogg.* 18 attulisset *Fogg.* *fort.* discebamque 19 continuā *V* 25 lapidis *V, correxi* 28 esset *Fogg.*

bene admodum relatus est onychinus lapis in Beniamin, qui
in hac dispositione ante Ioseph numeratus est. beryllus
autem in Ioseph accommodatus ob contemplationes eidem
consonantes, quamuis ultimus lapis ipse numeretur, quia sic
accidit et Ioseph nouissimum scribi, sicut frequenter asserui.
80 Transgredientes igitur et hanc diuisionem respeximus
dispositionem sextam iuxta di<nu>meratarum tribuum conse-
quentiam et inuenimus iuxta metationem castrorum Israel
quadrati agminis ordinem magis oportere congrue<re> rationali
iuxta ternas et ternas tribus, sicut in eodem rationali fas
erat cernere, quod quadrati ordinis probatur exstare. et erat
hoc planissimum atque symbolicum, id est significatiuum,
propter dispositiones ordinum consonantiamque castrorum.
81 sed in his separata tribus, tribus Leui, nobis obstitit. consti-
tutus est enim Iudas habens secum Isachar et Zabulon in
uno metationis contubernio, et constitutus est primus ad
orientalem plagam propter significantiam, ut aestimo, regiae
potestatis et quod Ruben a propria reciderit gloria, quia
stratum maculauerit patris, sicuti diuinis litteris probatur
82 insertum. in secunda uero metatione castrorum Ruben ordinatur
cum Simeone et Gad uersus ad mare. ad occidentem quoque
Ephrem cum Manasse et Beniamin, qui omnes ex Rachel in
una ponuntur metatione castrorum: propter Manassen uero
Leui uidetur exclusus. dein ad aquilonem quartam metationem
primitus Dan continet, dein Aser, deinde Neptalim. et quoniam
Leui non inuenimus inter eos ammixtum, cognouimus nec
istam posse descriptionem compositioni lapidum commodari,
ne uideatur ei filiorum Israel unum <de>esse uocabulum.
83 Quapropter et hanc omittentes intendimus diuisioni septimae,
quam protinus ademimus, quia non eam repperimus composi-

19 cf. Gen. 49, 4 (35, 22)

1 ammodum *V* 7 dimeratarum *V*, *corr. Fogg.* 9 congrue *corr. Fogg.* 19 sicut *Fogg.* 25 neptalin *V* quoniam *V*: cum *Fogg.* 26 amixtum *V* 27 accommodari *Fogg.* 28 deesse *Fogg.*: esse *V* 30 ademimus *V* respeximus *Fogg.*

tioni lapidum congruentem. haec enim iuxta principes tribuum ad praeceptum domini constat esse numerata: in qua primus ordinatus est Ruben, dein ⟨Simeon, deinde Iuda, dein⟩ Isachar et qui secuntur; Ioseph autem secundo numeratus est, propter quod Ephrem in uno numero, Manasses in altero sit locatus, et quoniam Leui rursus exemptus est, nequiuimus numerum coaptare lapidibus propter immutationem Leui et propter adiectionem unius tribus, quae in duabus probatur esse diuisa.

Dein octauam diuisionem de libro Numerorum diligenter 84 inspeximus, ubi praecepit deus et misit Moses principes tribuum Israhel ad inspiciendam terram promissionis, et nec istam repperimus ad compositionem memoratorum lapidum consonantem, propter quod et Ruben in primis numeratus est, dein Simeon, deinde Iudas, exin Isachar et deinceps qui secuntur et nusquam Leui mentio facta est.

Transeuntes igitur ad nonam diuisionem et ipsam conspeximus, 85 quae facta est ex praecepto domini, sicut in libro continetur Numerorum, quando missi sunt principes tribuum, ut sorte diuiderent terram promissionis filiis Israel, et nec istam similiter ad consequentiam lapidum coaptare ualuimus. inuenientes enim Iudam ⟨in⟩ primis positum, dein Simeonem et postea Beniamin, Dan quoque et Manassen nec non et Ephrem et Zabulon et deinceps Isachar, exin Aser et nouissime Neptalim, et rursus tribum Leui reperientes omissam et Ioseph dupliciter enumeratum in Ephrem et Manassem, hanc etiam 86 praetermisimus et in decimam diuisionem intentionem mentis ammouimus nec ipsam quiuimus inuenire lapidibus consonantem: etenim quando benedixit Moses filiis Israhel praeponens Beniamin quartum post Leui, dein Ioseph, et quoniam Simeonis

3 Simeon deinde Iuda dein *inserui, cf. § 62* 6 quoniam *V:* cum *Fogg.* 18 continet *V, corr. Fogg.* 22 ⟨in⟩ primis *scripsi* (*cf. supra p. 767, 14*): primis *V*, primum *Fogg.* 25 neptalin *V* repperientes *V* Ioseph *Fogg.*: in ioseph *V* 28 ammonuimus *V, corr. Fogg.* 29 etenim *Fogg* : est enim *V* 29 proponens *Fogg.* 30 quoniam *V:* cum *Fogg.*

nullam intulit mentionem, impossibile fuit eam coaptare lapidibus. habet autem ita: Ruben Iudas Leui Beniamin, dein Ioseph Zabulon et Isachar, deinde Gad. qui est ancillae secundae filius, praepostere positus, dein Dan et Neptalim, dein Aser omnium nouissimus, qui et ipse secundae ancillae filius inuenitur. hic etiam quia numerus imminutus est Simeone praetermisso, fas non erat diuisionem istam lapidibus rationalis posse congruere.

87 Rursus et hanc praetermittentes in undecimam sollicita prorsus intentione peruenimus et repperimus, ubi praecepit Moyses, ut duodecim tribus stent ad benedicendum et maledicendum, sex in monte Garizin et sex in monte Gebal, sicut in Deuteronomio probatur adscriptum, quarum diuisio talis est: stabunt, inquit, in monte Garizin ad benedicendum Simeon Leui Iudas Isachar Ioseph et Beniamin, et hi stabunt ad maledicendum in monte Gebal: Ruben Gad Aser Zabulon Dan et Neptalim. exceptis quippe Ruben et Neptalim liberarum filii probantur hic esse praelati. cumque et ista diuisio uidetur inconsequens ad quadratum rationalis ordinem, non ea uisa

88 est adsumenda. uerumtamen hanc eandem undecimam diuisionem sollicite contuentes, quod in duas partes uideretur esse discreta, sex in uno monte et sex in altero, hanc arbitrati sumus congruere numeris compositionis lapidum smaragdi. qui catenulis nectebantur, ordinati per utrumque pontificis humerum, auro et hyacinthina uitta conserti, ita ut in his duobus smaragdis inscriberentur nomina filiorum Israel, eo quod unus smaragdus ob rotunditatem sui duodecim nomina capere non posset. oportebat autem, et si capere poterat, dextros sinistrosque distingui, et ideo in utroque lapide, posito in dextera scilicet et sinistra, conscripta sunt nomina

14 Deuteron. 27, 12 sq.

1 ullam *V, corr. Fogg.* 11 moises *V* 18 exceptis . . neptalim *cum α. om. Fogg.* 21 ueruntamen *V* 22 quod *V:* quae *Fogg.* uidetur *Fogg.* 25 nectabantur *V* 26 hiacinctina *V*

sicut in utroque monte Garizin et Gebal tribus filiorum Israhel
ordinatae sunt.

Qui montes ex aduerso sibi cernuntur oppositi in Orientis 89
parte. ubi Hiericho sita est, ultra locum Galgalae ibique
referuntur benedixisse Israhel hi, qui in monte Garizi
consistebant dicentes: benedictus qui facit uoluntatem
domini, et uox audiebatur per plana camporum, ubi populus
adstabat, et innuebatur ei, ut diceret: fiat, fiat! e contra
uero Ruben et Gad et reliqui cum eis in monte Gebal stantes
aiebant: maledictus qui non facit omnia, quae
scripta sunt in isto libro. et respondebat omnis populus:
fiat, fiat! interpretatur autem 'fiat' 'amen'. nam uoces e
duobus montibus istae resonabant. Garizim etiam interpretatur 90
et 'mons liberatus' et 'concisio incolatus eorum'. quidam uero
putauerunt, qui non diligenter diuinas scrutati sunt litteras,
maxime qui de Samaritanis oriuntur, ne forte Garizin mons
sit, qui adiacet Sicimis. quae Sicima et Sichem dicitur,
habens ex aduerso Sichar urbem Samarit<an>orum, in quam
ingressus est dominus, unde Samaritana illa mulier egressa
inuenit eum sedentem apud <put>eum. nunc autem Sicima
Neapolis appellatur, ciuitas opulentissima Palaestinorum:
tunc autem Samaria dicebatur atque Iudaea: Samaria autem, 91
quoniam mons ipse naturaliter cuiusdam Somer uocabatur:
filium autem habuit iste Somoron et dictus est mons Somor
et hinc nominis huius appellatio consecuta est, maxime uero
roborata per aduentum eorum, quos ad colendum terras illas
rex Assyrius destinauit. nam quando captiuitas accidit Iudae- 92

27 sqq. cf. Regn. IV 17, 24 sqq.

1 sicuti *Fogg.* garazin *V* 2 ordinati *V*, *corr. Fogg.* 5 ii *Fogg.* Garizim *Fogg.* 8 e *om. Fogg.* 10 aibant *V* 13 iste *V* 16 mons *V*: non *Fogg.* 18 samaritorum *V*, *correxi*: Samaritarum *Fogg.* 20 puteum *Fogg.*: eum *V* 22 *ea quae inde a § 91 usque ad finem § 100 explicantur, quamuis praesertim initio multo contractius, Graece seruauit Anastasius Sinaita in quaestione 45 (Migne Patrol. Gr. 89, 596 sq.)* 24 Somoron *scripsi (cf. § 97; Anastas. Sin. Quaest. 45; Epiphan. Panar. I p. 24 B; Ioseph. Antiq. Iud. VIII 312 ed. Niese)*: samoron *V* somor *V (cf. Ioh. Chrysost. Homil. 31 = Migne P. G. 59, 178)*: Somar *Fogg.*

orum. conuenerunt seniores Israel, qui erant tunc in Babylone cum Hesdra sacerdote, et qui uocabantur consiliarii, aliique senes et exorauerunt Assyriorum regem, ut habitatores mitteret in Iudaeam, ne terra luxurians sine cultore deficeret. qui suscipiens eorum salubre consilium direxit ad inhabitandum in locis illis gentes quattuor, id est Cudaeos et Cuthaeos et Seppharaeos et Anagogauaeos. qui ascendentes idola sua secum, quae tunc unaquaeque gens apud se coluerat, adtule-
93 runt. cum uenissent autem et resedissent in terra Israel, uocati sunt Samaritani, propter quod Samaritanus 'custos' interpretatur; custodiebant enim terram Israel. postea uero leones pardi et ursi consurgentes in eos corrumpebant multitudinem, ita ut absumerentur ab eis. pro qua re legati per dies singulos ab incolis et habitatoribus ad regem mittebantur
94 Assyrium, quatenus eis de locis ipsis licentiam discedendi tribueret propter huiusmodi saeuitiam bestiarum. mirabantur autem, quomodo potuit Israel ibidem commanere. his autem compertis Assyriorum rex euocatis Iudaeorum senioribus sciscitatus est ab eis, quomodo possint in loco, quos dudum di<re>xerat, immorari. qui rectum dantes sine mora consilium dixerunt nullam posse gentem ibidem residere, nisi legem domini dei custodiat. qui cum poposcisset ab eis legem, ei protinus obtulerunt. ipse uero reddens exemplaria legis authentica penes se detinuit, quae direxit incolis et habitatoribus
95 terrae Cudaeis et Cuthaeis ac reliquis cum Hesdra sacerdote (non Hesdra illo, qui uocabatur Salathihel, cuius erat pater Zorobabel, qui Zorobabel erat filius Iechoniae). hic igitur Hesdras, quem diximus, ascendens Hierosolymam pentateuchum tantummodo, id est quinque libros Moysi, detulit eis ueteris testamenti, libros scriptos secundum formam, quam dedit dominus in monte Sina. quam formam Hebraei deessinon uocant, quod interpretatur 'insculptum'. nunc enim non eadem

3 orauerunt *Fogg.* 5 dixerit *V, corr. Fogg.* 9 residissent *V* 13 qua relegati *V* 19 scissitatus *V* 20 dixerat *V, corr. a man. post.* 22 popossisset *V* 27 iechonie *V* 28 hierosolimam *V* pentateucum *V* 29 moisi *V* 31 deessi$^{n}$on *V* (n *suprascripsit man. 1*)

sunt elementa litterarum, quibus Hebraei utuntur, librique eorum non sunt scripti iuxta ueterem formam, quae tunc in tabulis lapideis constat insculpta. haec igitur forma, quam nunc tenent Iudaei, uocatur somahirenus. Samaritani uero seruant deessenon, quae forma fuit olim, ut diximus, in tabulis impressa lapideis. at Hesdra ascendens a Babylone 96
uolensque discernere Israhel a reliquis gentibus, ut genus Abrahae non uideretur esse permixtum cum habitatoribus terrae, qui tenent quidem legem, non tamen et prophetas, immutauit pristinam formam relinquens deessenon, propter quod ea forma a Samaritanis praeoccupata iam fuerat, ut per hoc Abrahae semen distingueretur a nationibus reliquis. sed nos his peruenientes in locis coacti sumus ob occasionem causae huius ampliare sermonem.

Erant itaque, qui permanserunt ex gentibus in terra Israel, 97
pro diuersis rebus Samaritani uocati: primum a Somer, uno ex filiis Chananaeorum et Pherezaeorum, priusquam Abraham patriarcha ad eandem terram diuinitatis aduenirct, et appellabatur Somer et Somoron tam mons quam omnia, quae montis uicina esse uidebantur. rursus praefatae gen<te>s ab Assyriorum rege transmissae uocatae sunt Samaritani, qui 'custodes' interpretantur. habet autem et aliam contemplationem nominis 98
huius intentio, propter custodiam uidelicet legis, quoniam qui inmissi fuerant, legis putabantur custodire mandata. dicit enim scriptura de ipsis, quoniam manserunt facientes legem dei et adorantes idola propria. cum uero lex idola nullatenus adoranda praecipiat, quomodo lex ab eis poterat custodiri? uerumtamen ista causa hinc insinuat 99
intellegentiae modum. scientes profanissimi sacerdotes memoratarum quattuor gentium, quod Hesdras sacerdos missus

25 Regn. IV 17, 41

2 ueterem *ex* ueterum *V man. 1* 4 somahirenus] *'fortassis in Graeco textu erat σημερινός' Fogg.* 20 gs *V, corr. α* 24 inmissi *scripsi:* nimissi *V*, missi *Fogg.* 30 quod *V*: cum *Fogg.*

aduenerit. qui abominabatur idola iuxta diuina praecepta, et quisquis inueniretur seruiens idolis, lapidibus iubente lege necabatur, celeriter e suis excelsis culminibus idola propria sustulerunt et occulerunt in monte Garizim in loco nimis
100 abdito atque secreto. fuerunt autem idola numero quattuor, sicuti habet antiqua traditio. nam uiri Babylonii deam Sochoth Benith colebant et uiri Chuth deam Nerigel et uiri Emath deam Asimath et Euaei deam Nebaz Tharchar et Sapharuim. et auerterunt cor Samaritanorum docentes eos ad montem Garizin orare. quapropter, ubicumque fuerint, ad montem se conuertentes orant: qui in oriente sunt, ad occidentem respiciunt et, qui sunt in occidente, ad orientem et, qui in aquilone, similiter intendunt ad meridiem et, qui in meridie, ad aquilonem montis aspiciunt, ut impleatur scriptura, quae dicit: m a n s e r u n t f a c i e n t e s l e g e m d e i e t a d o r a n t e s i d o l a p r o p r i a. nam licet ipsi, qui adorant, ignorent occulta in abdito montis idola, impossibile tamen est, ut diuina scriptura iuxta rei huius sententiam mentiatur.

101 Oblata uero nobis est huius expositionis occasio propter duodecim tribus, quae in monte Garizin et in monte Gebal ordinatae sunt, sicuti habet ipsa numeri ordinati discretio. decepti sunt igitur hi, qui Deuteronomium non intellegenter aduertunt, ut aliam scripturam sibimet facerent: arbitrati sunt enim montem, qui contiguus est Neapoli, sicut supra retulimus, hunc esse Garizin, qui nimis altus est; cui etiam qui locatus ex aduerso est, quem suspicantur esse Gebal, et ipse uehementer excelsus est. Sicima quippe inter duos

6 cf. Regn. IV 17, 30 sq. 15 ibid. 41 22 respici uidetur Deuteron. 11, 30

3 *fort.* necabitur 4 occulerunt *sic V* 6 *sq.* sochon benth (i *supra*) *V* 7 deam Nerigel *Fogg.*: de annerigel *V*; Ἐργέλ LXX, Nergel *Vulgata* Emath *restitui secundum Vulgatam* (Αἰμάθ LXX): etham *V* 8 de amne baz thar char *V* (τὴν ναιβας καὶ τὴν θαρθακ LXX *cod. Alex.*, Nebahaz et Tharthac *Vulg.*) Sapharuim *scripsi* (σεφφαρουαιμ LXX *cod. Alexandr.*): sapharinm *ut uid. V* 22 hii *V* intellegent̄ *V*: intelligentes *Fogg.*

montes in conualli sita est, hinc inde montium obiectione
conclusa. fecerunt autem Samaritani, qui in ciuitate ipsa 102
commanent, gradus in monte et templum quoddam in edito
construxerunt, ut, sicut diximus. sursum in monte orare
uideantur, quem Garizin ipsi uocant iuxta quandam obliuionis
incuriam, non iuxta fidei rationisque ueritatem; nam liber
aliter habet historiae. sed hi falluntur, qui id quod est non
diligenter inspiciunt: denique montes isti adeo sublimes et 103
altissimi comprobantur, ut nemo sursum loquentem in conualli
possit audire. quomodo ergo principes tribuum, qui sursum
erant, sex homines de tanta sublimitate uocem suam populis
auditam facere poterant, ut qui deorsum stabant responderent
amen? super mille namque passus eminet altitudo montis
aut amplius habetque gradus plurimos et, ut aiunt quidam,
mille quingentos et supra. per hoc igitur, quod possibile non
est, ut audiatur deorsum uox eorum, qui sursum sunt, et
eorum, qui sunt sursum, deorsum, protinus arguuntur montes
isti non esse, quos scriptura diuina significat. tum consequentia 104
libri Iesu Naue manifestat, quando ad orientalem plagam
Hiericho duos illos montes esse commemorat, id est Garizin
et Gebal: orientalis autem plaga Hiericho sita est iuxta
Galgal. qui est locus Galgalae. Sicima uero ad partem est
aquilonis Hiericho, in occidentem uergens, distans ab Hiericho
milibus quinquaginta duobus * *

19 cf. Ios. 4, 19

1 conuallis ita *V* 3 quodam *Fogg.* 7 hii *V* 8 aspiciunt *Fogg.* 11 erat *V*, *corr. a man. post.* 16 *sq.* et eorum qui sunt sursum *om. a transponens deinde lineolis superpositis inter se uerba* sursum sunt *quae praecedunt*; et eorum qui sunt sursum deorsum *om. Fogg.* 24 duobus] *desinit scriptura codicis V fol. 163r media fere columna altera.*

# APPENDICES

## I.

INCIPIT RATIONIS REDDENDAE ACACIUM A SEDE APOSTOLICA CONPETENTER FUISSE DAMNATUM.

DILECTISSIMIS FRATRIBUS UNIUERSIS EPISCOPIS PER DARDANIAM CONSTITUTIS GELASIUS. Ualde mirati sumus, quod uestra dilectio quasi nouam et ueluti difficilem quaestionem et adhuc

I. *Hanc epitomen epistulae 95, quam suo loco littera Σ significaui, seruauerunt collectiones hae: 1)* **Q** *= collectio Quesnelliana (contuli codices* $q^1$ *= Einsidl. 191 saec. IX,* $q^2$ *= Uindob. 2141 saec. IX,* $q^3$ *= Uindob. 2147 saec. IX/X); 2)* **v** *= cod. Ueronensis XXII (20) saec. VII; 3)* **β** *= collectio Frisingensis cod. lat. Monac. 6243 saec. IX; 4)* **δ** *= additamentum collectionis Diessensis cod. lat. Monac. 5508 saec. IX; 5)* **i** *= collectio Pseudoisidoriana (contuli codd.* $i^2$ *= Uatic. lat. 630 saec. X et* $i^3$ *= Uatic. lat. 3791 saec. XII, quibus accedit T = cod. miscell. Uatic. lat. 1344 saec. X, qui hanc epistulam ex codice quodam Pseudoisidori desumpsit); 6)* **ξ** *= collectio Hadriana aucta (contuli* $\xi^1$ *= Uallicell. A 5 saec. IX/X,* $\xi^2$ *= Uercell. LXXVI saec. X,* $\xi^3$ *= Uatic. lat. 1353 saec. XV), quae tamen nihil exhibet nisi duo fragmenta, scilicet p. 779, 17—20* nec plane tacemus . . habeat iudicandi *et p. 780, 9 — 781, 5* sed nec illa praeterimus . . damnasse cognoscitur *(omissis tamen uerbis p. 780, 22 — 781, 1* potiusque . . submouit*); 7) collectio codicis Colbertini Paris. lat. 1455 saec. X, sed adfertur ibi solummodo titulus epistulae in indice (cf. Maassen, Gesch. d. Quellen . . I p. 539 n.* LV*), ipsa uerba eius in corpore collectionis foliis aliquot amissis non iam extant. In adnotandis uariis lectionibus inprimis rationem habui codicum Qvβδξ, quamquam nec orthographica curaui nec collectionum Q et ξ singulorum codicum leues corruptelas nec ubique correctiones manuum recentiorum. praeterea cum e permultis codicibus Pseudoisidori, quorum lectiones et quantum inter se distent et quam grauiter interpolatae sint peritorum non est quin sciat, perpaucos tantum conferendos elegissem, horum paucas tantum lectiones subscripsi. ceterum textus Pseudoisidori*

tamquam inauditum quippiam nosse desiderat, quod Eutychianae
pestilentiae communicatores non habentes, quid pro suae
perditionis obstinatione respondeant, frequenti iam ratione
conuicti sola contentione submurmurant. non quia sit alicuius
momenti quod garriunt, nec inueniunt penitus quid loquantur.
ubi magis eos, qui catholicis sensibus instituti sunt, adhuc 2
haerere miramur quam illos, qui a ueritate exciderunt et ab
antiqua ecclesiae traditione sunt deuii, profanas uocum
nouitates et ineptias caducae peruersitatis obtendere, quibus
eos uestra dilectio rettulit iactitare ideo Acacium non putare
iure damnatum, quod non speciali synodo uideatur fuisse
deiectus, et insuper dementiam suae uanitatis adcumulant
pueriliter adicientes 'praecipue pontificem regiae ciuitatis'. 3
quapropter stultitiam respuentes inanium querellarum percurrere
uos oportet ab ipsis beatis apostolis et considerare prudenter.
quoniam patres nostri, catholici uidelicet doctique pontifices,
in unaquaque haeresi quolibet tempore suscitata quidquid

*quamquam hodie aliquot uitiis caret, quibus ceterae collectiones deprauatae sunt, tamen ad idem epitomae exemplum redit iam hic illic corruptum, ex quo fluxerunt etiam Qυβδ. neque tamen, id quod contenderunt Ballerinii, Pseudoisidorus hanc epistulam ex codice quodam Quesnellianae desumpsit, immo ut uidetur e codice aliquo Ueronensi υ simillimo. Lectiones formas longioris (= Ω) uel singulorum eius codicum (VRAB) adnotaui, ubicumque e re uidebatur. Ediderunt hanc epitomen Merlinus, Tom. I conciliorum fol.* cxcv—cxcvii *(adiunctum est ibi fragmentum = Thiel p. 422 ep. 27); Surius, Tom. II conciliorum p. 306; Quesnellus, Leonis opp. II 180; Ballerinii, Leonis opp. III 347; Hinschius, Decret. Pseudoisid. p. 641 (textum Quesnelli repetens); Thiel 414.* *p.* 774, *l.* 3 Incipiunt rationes (traditiones *T*) *iT* *p.* 774, 5 Dilectissimis . . Gelasius *om. Q* uniuernis δ *p.* 774, 7 deficile quaestianum δ *p.* 775, 1 desiderat *T* (Ω): desiderans *Q*υβδ*i* 2 pistilentiae β 3 frequentiam rationem δ 4 submurmorant βδ 5 nonmenti δ 7 miramur $i^2$*T* (Ω): murmurant *Q*υβ$i^3$, murmorant δ excederunt *Q*υβ 8 antiqua//// δ ecclesia (ecclesiae δ) et ratione υβδ$i^3$, ecclesia et traditione *T* 9 et eptias βδ caduci δ 11 specialis βδ 12 sua δ ueritatis δ, unitatis *T* adcumolans β, adcumulare δ, accumulantur *T* 13 pueriliter (pueri littera $i^3$, pueri lit tam *T*) dicentes *iT* praecipuę β, praecipuae $q^1q^3$ 15 oportit β 17 suscitatam *T(B)*

pro fide pro ueritate pro communione catholica atque apostolica
secundum scripturarum tramitem praedicationemque maiorum
facta semel congregatione sanxerunt, inconuulsum uoluerint
deinceps firmumque constare nec in hac eadem causa denuo
quae praefixa fuerant retractari qualibet recenti praesumptione
4 permiserint, sapientissime peruidentes, quoniam si decreta
salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos
quosque prorsus errores stabile persisteret ecclesiae constitutum
ac semper isdem furoribus recidiuis omnis integra definitio
turbaretur. nam si limitibus etiam praefixis positarum semel
synodalium regularum non cessant elisae pestes resumptis
certaminibus contra fundamentum sese ueritatis attollere et
simplicia quaeque corda percutere, quid fieret, si subinde fas
esset perfidis inire concilium, cum quaelibet illa manifesta
sit ueritas, numquam desit quod perniciosa depromat falsitas.
etsi ratione uel auctoritate deficiens, sola tamen intentione
5 non cedens? quae maiores nostri diuina inspiratione cernentes
necessarie praecauerunt, ut contra unamquamque haeresim
quod acta synodus pro fide communione et ueritate catholica
atque apostolica promulgasset, non sinerent nouis post haec
retractationibus mutilari, ne prauis occasio praeberetur quae
medicinaliter fuerant statuta pulsandi, sed auctore cuiuslibet
insaniae ac pariter errore damnato sufficere iudicarunt, ut,
quisque aliquando huius erroris communicator existeret,
principali sententia damnationis eius esset obstrictus, quoniam
manifeste quilibet uel professione sua uel communione posset
6 agnosci. et ut breuitatis causa priora taceamus, quae diligens

3 uoluerit βδ 4 hac *QɔiT (BA)*: *om.* βδ *(VR)* 5 fixa βδ retenti *iT* praesumpsitione δ 8 stabilem Σ 9 hac βδ, ///ac $q^2$ hisdem Σ recidibis β, recidebis δ, residuus *T*, residui $i^2$, rediuiuis $i^3$ 10 si militibus $\delta i^3 T$, similibus $i^2$ 14 illi *iT* 15 pernitiosam $i^3T$ 17 maioris βδ 18 necessariae Σ heresim *QɔiT (B)*: heresem βδ *(VRA)* 19 synodus *Qɔ*βδ *(VRB)*: semel synodus (synodis *T*)*iT(A)* 20 sinirent *Qɔ*βδ nobis βδ 23 pari $i^2T$ ut *Qɔ*β*i*: aut δ, Vę *T* 24 exaestiret δ 25 sententiam βδ 26 possit $\beta\delta i^2$ 27 cognosci *iT* prauitatis δ

inquisitor facile poterit uestigare. Sabellium damnauit synodus
nec fuit necesse. ut eius sectatores postea damnarentur,
singulas uiritim synodos celebrari sed pro tenore constitutionis
antiquae cunctos, qui uel prauitatis illius uel communionis
extitere participes, uniuersalis ecclesia duxit esse refutandos.
sic propter blasphemias Arrii forma fidei communionisque 7
catholicae Nicaeno prolata conuentu Arrianos omnes uel
quisquis in hanc pestem siue sensu seu communione deciderit
sine retractatione concludit. sic Eunomium, Macedonium, 8
Nestorium synodus semel gesta condemnans ulterius ad noua
concilia uenire non siuit sed uniuersos quocumque modo in
has blasphemias recidentes tradito sibi limite synodali refutauit
ecclesia nec umquam recte cessisse manifestum est qualibet
necessitate cogente nouiter, quae fuerant salubriter constituta,
temerasse. non autem nos latet in tempestate persecutionis 9
Arrianae plurimos pontifices de exiliis pace reddita respirantes
per certas prouincias congregatis secum fratribus ecclesias
composuisse turbatas, non tamen ut illius synodi Nicaenae
quidquid de fide et communione catholica definiuerat inmutarent
nec noua quemquam pro lapsu damnatione percellerent, sed
illius tenore decreti, nisi resipuisset, iudicarent damnatum
essetque consequens ut, nisi corrigeret, damnationi procul

1 damnabit $\vartheta q^3$ 2 posteea β 3 synodus $\vartheta q^3$ 5 existere *QT*, exsistere ϑ, existeret βδ partieeps $i^3 T$ refutantos δ 6 si $i^3 T$ formam *QβϑiT (B)* eommunisque $\vartheta q^1 q^2$ 8 decederint βδ 9 maehedonium *Qϑβδ* 11 siniuit βδ, sinunt $i^2 T$, siuit *ex* sunt $i^3$ *man. 2* 12 reecidentes $\vartheta q^1$ synodotali δ 13 ecclesiae δ cesisse δ 14 quogente δ nouiter $Q\vartheta\beta\delta i^3$: nouimus ausibus *T* (nouis ausibus Ω), ausibus (*om. antea* eogente nouis) $i^2$ 16 redite (a *supra* ę) δ 19 definiuerat $Q\vartheta i^3$: definiuerant $i^2 T$, definierat βδ (*cf.* Ω) 20 prolapsu $\beta\delta\vartheta q^1 q^3 i$, prolaps (ü) $q^2$, prolapsi *T* (*cf.* Ω) damnationem βδ procellerent δ, praecellerent $q^1 q^2$ 21 resipuisset *Qϑ*: resipuissent $\beta\delta i^2 T$ (Ω), resipuisse $i^3$ iudiearent *T*: iudicare $Q\vartheta\beta\delta i^3$, iudicarentur $i^2$ 21 *sqq.* damnatum essetque consequens ut nisi corrigeret damnationi procul dubio subiaceret quibus $Q\vartheta\beta\delta i^3$: dampnatus est quibus *T* (damnatos quibus Ω), quibus (*om.* damnatum .. subiaceret) $i^2$

10 dubio subiaceret. quibus conuenienter, ut dictum est, ex
paterna traditione perpensis confidimus, quod nullus iam
ueraciter Christianus ignoret uniuscuiusque synodi constitutum,
quod uniuersalis ecclesiae probauit adsensus, nullam magis
exequi sedem prae ceteris oportere quam primam, quae et
unamquamque synodum et sua auctoritate confirmat et
continuata moderatione custodit, pro suo scilicet principatu,
quem beatus Petrus apostolus domini uoce perceptum ecclesia
11 nihilominus subsequente et tenuit semper et retinet. haec
dum Acacium certis comperisset indiciis a ueritate deuiasse,
diutius ista non credens, quippe quem nouerat executorem
saepe necessariae dispositionis suae contra haereticos extitisse,
per triennium fere litteris destinatis eundem monere non
destitit, sicut per diuersos missa familiariter scripta testantur.
12 quibus ille primum tamquam dedito silentio nihil respondere
proponens tandem aliquando missis litteris profitetur se
Alexandrino Petro, quem expetita apostolicae sedis auctoritate
executor ipse quoque damnarat, absque sedis apostolicae
notitia communione permixtum; beati autem Petri sedes, quae
Alexandrinum Petrum se tantummodo damnasse, non etiam
soluisse nouerat, non recepit atque ideo, ne per Acacium in
Petri consortium duceretur, ipsum quoque a sua communione
submouit et multimodis transgressorem a sua societate fecit
13 alienum. hic si examinatio quaeritur, iam iudicio non erat
opus, postquam litteris suis ipse confessus est: si auctoritatis
pondus inquiritur, Calchedonensis synodi tenore illius definitionis executio reperitur, quo damnati illic erroris communicator

2 confidemus $q^1q^2$ 5 praeteritis *T (B)* 6 et sua *Q*ɔβδ$i^3$: ut sua $i^2$, sua *T* (Ω) confirmant $i^3T$ 8 praeceptum *i* ecclesiae δ 9 retenet βδ 10 ueritate *Q*βδ$i^3$, ueretate ɔ: ueritate apostolica (aptica *T*) $i^2T$ *(cf. B)* deuiasset βδ, deuiasse//// $q^1$ 11 iste δ 13 distinatis βδ 14 missas βδ familiariter Σ: frequenter Ω 15 ⟨dum⟩ primum $i^2$ 16 proponens *Q*ɔβδ$i^3$: proponeret $i^2T$ (*cf.* Ω) 17 expetita ɔ: expetitam *Q*, expetitum ab βδ, expetit *iT* 18 damnaret δ$i^2$ 19 communioni *i* sedis *Q*βɔδ$i^3$ 21 recipit δ*T* 23 submouebit *Q* transgressorum δ 26 tenore Σ, *cf. B* 27 repperitur *Q*ɔβ*iT*

effectus praefixae nihilominus particeps damnationis existeret. quoniam idem ipse error, qui semel est cum suo auctore damnatus, in participe quolibet prauae communionis effectum et exsecrationem sui gestat et poenam. quo tenore Timotheus 14 etiam atque ipse Alexandrinus Petrus, qui secundam certe sedem tenuisse uidebantur, non repetita synodo sed auctoritate tantummodo sedis apostolicae ipso quoque Acacio postulante uel exsequente probatur esse damnatus. quod si utrum errori 15 uel praeuaricationi communicarit Acacius forsitan dicatur oportuisse constare, breuiter praebemus ad ista responsum: aut enim ipsi doceant Petrum legitime ueraciterque purgatum et ab omni haereticorum contagione rite discretum, cum ei communicauit Acacius, si eius communicatorem putant Acacium aliquatenus excusandum, aut sicut magis est uerum, conuenienter atque legitime Petrum non probauerint expiatum, restat ut eius inexpiatione fuerit et qui ei communicauit infectus. nec plane tacemus, quod cuncta per mundum nouit 16 ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum sedes beati Petri apostoli ius habeat resoluendi, utpote quae de omni ecclesia fas habeat iudicandi neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari uoluerunt, ab illa autem nemo sit appellare permissus. quapropter satis constet Acacium nullum

3 effeetum (affeetu δ) Σ *(B)*: effecto *VRA* 4 tenore *om.* βδ 5 ipse *om.* δ 6 repetit a *Q* synodum βδ 7 tantomodo δ 8 probantur $i^2$*T (A)* dampnati $i^2$*T (A¹)*, damnatos υ$q^3$ 9 praeuaricatio δ, praeuarieatione $i^3$, pracdieatione *T (A³)* communiearet $q^1q^2$, communicauerit *T (A)* 9 forsitan . . 13 Acacius *om. T* 10 prebemus β, probemus δ 14 sicut Σ: si quod *recte* Ω 15 legitime qui petrum δ expiatione *Q* (in eius expiatione *trsp.* $i^3$) 17 *uerba* nec plane tacemus *usque ad p. 780. 5* ecclesiae *adfert Deusdedit, Collect. canon. I 103 (ed. Martinucci p. 85)* nee tamen taceamus δ cunta δ 18 quoniam *om.* δ ligata ξ*T*: legata *Q*υβδ*i* 19 sedis *Q*υβδ*i* resoluendi ξ: resolui *Q*υβδ$i^3$*T Deusdedit* (resolui . . habeat *om.* $i^2$) 20 eeclesiae δ 22 appellare δ*iT Deusdedit (BA)* uoluerunt Σ *(A)*: uoluerint *recte VRB Deusdedit* uoluerunt appellare *trsp.* δ 23 eonstet *Q*υβδ*i*: eonstat *T Deusdedit* (Ω)

habuisse pontificium sententiam sedis apostolicae sine ulla
17 eius notione soluendi. qua certe synodo hoc ille praesumpsit,
quod nec sic absque apostolica sede fas quidem haberet
efficere? cuius sedis episcopus? cuius metropolitanae ciuitatis
antistes? nonne paroeciae Heraclensis ecclesiae? si illi certe
licuit sine synodo sententiam apostolicae sedis abrumpere
nulla eius consultatione quaesita, itane uero non licuit primae
sedi Calchedonensis synodi constituta, sicut decuit, exsequenti
18 huiusmodi praeuaricatorem sua auctoritate detrudere? sed nec
illa praeterimus, quod apostolica sedes frequenter, ut dictum
est, more maiorum etiam sine ulla synodo praecedente
exsoluendi, quod synodus iniqua damnauerat, et damnandi
nulla exsistente synodo, quos oportuit, habuerit facultatem.
sanctae memoriae quippe Athanasium synodus Orientalis
addixerat, quem tamen exceptum sedes apostolica, quia
19 damnationi Graecorum non consensit, absoluit. sanctae memo-
riae nihilominus Iohannem Constantinopolitanum synodus
etiam catholicorum praesulum certe damnauerat. quem simili
modo sedes apostolica etiam sola, quia non consensit, absoluit.
itemque sanctum Flauianum pontificum Graecorum congrega-
tione damnatum pari tenore, quoniam sola sedes apostolica
non consensit, absoluit potiusque qui illic receptus fuerat
Dioscorum secundae sedis praesulem sua auctoritate damnauit

1 habuis β   pontificum sententia δ   2 notitione βδ   qua certe *Qɔβδi*: dicant certe qua *T* (Ω)   3 si *T*, sit $i^3$   5 antistis *Qɔβδ*   parocchiae $ɔq^2q^3$, parrochiae β*T*, parochiae δ   aeraclensis *T*, eraclensis $δi^3$   certae β   7 consolatione $Qɔδi^3$, consutatione (!) $i^2$   9 auctoritoritate β   *uerba* sed nec illa *usque ad p. 781, 2* sola decreuit *adfert Deusdedit, l. c. I 103 (ed. Martinucci p. 84)*   10 apostolica sedes ξ: apostolicae sedis *Qβδ*, apostolicae sedi *ɔiT*   ut *om. iT (A)*   ut frequenter *trsp.* ξ   11 praecidente ξ   12 exsoluendi Σ (*excepto* $ξ^3$) *Deusdedit (B)*: et soluendi $ξ^3$, et absoluendi *VA*   14 anathanasium δ   15 sedis Σ (*excepto* $iξ^3$)   16 gregorum $q^1q^2$   consit δ   17 synodum *i*   18 damnauerit $i^3T$   quem ξ: uel *QɔβδiT*   19 sedes ξ*iT*: sedis *Qɔβδ*   20 itaque δ   pontificem $ξi^2T$ *et corr. ex* pontificum ɔ   gregorum *Q*   21 sedes ξ*iT*: sedis *Qɔβδ*   22 potiusque . . 781, 1 submouit *om.* ξ

et impiam synodum non consentiendo sola submouit et <pro>
ueritate ut synodus Calchedonensis fieret sola decreuit. in 20
qua ut ergo sola ius habuit absoluendi eos, quos synodica
decreta perculerant, sic etiam sine synodo in hac eadem
causa plurimos etiam metropolitanos damnasse cognoscitur.
quod si quis haec ab apostolica sede uel secundum synodum 21
acta reprehendit, praeter quod prisca rerum probatione conuincitur, interim multo magis Acacio non licuisse fatebitur. dicat ergo, qua ipse synodo secundae sedis antistitem qualemcumque, certe catholicum et a catholicis ordinatum nec de catholica fide et communione aliquatenus inpetitum duxerit excludendum et haereticum manifestum Petrum sua quoque executione damnatum pontifici catholico permiserit subrogari.
qua synodo tertiae sedis episcopum sanctum Calendionem 22
fecit expelli ac nihilominus eidem Petrum tam haereticum manifestum, ut eidem palam nec se communicare praetenderet, sua passus est dispositione substitui? qua denique per totum Orientem synodo eiectis orthodoxis nullo crimine maculatis prauos quosque et criminibus inuolutos sua prouisione subposuit? qua synodo tot aliena priuilegia nefandus populator inuaserit? sed libri non sufficient, si tragoedias eius, quas per ecclesias totius Orientis exercuit, singillatim describere moliamur.
an illud ipsius argumentum nobis aestimant opponendum. 23
quo facinora sua in imperialem uisus est iactare personam? cur igitur quando uoluit obstitit Basilisco tyranno certe et haeretico uehementer infesto? cur ipsi imperatori Zenoni,

1 submouebit $q^1q^2$ pro Ω: *om.* Σ, pro ueritate *om.* *Deusdedit* 3 ut ergo *om.* ξ quos quos ξ 4 pertulerant $\xi i^3$ in ac ∂ 5 metropolitanus ∂ 8 acatium *iT* 9 antestitem $\beta\partial q^3$ qualecumque *Q*υβ∂*T* 10 certum $i^3T$ et a catholicum ∂ 11 et *om.* ∂ inpeditum $q^1$. impeditum $q^2$ 12 petrum manifestum *trsp.* ∂ 13 subrogari *ut uid. ex* subrogans *corr. man. 2* $q^1q^2$, subrogandus *T*, subrogandum $i^2$, subrogant $i^3$ 14 calendione ∂ 15 eundem *T (A)* 17 dispositione ∂, dispositione *ex* despositioni υ *man. 2* quae Σ 20 synod υ p̄uilegia ∂ 21 inuaserit Σ: inuasit Ω traugidias β∂, tragydias υ. tragyadis *Q* 22 discribere β∂ 24 uisus Σ: nisus Ω 25 certe $Q\upsilon\beta\partial i^3$: cur $i^2T$

quia palam Antiocheno Petro noluit communicare, suam non subdidit uoluntatem? ecce potuit in aliis resultare, si nollet. an non apostolus dicit non solum qui faciunt sed etiam qui
24 consentiunt facientibus reatu pariter inretiri? sed ut ea quae latius explicanda sunt omittamus, quid, quod ipse Zenon imperator suis litteris profitetur cuncta sese ex Acacii gessisse consilio nec hoc eum fallere litteris suis ipse quoque testatur Acacius, qui et eum nihilominus uniuersa recte gessisse conscripsit et suo consilio haec eadem gesta non tacuit?
25 quasi uero tantum in Alexandrini Petri communione Acacius praeuaricator extiterit et non in omnibus, quos uel fecit depulsis catholicis pontificibus tamquam tyrannus ecclesiis quibus<que> praeponi uel taliter praepositis peruersa communione permixtus est! qui hoc ipso secundum canones fuerant ab ecclesiastica communione pellendi, quo se passi
26 sunt successores uiuis sacerdotibus adhiberi. quis autem non perspiciat Christianus, quod catholicis pontificibus propria sede deiectis non nisi haeretici potuerint introduci? quibus tamen cunctis uel auctor fuit Acacius subrogandis uel subrogatis communicator accessit, his utique, qui a communione
27 haereticorum nullatenus discrepabant. cur ergo uel cum haec fieri uideret non sicut sub Basilisco iam fecerat ad apostolicam sedem referre curauit, ut, si solus ipse non poterat, iunctis cum eadem consiliis atque tractatibus apud imperatorem <possent>, quae religioni competerent, allegari? nam si

3 Rom. 1, 32

1 qui βδ   non *Qυβδ*$i^3$: nimirum $i^2$*T*   2 si nollet Σ (si nolet $i^3$, sed noluit $i^2$), *cf. B*: si uellet *VRA*   4 inritiri βδ$q^2$, inretit $i^2$, in retinet $i^3$, sunt inretiti *T (A)*   5 obmittamus $i^3$*T*   quidquid ipse δ   6 se *i*   ecatii δ   7 hoc *om.* βδ   8 recta βδ   9 scripsit δ   13 quibusque $i^3$ (Ω): quibus *Qυβδ T*, *om.* $i^2$   16 sacerdoti βδ   17 quod *QυiT*: ut βδ   18 potuerunt *T* ($i^2$?) *(B)*   21 descrepabant $q^1q^2$, descreparant υ   cum ergo $q^1q^2$   22 fieret δ   uiderit *iT (B)*   23 iunctis Ω: cunctis Σ (coniunctis $i^2$)   24 eodem βδυ*iT (A)*   tractantibus $q^1q^2i^3$*T*, tractationibus βδ   25 possent Ω: *om.* Σ   relegioni βδ$q^2q^3$   alligari βδ$i^3$*T*, allegarent $i^2$

Basiliscus, ut dictum est, tyrannus haereticus scriptis aposto-
licae sedis uehementer infractus est et a plurimis reuocatus
excessibus, quanto magis legitimus imperator, qui se catholicum 28
uideri uolebat, potuit cum apostolica sede cunctorum quoque
pontificum moderata suggestione mitigari, praecipue cum
eiusdem Acacii esset specialis fautor et amator et qui litteris
suis tam ipsum Acacium quam sanctum papam Simplicium
magnis laudibus extulisset, quod haeretico constantissime
restitissent? cur tanto tempore Acacius inter ista conticuit,
nisi quia praepediri nolebat ullatenus, quae desiderabat
expleri?

Ponamus tamen etiamsi nulla synodus praecessisset, cuius 29
apostolica sedes recte fieret executrix, cum quibus erat de
Acacio synodus ineunda? numquid cum his, qui iam participes
tenebantur Acacio et per Orientem totum catholicis sacerdo-
tibus uiolenter exclusis et per exilia diuersa relegatis socii
euidenter existebant communionis externae, prius se ad haec
consortia transferentes quam sedis apostolicae scita consulerent?
cum quibus ergo erat synodus ineunda? catholici pontifices 30
fuerant undique iam depulsi solique remanserant socii perfi-
dorum, cum quibus iam nec licebat habere conuentum dicente
psalmo: non sedi in concilio uanitatis et cum iniqua gerentibus non introibo. nec ecclesiastici moris est

22 Psalm. 25, 4

1 ⟨et⟩ haereticus Ω 2 infestus $i^2T$ *(A)*, instructus $i^3$ est *om.* βδ est et *om.* $i^2$ 3 excessimus δ 5 suggessione $q^1q^2$ praecipuae β 6 eisdem δ 8 hereticis $i^2T$ (Ω) 9 restitissent *QυiT (A):* restitisset βδ contiguit δ 10 praebere *T*, praebet $i^3$, prohibere $i^2$ uolebat *T* desidesiderabat υ 13 sedis *Q*υ rectae β 14 qui iam *om.* $q^3$ 15 catholice δ catholicos sacerdotes $i^2T$ 16 exclusissent (exclusisset $i^3$) per *iT* 16 religatis $Q\upsilon i^3T$, relegatis *ras. ex* rela(?)gatis β sociis *iT* 17 externe nec prius $i^2$, exteri nec prius *T* 18 cum sedis δ apostolica *ras. ex* apostolicae β eiscita βδ 19 cum quibus ergo *usque ad p. 784, 2* concilium *adfert Deusdedit, Collect. Canon. III 42 (ed. Martinucci p. 365)* fuerat β 20 iam *om.* δ remanserunt $i^3T$ 21 non (*pro* nec) δ

cum his, qui pollutam habent communionem permixtamque
31 cum perfidis, miscere concilium. recte igitur per Calchedonensis
synodi formam huiusmodi praeuaricatio repulsa est potius
quam ad concilium, quod nec opus erat post primam synodum
nec cum talibus haberi licebat, <adducta est>. nam et quid
ageretur de fide catholica, intellegere si nellent, ignorare non
poterant, cum uiderent catholicos pontifices nulla synodi
discussione, nullo concilio, praecipue cum nouas causas esse
perpenderent, toto Oriente depelli et ceteri quid cauerent ex
32 illorum discere qualitate potuissent. restat igitur, ut illius
partis eos fuisse sit clarum, cui se post tot experimenta
dederunt, meritoque ab apostolica sede ceterisque catholicis
non iam consulendi erant potius sed notandi.
33 Risimus autem, quod praerogatiuam uolunt Acacio comparari,
quia episcopus fuerit regiae ciuitatis. numquid apud Mediolanum, apud Rauennam, apud Sirmium, apud Triueros multis temporibus non constitit imperator? numquidnam harum urbium sacerdotes ultra mensuram sibimet antiquitus deputatam quippiam suis dignitatibus usurparunt? numquid Acacius, ut Iohannem qualemlibet hominem, catholicum tamen a catholicis ordinatum, de Alexandria excluderet Petrumque in haeresi iam detectum atque damnatum absque sedis apostolicae consultatione reciperet, aliqua synodo saltim illic habita hoc audacter arripuit? ut Kalendionem de Antiochia depelleret haereticumque Petrum, quem ipse damnauerat, absque notitia sedis apostolicae rursus admitteret, aliqua synodo id fecisse

2 rectae βδ 3 praeuaricator epulsa β, praeuaricatore pulsa δ 5 habere *i* adducta est Ω: *om.* Σ 6 intellegeret βδ 7 uiderant *i* 8 praecipuae $\beta q^1q^3$ 11 partes *Q* fuisse <hereseos> $i^2T$ *(A)* 12 ab *om.* *iT* 14 risimus *usque ad* 19 usurpare *(sic) nec non p.* 785, 1 si certe de *usque ad* 12 mensuram *adfert Deusdedit, l. c. III 42 (ed. Martinucci p. 366)* 15 qui *iT* 16 syrmium $Q\upsilon\beta\delta i^3$ triberos $\upsilon\beta\delta q^3i^2T$, triberus $i^3$ 17 imperator *in marg. add.* υ numquid ad *T* 18 semet $i^3T$ deputatum *i* 19 acius β 21 alexandrina $i^3T$ in *om.* $q^1$ herese δ, heresim *iT* 22 apostolice sedis *trsp.* δ 23 consolatione $q^1q^2$, consoltatione υ 25 hereticum (*om.* que) βδ notitiam δ

monstratur? si certe de dignitate agitur ciuitatum, secundae 34
sedis et tertiae maior est dignitas sacerdotum quam eius ciuitatis, quae non solum inter sedes minime numeratur sed nec inter metropolitanorum iura censetur. nam quod dicitis 'regiae ciuitatis', alia potestas est regni saecularis, alia ecclesiasticarum distributio dignitatum. sicut enim quamuis parua ciuitas praerogatiuam praesentis regni non minuit, sic imperialis praesentia mensuram dispensationis religiosae non mutat. sit clara urbs illa potestate praesentis imperii, religio sub eodem tunc firma, tunc libera, tunc prouecta consistit, si potius hoc praesente propriam teneat sine ulla perturbatione mensuram.

Sed dicatur forsitan de Alexandrino et Antiocheno certis 35
ex causis principem magis illa, quae gesta sunt, non Acacium praecepisse. sed principi Christiano decuerat suggerere sacerdotem, maxime cuius familiaritate et fauore fruebatur, saluam fore de eius iniuria contumeliaque uindictam, tantum ut ecclesiae sineret Christianus princeps regulas custodiri, quia et noua in utroque pontifice causa esset exorta et nouam discussionem consequenter inquireret, et, sicut semper esset effectum, sacerdotali concilio de sacerdotibus iudicia prouenirent, non a saeculari uiderentur qualescumque pontifices, etsi errore humanitus accedente, non tamen contra religionem ullatenus
excedentes potestate percelli. an ad haec iusta ratione principi 36
suggerenda non erat regiae ciuitatis honore sublimis? si factus erat illa regia ciuitate sublimior, tanto magis in his suggerendis debuit esse constantior; si autem in his, quae

3 quae *iT:* quem *Qυβδ* 4 inter *om.* βδ 5 aliae (e *in ras.*) δ aliae δ 6 sic enim δ 7 par ciuitas βδ 8 dispens. regionis relegiose βδ 9 urbis $Qυβδi^3$ relegio $q^2q^3βδ$ 10 consistat δ 11 proprium βδ 13 de *om. iT* 15 principe $i^3$ principem christianum *T* 16 cuius *om.* $q^2$ fruebamur βδ 17 iniuriam βδ uindicta Σ 18 siniret $q^1q^2β$ *et ex* sineret δ 22 qualiscumque βδ 23 relegionem $βδq^2q^3$ 24 ad Ω: et Σ (*om.* $i^3$) iusta rationem *iT* 25 erat βδ; erant *QυiT (A)* honoris βδ 26 factum βδ

pro religione fuerant exerenda, extitit contemptibilis atque despectus et aut segnis aut fiduciam non habens intimandi,
37 in quo per regiam ciuitatem maior effectus est? Nathan propheta palam publiceque in facie regi Dauid et commissum pronuntiauit errorem et ipsum commisisse non tacuit et confessione correctum consequenter absoluit. hic autem uir bonus et sacerdos egregius in tantum se et suggerere potuisse monstrauit et noluisse deprompsit, immo fauisse patefecit, ut et imperator cuncta se ex eius gessisse consilio non taceret et ipse imperatorem magnis praeconiis eleuaret ista facientem seseque proderet his agendis rebus fuisse participem.

38 Sed esto, Kalendion imperatoris nomen abstulerit, Iohannes principi mentitus fuisse iactetur: quae tamen cum nouae essent causae, noua debuit ecclesiastica prouenire discussio. an [obiectio], qui in homine imperatore peccasse dicebantur, nulla interueniente synodo deici debuerunt et in deum, qui summus et uerus est imperator, Acacium delinquentem sinceramque communionem diuini sacramenti studentem miscere cum perfidis secundum synodum, qua haec est damnata
39 perfidia, non oportebat excludi? quid per totum Orientem de innumeris urbibus pulsi catholici sacerdotes et haeretici subrogati? nouae certe erant causae et his consequenter noua synodus debebatur. cur tunc non uenit in mentem, ut in talibus causis peteretur a principe saltim qualiscumque synodus celebranda, ut quocumque uel colorato iudicio traditionis ecclesiasticae passim pontifices uiderentur exclusi, non solum quarumcumque urbium sacerdotes, sed metropolitani

1 relegione $\beta\delta q^2q^3$ contendebilis *ex* contendibilis $\delta$ 2 dispectus $\beta\delta q^2q^3$ signis $\beta\delta$ 4 faciem *iT*, faciaē $q^1$ 7 sacerdus $\beta\delta$ 8 fuisse $\delta i^2$ 9 imperatore $\delta$ 10 praecomiis $\delta$ faciente $i^3T$ 12 iohannis $\beta\delta\upsilon q^2q^3i^3$ 14 causa $\beta\delta$ debuit *T*: debuerit $Q\upsilon\beta\delta i$ (debueret *B*) 15 an *om. iT* qui *iT* (Ω): obiectio qui $Q\upsilon\beta\delta$ hominem imperatorem Ω 16 nullatenus (nulla tamen $i^3$) uenientes *iT* 17 summus est et uerus est $\beta\delta$ 19 quam Σ 20 perfidiae $\delta$ 21 inmuneris $\beta\delta$, inhumeris *T*, initum eris $i^3$ 22 noua Ω: una (uno $\delta$) Σ 23 mente *i* 24 pateretur $q^1q^2$, p̄teretur $\delta$ 25 uel *om. iT*

incunctanter antistites? his omnibus cum non restitit sugge-
stione qua potuit, consensit Acacius communicando cunctis, 40
qui in catholicorum locum haeretici fuerant subrogati. apostolus
autem dicit non solum qui faciunt sed et qui consentiunt
facientibus reos indubitanter adscribi. an haec licuit saeculari
potestati et actis talibus Acacio consentienti absque ulla
synodo, quam ipsa rerum nouitas exigebat, absque sedis
apostolicae consultatione perficere et sedi apostolicae non
licuit secundum tenorem synodi Calchedonensis in ueteri
utique causa et ueteri constituto iusta definitione damnata
inimicis synodi Calchedonensis Acacium communicantem a
sua communione depellere?
Sed inquiunt, Acacius principibus obuiare non potuit. cur 41
Basilisco, quia uoluit, obuiauit? cur ipsi Zenoni, ne palam
Petro Antiocheno, quamuis latenter hoc fecerit, communicare
uideretur, non commodauit assensum? ecce resultanti non
restitit imperator, ecce uim nolenti non intulit, ecce refugienti
contagia manifesta concessit. postremo cur tanto tempore, 42
cum ista gererentur uel gerenda cognosceret, non ad sedem
apostolicam, a qua sibi curam illarum regionum nouerat
delegatam, referre curauit sed prius laudator factus est ipse
gestorum quam uel praemoneret talia esse temptanda uel ne
temptarentur obsisteret, sicut sub Basilisco iam fecerat? cur
illis ceteris communicare consensit, qui depulsis catholicis
sacerdotibus indubitanter haeretici singulis urbibus fuerant
substituti? postremo si ille defuit suis partibus et quae
sacerdoti catholico competerent agere non curauit, ideo sedes

3 Rom. 1, 32

1 antestites $\beta\delta q^3$ resistit *i* suggestionem $\beta\delta$, suggessione $q^1q^2$ 2 quam $q^1q^2$ 3 fuerunt *iT* 6 potestatis υ, potestate $q^3i^3$ 9 in ueteri . . 11 calchedonensis *om.* $\beta\delta$ 13 sed] se $i^3$, si $i^2$ 14 basilisco β 16 commodabit $\upsilon q^1q^3i^3$, commodaui $\beta\delta$, communicauit $i^2$ assensu β 17 ecce n̄ innolenti *T* 19 (si) ista gereret *T* 21 diligatam $\beta\delta$ laudatus $i^3T$ 22 uel ne Ω: ne uel Σ 25 hereticis *i* 26 patribus β 27 sedis $Q\upsilon\beta\delta$

apostolica, quod ad eam pertinebat, uel potuit uel debuit
43 praeterire? quolibet modo haereticorum complicem refutauit et consortem communionis externae a sua communione dimouit nec opus fuit noua synodo, cum ueteris constituti sufficienter hoc forma praescriberet. nec opus fuit, ut haec facienda Orientis episcopis intimaret, quos et expulsione catholicorum, quae agebantur in causa fidei, non ignorasse manifestum sit et communicando haereticis subrogatis facto tali consensisse.
44 non dubium est etiam externae communionis effectos atque ideo cum eis iam nec potuisse nec debuisse sedis apostolicae scita tractari. ecce agnouerunt in eorum professione, qui constantissime perdurarunt, quid fidei communionique catholicae deberetur. ecce agnouerunt, quemadmodum a talibus recedendo, immo talibus contraria moliendo, a fide et communione catholica deuiarit Acacius seque pariter cum eodem errori
45 subdiderint. ecce agnouerunt, quam iustis ex causis pro fide et communione catholica atque apostolica, cui et illi qui in ea perstiterant congruebant et illi qui perstantibus obuiabant ab eadem docebantur alieni, sedis apostolicae auctoritate sit remotus Acacius eiusque pariter quicumque complices extiterunt atque ab illa merito cum his communione discretus, a qua se ipse primum cum suis consortibus catholicis pontificibus discrepando cognoscitur separasse, iureque sententiam ille damnationis excepit ceteris consortibus promulgandam, qui solus pro omnibus suis consortibus in communionem se recidisse perfidiae ad apostolicam sedem missis litteris est
46 professus. cui si communicauerant Orientales episcopi, ante-

1 eam *QυiT (B):* eadem (eandem *RA*) βδ*VRA* 3 demouit Σ *(B)* 4 noua *QυiT:* non a βδ 5 haec $i^2T$ *($A^3$)* perscriberet βδυ$q^2q^3i^3$ *(A)* 6 quo se expulsione βδ 7 in *om.* $q^1$ sit *QβυiT (B):* est δ *(VRA)* 8 consensisset βδ 9 effectus $Qi^2$ 10 debuis sedis β 12 constantissimae υ$q^3$ quid $Qi^2T$*:* ut quid βδυ, ut qui $i^3$ commonionique β 13 quemammodum $q^1q^2$ 14 inmo β 18 obuiarant υ 21 illo δ descretus *Q*υ 22 se *om.* $q^2$ 23 descrepando *Q*υ cognocitur δ 25 se *om.* δ 26 reecidisse βυ$q^1q^2$ 27 eommunieauerint $i^3T$ orientalis β

quam huc referret, pari utique reatu sine dubio probabantur inuolui iureque per illum transgressionis sententiam susceperunt tamquam facti cum eodem communionis externae, qui utique non consuli tamquam nostrae communionis homines iam deberent sed tamquam in contrario positi consortio refutari. si uero non communicauerant, antequam Acacius huc referret, et communicantem notare debuerant et ipsi de eodem potius huc referre atque apostolicae sedis uigore perculsum merito conprobare cumque ea sede apostolica tantisque illis catholicis pontificibus magis tenere concordiam. sed quia ab illorum 47
societate desciuerant et eorum successoribus communicare delegerant, ideo cum sede apostolica minime congruebant, quia in sortem reciderant praeuaricatoris Acacii <et> illius se sine dubio peruidebant sententia consequenter adstringi. ob hoc eum uideri nolebant esse damnatum, quia se cognoscebant in eadem praeuaricatione damnatos, in qua hodieque manere persistunt. sed sicut hi simili conditione constricti complicem 48
suum non possunt iudicare non iure damnatum neque rei reum possunt competenter absoluere, sic illo iuste praeuaricatore damnato isti quoque pari iacent damnatione prostrati neque nisi resipiscentes inde poterunt prorsus absolui, quia sicut per unum scribentem eorum omnium uulgata transgressio est, qui in eandem perfidiae reciderant actionem, sic in uno eodemque, qui pro omnibus scripserat uel scribendo omnium prodiderat uoluntates, transgressione punita <pariter quoque

1 probabuntur βδ, probantur *T (B)* 2 susciperunt βδ$q^3$ 4 consoli 𝔳$q^1q^3$, consuli $q^2$ *man. 2* (uli *in ras.*), consoliti βδ 6 non *om. QT* communicauerunt βδ 7 et *ante* communicantem *om.* βδ debuerat δ ipse $i^3$*T*, ips/// (*eras.* c *ut uidetur*) β 8 referrent Σ *nisi quod* referetur $i^2$ (*cf. B*) 11 disciuerant *Q*𝔳β$i^2$, disciderent δ, discuerant $i^3$, discuterant *T* 12 deligerant *Q*𝔳, diligerant β, diligerent δ 13 sorte Σ (secte $i^2$) recciderant β𝔳$q^2$ acaci βδ et Ω: *om.* Σ 14 <et> ob *iT* 15 secum nascebant δ 16 hodie *iT* 17 *post* persistunt *in* $q^2$ *excidit quaternio, ut reliqua desint* hii βδ$q^1$, his *T* constrictione δ 19 illi $i^2$*T*, ille $i^3$ iustae β, iustę δ 23 eadem $i^2$*T* recciderant β𝔳$q^1$ unum eundemque $i^2$*T* 25 *sq.* pariter . . punita *inserui ex* Ω: *om.* Σ

cum eodem uel in eodem est complicum transgressio punita> cunctorum.

49 Quae ad instructionem uestrae dilectionis satis abundeque sufficere iudicamus, quamuis eadem latius, si dominus concesserit facultatem, studeamus exponere, quatenus et fidelium quisque cognoscat nihil apostolicam sedem, quod absit,
50 praepropere censuisse. quae tamen sententia in Acacium destinata etsi nomine tantummodo praesulis apostolici, cuius erat utique potestatis, legitime probatur esse deprompta, praecipue cum secretim dirigenda uideretur, ne custodiis ubique praetentis dispositio salutaris quibuslibet difficultatibus inpedita necessarium habere non posset effectum, tamen quia orthodoxis ubique deiectis et haereticis tantummodo eorumque consortibus iam relictis in Oriente catholici pontifices aut residui omnino non essent aut nullam gererent libertatem, plurimorum in Italia catholicorum congregatio sacerdotum rationabiliter cognouit in Acacium <sententiam> fuisse pro-
51 lata<m>. quae congregatio facta pontificum non contra Calchedonensem, non tamquam noua synodus contra ueterem primamque conuenit sed potius secundum tenorem ueteris constituti particeps apostolicae executionis effecta est, ut satis appareat ecclesiam catholicam sedemque apostolicam, quia alibi iam omnino non posset, ubi potuit et cum quibus potuit, nihil penitus omisisse, quod ad fraternum pertineret pro intemerata fide et sincera communione tractatum. EXPLICIT RATIONIS REDDENDAE ACACIUM A SEDE APOSTOLICA COMPETENTER FUISSE DAMNATUM NEC POSSE QUEMQUAM SINE DISCRIMINE ANIMAE SUAE EIUS COMMUNIONIS PARTICIPEM EFFICI.

2 *sq.* cunctorumque ad βδ*T* 7 praeponere βδ*T* 8 distinata βδ nomina δ presolis β 9 legitimę β, legitimae δ 10 cum secretum βδ$q^1$, consecratim $i^2T$ derigenda β nec ostentus (ostendis $i^3$) ubique *iT* 11 praetentis Ω: praesentis Σ 12 quia *i* (Ω) : qui *T*, qua υ*Q*, quia qua βδ 17 sententiam Ω: *om.* Σ prolata Σ 21 constituta δ 22 *sq.* quia alibi tam $i^3$, qui alibatum $i^2$, quia libitam *T* 24 pertinet $q^1$ 25 explicit . . effici *om. iT* 27 QUEMQUAM SIN *reliquis omissis* $q^1$

## II.

### NARRATIONIS ORDO DE PRAUITATE DIOSCORI ALEXANDRINI.

Posteaquam Dioscorus Alexandrinus episcopus [qui] pro 1
facti sui qualitate, id est quia consenserat Eutycheti haeretico
et damnauit Flauianum episcopum catholicum Constantino-
politanum, apud Calcedonam <tam> a principe sanctae memoriae
Marciano quam ab aulicis potestatibus uel cuncta synodo
damnatus est, Proterius catholicus fit sacerdos. tunc Timotheus 2
presbyter, cui cognomen erat Ellurus, et Petrus diaconus
sectatores Dioscori ab Alexandrina se ecclesia separarunt.
quos cum Proterius episcopus ad ministerium proprium
reuocare non posset, utrumque damnauit. mortuo principe
Marciano collectis turbis haereticorum Timotheus et Petrus
ueniunt Alexandriam et ordinatur ab haereticis Timotheus
episcopus. duo igitur apud Alexandriam episcopi coeperunt
esse. ante triduum paschae, quo cena domini celebratur, 3
conductis ab his perditis occiditur in ecclesia sanctae memoriae
Proterius, ad quam se timore contulerat, ibique supra dicto

II. *Haec epitome tractatus 99, quam suo loco littera Σ significaui, ea est qua usus est Liberatus in breuiarii capp. 15. 16, 18. Praeter codices* υβδQ *(*$q^3$ *neglexi, quia uetere scriptura ex magna parte erasa additoque etiam nouo folio contaminatus est lectionibus formae longioris* Ω*), de quibus uide quae Appendici I subnotaui, epitomen seruauerunt collectio codicis Colbertini Paris lat. 1455, quae tamen ex collectione Quesnelliana eam desumpsit (cf. Maassen, Gesch. d. Quellen I p. 537 sq.), et collectio* ω, *quam Maassenus (I p. 512) adpellauit codicis Uaticani (contuli:* $\omega^1$ *= Uatic. lat. 1342 saec. IX,* $\omega^2$ *= Barberin. XIV 52 saec. IX,* $\omega^3$ *= Laurent. bibl. aedil. Florent. 82 saec. X). Ediderunt hanc epitomen Surius, tom. II concil. p. 217; Baller. III 308; Thiel 522.* 2 Incipit (*om.* βδ) narrationis ordo . . Alexandrini βδυ: *om.* Q. Incipit ubi occiditur Proterius episcopus Alexandrinus ω 3 dyoscorus υQ qui *omnes codices* 4 euthyceti $q^1$, eutyceti $q^2$, eutyciti βδ, euticheti $\omega^1\omega^2$, euticeti $\omega^3$ 5 damnauerat *uulgo* 6 calchedonam Q, calcedonem δ, calcidonam $\omega^1$, calcidoniam $\omega^2$ tam *add.* $q^1$ *man. 2 et* $\omega^3$ *man. 2: om.* Σ 8 sacerdus β 10 dyoscori υ$q^1$ 16 paschae $q^1q^2$ *man. 2* $\omega^3$ *man. 2:* pascha βδυ$q^2$ *man. 1* $\omega^1\omega^3$ *man. 1*, pasca $\omega^2$ 17 occiditur Σ: concluditur *Liberat.* (*cf.* Ω) 18 contulerat *ex* contolerat υ *man. 2* supradicto ω: supradictus βδ, ssđ Q, suprascripto υ

die in baptisterio occiditur laniatur eicitur et funus incenditur
4 cineresque ipsius sparguntur in uentos. interea Leo sumit
imperium. ad quem tanti facinoris catholicorum querella
peruenit: contra quos haeretici supplicarunt petentes, ut
Calcedonensis synodus aboleretur, e contra illi uindictam
5 sceleris postulantes. considerans imperator nimis esse graue
uexari tanto itinere sacerdotes, quorum aut aetas aut infirmitas
aut paupertas hunc laborem subire prohibebat, dirigit per
totum Orientem magistrianos, dirigit et Anatolius episcopus
Asclepiadem diaconum suum, per quos omnes illi episcopi,
qui Calcedonam fuerant congregati, quid Alexandriae gestum
6 sit, agnoscerent. qui rescribunt Calchedonensem synodum
usque ad sanguinem defendendam esse, quia non alteram
fidem tenere quam synodus Nicaena constituit; Timotheum
uero non solum inter episcopos non haberi sed etiam Christiana
appellatione priuari. quo facto fit alter Timotheus episcopus
Alexandriae. uix ille Timotheus depellitur et mittitur in
7 exilium Cerson; fugit et Petrus haereticus. quamdiu uixit
imperator Leo, Timotheus episcopus Alexandriae uixit quiete.
sed cum Basiliscus occupasset imperium, damnare coepit
Calcedonensem synodum et fugare catholicos. tunc ille

2 cinerisque β *et ante corr.* $q^1\omega^3$, cynerisque $\omega^1\omega^2$ sparguntur $\omega^1\omega^2$βδ *Liberat.* (Ω : exparguntur υ*Q* ($\omega^3$?) 5 calcidonensis υ$\omega^1$, calcidonenses $\omega^2$, calchedonensis β$q^1$, calcedonenses δ indictam δ 7 uixari β 8 subire *om.* $\omega^3$ 9 anatholius episcopus βδυ*Q*: anatholium (anatolium $\omega^1$) episcopum ω 10 asclipiadem (asclipidem $\omega^1\omega^2$) Σ diaconem β$\omega^3$, diac̃ δ$\omega^1$ 11 calcedonam υ$\omega^1\omega^3$ *man. 2 et corr. ex* calcedonem δ, calcidonam $\omega^3$ *man. 1*, calchedonam β*Q*, calcedonem $\omega^2$, Calchedone *uulgo* fuerunt $\omega^1\omega^3$ 12 cognoscerent βδ rescribunt υ*Q*ω *Liberat.*: rescripserunt βδ calcedonensem υ$\omega^3$, calcidonensem $\omega^1\omega^2$ 14 nichena β, nichene δ, nicena ω$q^1q^2$ *man. 2*, nicina υ$q^2$ *man. 1* timotheus δ 15 episc̄s υ. ep̄s $q^2\omega^2$, ep̄os *ex* ep̄is $\omega^3$ *man. 2* aberi δ, habere (i supra e) *Q*, habert $\omega^1$ christianam $\omega^2$, christiana *ex* christianam $\omega^1$ *et* $\omega^3$ *man. 2* 16 timotheus (*om.* episc.) Alex. uix ille $q^2$ *supra linea (man. 1?)* 17 thimotheus *Q* pellitur *Q* 18 cersonam *ex* cersom $\omega^3$ *man. 2*, chersonam $q^1$ *man. 2* 18 quamdiu ergo uiuit *uulgo* 19 dixit δ 21 calcedonensem (calcidonensem $\omega^1$) ωυ: calchedonense βδ$q^2$ *et ut uid.* $q^1$ *ante correctionem*

Timotheus damnatus accepta libertate Constantinopolim uenit
et damnatos haereticos locis suis reddidit. uadit Alexandriam:
fugit Timotheus catholicus et in monasterio latuit; Petrus
ille iterum se Timotheo iunxit, cum quo fuerat ante damnatus.
redit Zeno imperator ad regnum; Basiliscus opprimitur; 8
mittitur Alexandriam, ut pulso peruasore Timotheo Timotheus
catholicus redderetur ecclesiae. sed illo Timotheo damnato
morte praeuento Petrus ab uno haeretico Alexandrinis episcopus
ordinatur, quem nihilominus deici iussit imperator et reduci
Timotheum catholicum, sicut etiam Acacii litteris continetur.
interea scribit ad sanctae memoriae papam Simplicium 9
Timotheus catholicus rogans dicens Petrum olim in diaconio
esse damnatum, nunc etiam a Christiana societate remotum,
ut scriberet imperatori, ut eundem Petrum longius in exilio
dirigeret, quia latebat in Alexandrina ciuitate et insidiabatur
ecclesiae. per ferme triennium et amplius sanctae memoriae
papa Simplicius numquam destitit scribere Acacio episcopo,
ut fieret de Petro, quod Timotheus episcopus postulabat.
defuncto Timotheo episcopo a catholicis Iohannes catholicus 10
episcopus ordinatur. mittit Iohannes episcopus synodicam
suam. superuenit etiam Urbanius subadiuua contra Iohannem
episcopum sacra principis deferendo, ut ab episcopi illius
papa se confirmatione suspenderet. et quia in isdem sacris de
restituendo Petro, quem ipse damnauerat, fecerat mentionem,
haec pars omnino est abnegata. unde uisus est imperator

1 damnatus *om.* $\omega^3$ constantinopoli $\delta$ 2 reddedit $\beta$ uadet $\omega$ɔ 4 iunexit $\delta\omega^1\omega^2$ 5 obprimitur $\delta$ 6 peruasore $\Omega$: perucrsore $\Sigma$ 8 episcopis $\omega$, episcopus *ex* episcopis $q^1$ *man. 2* 9 nihilhominus $\omega$ɔ 10 continentur $\beta\delta$ 11 symplicium ɔ$\omega^1$ 12 rogans et dicens *Liberat. et* $\omega^3$ *man. 2* 13 a *om.* $\omega^1$ 14 exilium $q^1$ *man. 2 et* $\omega^3$ *man. 2* 15 alcxandrinam (alexandriam $\omega^1$) ciuitatem $\omega$ 16 firme $\delta$, firmẹ $\beta$, fere $\omega$ per triennium ergo ferme *uulgo* 17 distitit $\beta\delta q^2$ *et* $q^1$ *man. 2*, destituit $\omega^2$ 19 defuncto ergo Tim. *uulgo* iohannis $\omega\beta\delta q^2$ *et* $q^1$ *man. 1* 20 mittet $\omega^1\omega^2 q^2$ iohannis $\beta\delta Q$ 21 urpanius ɔ$q^2\omega^1\omega^2$ (Uranius *recte* $\Omega$) subaiuua $\beta\delta$ 22 principes $q^2$ *et ante corr.* $q^1$ episcopi/// $q^1$, episcopis $q^2$ 23 confirmationem $\omega$ hisdem $\beta\delta$ɔ$\omega$ *et* $q^1$ *man. 1* 24 ipsa $\delta$

11 offensus. addidit etiam Acacius illo tempore, quo de Petro Alexandrino damnato retulit, etiam de Petro et Iohanne Antiocheno; sic scripsit: Petrum apud Constantinopolim monasterium gubernasse sed hoc propter crimina derelicto Antiochiam fugisse, ibi pulso Martyrio catholico episcopo per uilissimum populum et haereticos sedem ipsius occupasse continuoque damnatum ab episcopis atque a Leone imperatore
12 Oasam deportatum. qui fugiens redisse dicitur Constantinopolim et dedisse fidem, ut per uilissimas ulterius turbas nihil facere auderet, sed, sicut superius dictum est, Basilisci temporibus a Timotheo illo damnato, qui Constantinopolim uenerat, ad Antiochiam remissus, ut iterum illic episcopatum teneret. quo facto idem ipse Petrus Iohannem, de quo Acacium diximus retulisse, ordinat Apamenis episcopum: a quibus non receptus redit Antiochiam et Petrum episcopatus sui pellit
13 auctorem et inuadit eius ecclesiam. quos simul damnatos iterum dicit Acacius petens apostolicam sedem, ut, si ad eam forte confugerent, ne ipso quidem digni haberentur aspectu et, si iam aliquam indulgentiam forsitan impetrassent, irritam esse debere nec eorum paenitentiam recipiendam esse. quid multa? hunc ipsum Iohannem, quem Acacius cum Petro damnauerat et sine paenitentiae remedio fecit ab apostolica

1 offensis βδ agatius β quod de ω 2 rettulit $\upsilon q^2$ iohannem $q^2$ *et ante rasuram* $q^1\omega^3$ 3 anthioceno $\beta\delta\upsilon q^2\omega^2$, athioceno $q^1$, antiocheno *ex* antiochene $\omega^3$ *man. 2* aput $\beta\omega^2 q^2$ *et ante corr.* $q^1$ 4 hoc *om.* $\omega^1$ 5 anthiociam $\beta\delta\upsilon q^2\omega^1$, antiochiam $q^1$ *sed* chi *man. 2 in ras.*, antyociam $\omega^2$ fugisse ω *et* $q^1$ *man. 2*: fuisse βδυQ 7 adque $\upsilon q^2\omega^1\omega^2$ a *om.* ω 9 per uilissimas *restitui ex Liberato*: pulsas Σ, ł prorsus (*cf.* Ω) *suprascripsit* $q^1$ *man. 2* (pulsis . . turbis *Surius*) alterius βδ 10 nil υQ facere *om.* δ 12 anthiociam βυQ, anthioci $\omega^1$, antyociam $\omega^2$ remissus βυωQ: remissum δ, remissus est $q^1$ *man. 2*, missus est *Liberat.* illic iterum *trsp.* δ episcopatum β 13 quod $\omega^1\omega^2$ 14 rettulisse υ, retulisse *ex* rettulisse $q^1$ ordinata pamenis $\beta\delta\omega^1 q^2 q^1$ *man. 1*, ordinatam pampenis $\omega^2\omega^3$ episcopus ω 15 anthiociam $\beta\delta\upsilon q^2\omega^1$ *et man. 1* $q^1$, antyociam $\omega^2$ ep̄m δ, ep̄cf β (c *in ras.*) pellet υ 16 quo $\beta\delta q^2$, quod $\omega^2\omega^3$ 17 dicit *om.* $\omega^3$ eam Ω: eadem Σ, eandem $q^1$ *man. 2*, $\omega^3$ *man. 2* 18 confugerint βδ aspectui βδ 22 ab *om.* $\omega^3$, *add. man. 2*

sede damnari, post tot damnationes Tyriorum misit ecclesiae praesidere.

Nam quod dicit Acacius Petrum illum Alexandrinum 14
oblata petitione Eutychianam haeresem uel Nestorianam damnasse, hoc euidenter probatur esse falsissimum. nam quae causa fecit, ut in episcopatu suo synodo Calchedonensi uel tomo sanctae memoriae papae Leonis diceret anathema? quae causa fecit, ut sublato nomine Proterii uel Timothei catholici Dioscori et Timothei haeretici nomen adscriberet? quae causa fecit, si catholicus erat, ut Timothei catholici episcopi corpus desub terra leuaret, qui inter episcopos catholicos sepultus fuerat, et proiceret foras? ipse non est Petrus, qui damnato Timotheo haeretico semper adhaesit? quomodo postea Acacius miris eum laudibus prosequitur, de quo tanta se crimina ante meminerat retulisse?

## III.

### ABLATIO EX GESTIS QUIBUS ACCACIUS CONSTANTINOPOLITANUS EPISCOPUS MONSTRATUR HERETICUS ET A PAPA FELICE DAMNATUS.

In causa fidei Christiane, cui ab exordio sui numquam defuisse probantur inimici, nostro qui seculo sed per internalla temporis Nestorius et Euthices non noua dogmata suadentes sed nomina prodierunt. nam Nestorius post centum quinqua- 2
ginta et octo fere annos Fotini et Pauli Samosateni secutus

1 damnationis βδ 2 praesedere υ$q^2$ *et ante corr.* $q^1$ 3—15 *§ 14 ad ipsam epitomen non pertinet sed alius originis est: ex tractatu aliquo Gelasii haec uerba desumpta esse satis probabiliter suspicatur Thielius* 4 eutycianam βδ$Q$, euticianam ω heresim ω 5 probatur *om.* $\omega^3$ 4 *sq.* namque et causa ω 6 episcopo $\omega^1\omega^2$ calchedonense δ, calcidonensi υ$q^2\omega^1\omega^3$, chalcidonensi $\omega^2$ 7 thomo υ$Q$, toto $\omega^1$, domno $\omega^2$ 8 nomen υ$q^2\omega^1\omega^2$, nomine *ex* nomen $q^1$ *man. 2 et* $\omega^3$ *man. 2* proteri υ$q^1$ *man. 1* $q^2$ 9 nomina scriberet (scribere $\omega^3$) ω ascriberet υ 12 proicere υ$q^1$ *man. 1* $q^2$ 14 quo se (quos et $\omega^3$) tanta *trsp.* ω 15 mimimerat β retullisse υ, re////tu///lisse. contuli $q^1$

III. *Haec epitome tractatus 99, quam in edendo eo hic illic adhibitam significaui littera W, tradita est in codice Uallicellano XVIII saeculi decimi inde a fol. 246 v. ipse eam descripsi cumque omnibus uitiis quam accuratissime hic reddo, postquam mirum quanta eam neglegentia expressit Thiel p. 520.*

errorem Oasitano exilio meruit religari dicendo, sicut ab
auctoribus suis didicit, Christum dominum nostrum hominem
tantummodo uirgine Maria esse progenitum. contra quem
Euthices post annos plurimos extitit, disputando rectum
tramitem tenere offendens in Apollinaris est raptus insaniam,
ita prorumpens, quibus assereret Christum uerum hominem
non fuisse nec in eo duas naturas esse credendas sed unam
3 tantummodo dei uerbi, uerbum tamen incarnatum. quod
quidem non esse hominis perhibuit sed humane figure, ut
similitudo magis humani corporis quam ipsa ueritas suaderetur,
cum catholica fides uerum deum uerumque hominem Christum
dei filium esse fateatur, non unius nature sed unius essentie
4 atque persone. cum ergo Euthicen istum presbyterum et
abbatem Constantinopolitane ciuitatis Eusebius Dorolitanus
episcopus suadere talia reperisset, zelo fidei manifestauit. ipse
etiam Nestorium dudum in ecclesia res sacrilegas praedicantem
5 reprehendierat, ipse quoque ineptias Euthicis detulit et ad
Flauianum Constantinopolitane sedis catholicum episcopum et
ad iudicium prouocauit. dicta causa damnatus est Euthices.
offenditur imperator Theodosius, cuius iussione fere trecenti
sexaginta episcopi congregati sunt, inter quos Dioscurus
hereticus Alexandrinus episcopus. affuerunt etiam uicarii ab
apostolica sede directi Iulius Puteolanus episcopus et Hilarius
archidiaconus, quia presbyter Renatus in Abedo insula morte
6 prebentus est. in hoc itaque conuentu repudiate sunt epistole
pape Leonis, que fuerant ad synodum Flauiani episcopi directe,
et penitus non permittuntur recensiri tota die nihilque aliud
nisi quedam Nestorii damnati id est prioris Ephesine synodis
gesta releguntur. simul etiam relictis chartis discutitur iudicium
sancte memorie Flauiani super Euthicen. interea cum Euthicis
blasphemia legeretur, acclamatum est hanc esse ueram et
7 orthodoxam fidem. contradicentibus itaque uicariis Romane
sedis deicitur Flauianus episcopus, recipitur Euthices. damnatur
etiam Eusebius episcopus accusator eiusdem Euthicis, qui,

1 oasitano *corr. ex* casitano 2 acuctoribis

dum esset laicus, fuerat accusator Nestorii. deicitur Domnus
Antiochenus, sancte memorie praedictus Flauianus dirigitur
in exilium, ubi etiam defunctus est. mortuo itaque Theodosio 8
imperatore Marcianus factus est princeps, lesam fidem grauiter
ferens. cuius religiosa iussione conueniunt Niçe amplius quam
quingenti et ultra episcopi totius Orientis et Egypti. quam
synodum postea transtulit Calcedonam propter palatii uicini-
tatem. interfuit etiam ipse imperator conuentui, interfuit senatus
et omnes iudices et aulice potestates. Eusebius ille Dorolitanus 9
episcopus ante annum de exilio fugiens Romam uenerat,
etiam huic synodo interesse properauit. accusat ipse Dioscorum
et alios Alexandrinos. quid multa? damnatur Dioscorus, sancte
memorie Flauiani corpus officiosissime Constantinopolim repor-
tatur, apud Alexandriam Proterius catholicus fit sacerdos.
quidam Timotheus presbyter et Petrus diaconus Dioscori 10
sectatores se ab Alexandrina ecclesia separarunt. quos cum
Proterius episcopus ad ministeria sua reuocare non posset,
utrumque damnauit. mortuo igitur principe Marciano collectis
hereticorum turbis Timotheus et Petrus ueniunt Alexandriam
et ordinatur ab hereticis Timotheus episcopus. occupatur
ecclesia, ad quam se sancte memorie Proterius episcopus
timore contulerat ibique in baptisterio occiditur laniatur
eicitur et funus eius incenditur cinerisque ipsius spargitur
in uentos. Leo itaque subit imperium, ad quem tanti facinoris 11
querella peruenit. heretici autem supplicabant, ut Calcedonensis
synodus aboleretur; catholici et contra tanti sceleris uindictam
expetebant. considerans itaque imperator nimis esse onerosum
uexari tantos iterum sacerdotes, quorum plurimos aut etas
aut infirmitas aut etiam paupertas hunc labore subire prohi-
bebant, dirigit magis christianos per totum Orientem; dirigit
etiam Anatolius episcopus Constantinopolitanus Asclepiadem
diaconum suum ad episcopos, qui Calcedona fuerant congre-
gati. qui rescribunt Calcedonensem synodum usque ad 12
sanguinem esse defendendam, quia non alteram fidem statuit

14 fiạt 28 sacerdotes *corr. ex* sacerdotum

quam synodus Nicena: Timotheum uero non solum episcopum
non haberi sed etiam Christiana appellatione priuari. fit ergo
apud Alexandriam alter Timotheus catholicus; Timotheus
hereticus mittitur in exilium Cersonam, qui locus est in
13 Ponto; Petrus fugit. igitur quamdiu uixit Leo imperator,
uixit etiam Timotheus episcopus Alexandrie cum quiete. cum
autem Basilicus occupasset imperium, damnare cepit Calcedonensem synodum et catholicos persequi. tunc Timotheus ille
dampnatus uenit Constantinopolym et damnatos hereticos suis
reddidit locis et mox uenit Alexandriam. tunc Timotheus
catholicus fugit et monasterio latet. Petrus ille iterum se
14 iunxit Timotheo, cum quo fuerat damnatus. imperator itaque
Zeno redit ad regnum, Basilicus opprimitur. aput Alexandriam
quoque pulso inuasore Timotheo Timotheus catholicus redditur
ecclesie. sed isto Timotheo heretico morte damnato Petrus
consors ipsius ab hereticis episcopus Alexandrinus est ordinatus.
quem nihil omnius deici iussit Christianissimus imperator et
15 reducit Timotheum catholicum. interea cum plurimi seu
clerici seu monachi seu seculares diuites ad communionem
catholici episcopi nollent penitus conuenire, clementissimus
imperator diuersis minis terruit uniuersos. denique Timotheus
episcopus scribit ad papam Simplicium ut scriberet imperatori
16 de Petro, qui latebat in Alexandria et insidiabatur ecclesie,
quatenus ad longinquum deportaretur exilium. igitur per ferme
triennium sancte memorie papa Simplicius non destitit scribere
ad Acacium episcopum, ut ageret cum imperatore, quatenus
fieret de Petro, quod Timotheus episcopus postulabat, sed
17 nihil omnino proficere potuit. defuncto namque isto Timotheo
episcopo Ioannes economus officii candidatus, qui multis
laudibus praedicabatur, catholicus episcopus ac catholicis est
ordinatus. qui cum ad apostolicam sedem synodica scripta
misisset, superueniente quodam Uranio ab Acacio destinato
et contra Iohannem iam episcopum quedam falsa deferente,
qui etiam de restituendo Petro mentionem faciebat, tunc ab

1 ḥepiscopum] e *cx* a *corr.* 14 timotheus *corr. ex* timotheo

episcopatus eiusdem Iohannis confirmatione papa suspensus
est, eo quod scripta eius, que totiens ad Acacium propter
Alexandrine ecclesie quietem et catholice fidei integritatem
direxerat, nihil omnino proficerent. dum hec agerentur, super- 18
uenit idem Iohannes episcopus, qui sicut decebat ab apostolica
sede susceptus est. cuius etiam aduentus plenius uniuersa
patefecit. quid multa? dum Accacii scripta legeremus, que de
Petro et Iohannem Antiochenis ad papam miserat, excessus
Accacii etiam in hac causa grauissimus deprehenditur. denique 19
memoratus Petrus Iohannem quendam presbyterum ordinauit
Apamenis episcopum, a quibus non receptus uenit Antiochiam
et Petrum episcopatus sui pellit auctorem et inuadit eius
ecclesiam. qui simul iterum damnatos dicit Acacius petens
ab apostolica sede, ut si ad eam forte confugeret, nec uisu
dignos haberet, et si fortassis iam aliquam indulgentiam
impetrassent, irritam esse debere nec eorum poenitentiam
recipiendam esse. quod cum fatus Iohannes Alexandrinus 20
episcopus relegisset, tacere non potuit, quod illum Iohannem
quem Accacius damnauerat cum Petro et sine remedio
penitentie fecit ab apostolica sede damnari, post tot damnationes
Tyriorum miserit ecclesie presidere. postquam ergo sanctus 21
Felix papa litteras predecessoris sui nihil profecisset cognouit
et ludibria quedam in euersionem fidei ab Acacio fieri, tunc
Uitalem episcopum Troenitinum ex regione Picena et Misenum
Cumane ecclesie episcopum ex regione Campanie direxit, ut
Petrus de Alexandrina pelleretur ecclesia et ut Acacius libello
sancti Iohannis episcopi Alexandrini responderet atque ipsi
denuntiarent Acacio, ut anathema Alexandrino diceret Petro.
porro idem legati professi sunt. qui licet hostili more in 22
custodia detrusi chartas amiserint, tamen perfidi atque damnatis
hereticis consensum accommodare non debuerunt, quod uoluntas
negare potuerunt. non solum ergo non egerunt que iussa
sunt, sed etiam hereticis communicauerunt confirmatione

8 papam *corr. ex* papa 10 ordinauit *corr. ex* ordonauit 12 petrum *corr. ex* petrus 21 scs

Petri episcopi. ad quem pellendum missi fuerant. Acacius
23 namque contumelias in episcopum Iohannem direxit. quibus omnibus patefactissimus papa Felix commotus habita synodo Uitalem et Misenum ab officio et communione suspendit. Acacium uero damnauit. cuius audacia deteriora committens etiam illum Petrum Antiochenum eiecto catholico Calendione. quem ipse ordinauerat, ad Antiochienam misit ecclesiam.

## IIII.

INCIPIT LIBELLUS PROFESSIONIS FIDEI QUEM CONSTITUIT PAPA HORMISDA SEDIS APOSTOLICAE DARI A SINGULIS EPISCOPIS GRAECIARUM.

DOMINO SANCTO AC REUERENTISSIMO URBIS ROMAE PAPAE HORMISDAE. Prima salus rectae fidei regulam custodire et a constitutis patrum nullatenus deuiare. et quia non potest domini nostri Iesu Christi praetermitti sententia dicentis: tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, haec, quae dicta sunt, rerum probantur effectibus,

15 Matth. 16, 18

3 patefactissimus *sic cod., i. e.* beatissimus *uel* patefactis beatissimus. *cf. p.* $452_{9}$, *ubi quae de W subnotaui corrigas uelim* 6 calendinione 7 antiochienam *corr. ex* antiochianam

IIII. *Libelli fidei Hormisdae usque ad nostram aetatem famosi sex extant exemplaria eaque uerbis hic illic inter se distantia:* 1) *adiunctum indiculo dato ab Hormisda legatis suis die 11 Aug. 515 Constantinopolim proficiscentibus = Auellanae ep. 116 b.* 2) *adiunctum epistulae ab Hormisda die 2 Apr. 517 ad episcopos Hispaniae datae et seruatum sola (errat Thiel p. 776 adn. 4) collectione Hispana (ed. Gonzalez. II p. 149; Thiel 793).* 3) *insertum epistulae Iohannis Cpolitani ad Hormisdam die 22 Apr. 519 missae traditaeque collectionibus et Auellana (ep. 159) et Hispana (ed. Gonzalez. II p. 144).* 4) *datum die 16 Mart. 536 a Iustiniano imperatore ad Agapetum = Auellanae ep. 89.* 5) *datum eodem die ad eundem Agapetum a Mena Cpolitano = Auell. ep. 90.* 6) *seruatum in codice B = Berolinensi 79 (Phillipp. 1776) saec. IX fol. 77 v., quod hic ego primus ita exprimendum curaui, ut corrigerem non nisi ea, quae sine ullo dubio librariorum incuriae adtribuenda sunt.* 10 *fort.* sedi 13 recte *B* 14 qui *B* 15 pr&emitti *B* 16 haedificabo *B*

quia in sede apostolica inmaculata est semper seruata religio.
de hac ergo spe et fide minime separantes et patrum sequentes 2
in omnibus constituta anathematizamus omnes haereses,
praecipue Nestorium, qui quondam Constantinupolitanae fuit
<urbis> episcopus, damnatum in concilio Epheseno <a>
Caelestino papa urbis Romae et sancto Cyrillo Alexandrinae
ciuitatis antistite; una cum isto anathematizantes Eutichen
<et> Dioscorum Alexandrinum in sancta synodo, quam
sequimur et amplectimur, Calcedonensi damnatos: his Timo- 3
theum adicientes parricidam Ellurum cognomento, discipulum
quoque ipsius atque sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum;
idemque condemnamus atque anathematizamus Acacium Con-
stantinupolitanum complicem atque sequacem uel qui in
eorum communionis societate persistunt, quia quorum se
communioni quis miscuit, ipsorum meruit in condemnatione
sententiam; Petrum nihilominus Antiochenum damnantes cum
sequacibus suis et omnium supra scriptorum. quapropter 4
suscipimus et probamus epistolas beati papae Leonis uniuersas,
quas de Christiana religione conscripsit. unde, sicut praediximus,
sequentes apostolicam sedem et praedicantes eius omnia
constituta, spero, ut in una communione nobiscum, quam
sedes apostolica praedicat, esse merear, in qua est integra et
uera Christianae religionis soliditas; promittentes etiam seque-
stratos a communione ecclesiae catholicae, id est non consen-
tientes sedi apostolicae, eorum nomina inter sacra non
recitanda esse mysteria. hanc autem professionem meam feci, 5
in qua et manu propria subscripsi, et tibi Hormisdae sancto
et uenerabili urbis Romae papae optuli per uirum gloriosissimum
magistrum Uitalianum.

2 sequantes *B* 4 condam *B* 5 urbis *om.* *B* a *om.* *B* 8 et *om.* *B* alaxancdrinum *B* in] et *B* 9 amplectitur *B* calcedonens *B* 12 constinupolitanum *B* 15 miscuitur *B* 16 *sq.* consequacibus *B* 17 suis *ex* suus *B* 18 suscipius *B* 19 qua *B* 22 sedis *B* mereat *B* et uera] et uera *B* 25 aposto///licae (*eras.* sto) *B* 26 mea *B* 27 *ante* sancto *eras.* & *B* 28 et *corr. ex*? *B* gloriossimum *B* 29 uitalianum. expŁ̄ Libellum *B*

# I. INDEX SCRIPTORVM

(asteriscis notantur loci secundum translationem LXX citati).

# II. INDEX PERSONARVM ET LOCORVM.

# III. INDEX RERVM ET VERBORVM.

(asterisco * notantur uerba ex coniectura restituta)

# IV. INDEX INITIORVM.